I

ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. XIII.

COMMENTARIUS.

VOLUMINIS TERTII PARS TERTIA.

FRIDERICI JACOBS
ANIMADVERSIONES
IN
EPIGRAMMATA
ANTHOLOGIAE
GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS TERTII

PARS TERTIA.

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO DYCKIANO
MDCCCXIV.

PA
3458
A2
1794
t.13

22765

Jam nomen, quo me, ante hos viginti annos, quum ad Anthologiam graecam edendam accessissem, publice obstrinxeram, dissolvi, si non ut debui, saltem ut potui. Unum erat initio, quod mihi in hac re haberem propositum, ut Analectorum Brunkii, cujus tum summa erat apud eruditos auctoritas, usum expeditiorem redderem, cum pluribus Indicibus additis, tum lectionis varietate diligenter conquisita, notis denique, quibus et rerum et verborum obscuritas, quantum ejus a me fieri posset, tolleretur. Nam haec omnia postulari intelligebam ab iis, qui Anthologiae thesauros non solum animi causa perlustrare, sed accuratius inspicere et examinare vellent. Mox textus etiam repetendi necessitas imponebatur, quum Analectorum exemplaribus divenditis, nulla omnino spes esset, fore, ut Brunkius illi operi iterum manus admoveret; in eo autem repetendo, quod

tota consilii a me concepti postulabat ratio, ita versatus sum, ut nihil mutarem, nisi ex Brunkii mente, quam ipse prodiderat cum in Lectionibus, tum in aliis, quae postea edidit, operibus. Sed de hac re et olim dixi in Praefatione primo Anthologiae nostrae volumini praefixa, et nuper *) ad novam a nobis susceptam Palatini Codicis editionem. Huic igitur textui, passim ad Brunkii mentem reficto, Indices addidi, ad Analectorum paginas accommodatos, (quae paginae hanc ipsam ob causam Lipsiensis editionis marginibus adscriptae leguntur) et in eum modum concinnatos, ut eorum ope unumquodque epigramma non in Analectis tantum, sed etiam in reliquis Anthologiae editionibus, quae quidem alicujus momenti sunt, facile reperiri queant. Adjecti sunt Indices nominum cum regionum et locorum, tum hominum et deorum; alii denique, argumenta epigrammatum breviter indicantes. Haec omnia quintum hujus operis volumen complectitur. Sequuntur Prolegomena, in quibus omnis Anthologiae historia enarratur, Codices manuscripti describuntur, praestantissimae editiones recensentur, addito judicio de eo, quod in unaquaque earum sit praestitum. De Animadversionibus non est quod multa dicam. Duo inprimis erant, quae in iis spectabam; primum, ut lectionis varietatem ex Codicibus et antiquis editionibus enotatam darem, additis

---

*) Praef. p. XI. sq.

criticorum emendationibus meisque qualibuscunque conjecturis; alterum, ut sensum, qui cuique poëmatio inesset, explicarem. In priore illa parte fortunae favore factum est, ut aliquanto plus praestare possem, quam initio promiseram, Spallettiano praesertim Apographo principis eruditissimi et humanissimi liberalitate in bibliothecam publicam relato *). Ex illo enim apographo Codicis Palatini varietatem lectionis, quae maxime desiderabatur, primi dedimus; plurimorum omnis generis errorum fontes aperuimus; multa, quae vitiosa essent, et ipsi emendavimus, et aliis emendandi opportunitatem fecimus; fundamenta denique jecimus, quibus verior et emendatior Anthologiae editio superstrui posset. Nec in aliis nos fortunae faventis aura destituit. Quum enim in plurimis locis, ubi textus a Cod. Palatino abhorret, Brunkius tamen ad illius Codicis fidem provocet, multaque pro genuina membranarum lectione laudet, quae in Spallettiano quidem apographo aliter exhibentur, ita ut illa discrepantia praestantissimi apographi fidem et auctoritatem labefactare videretur, dubitationi, quae inde nascebatur, tollendae subvenit apparatus subsidiorum ille, quem Hieronymus de Bosch, vir, dum viveret, mihi amicissimus, multis a se sumtibus ad Anthologiam comparatum, mihi summa cum liberali-

*) Cf. Praef. ad Vol. VItum (Animadverss. T. I. P. I.) p. XIV. sqq. Prolegg. p. CL.

tate utendum concessit. Hujus apparatus ope, quem diligenter recensui in Praefatione ad Volumen IX. (Animadverss. T. II. P. II.) *) et plurimarum lectionum veluti historia patefacta est, et errorum, quos Brunkius, bono apographo destitutus, commisit, fontes detecti, Spallettiani denique codicis fides in maximis minimisque stabilita est. Quibus opibus in lucem protractis si me non male de Anthologia promeruisse dico, nemo me propterea vanitatis insimulet aut arrogantiae, quum id omne non mihi, sed fortunae benignitati virorumque aliquot mihi insigniter faventium benevolentiae et humanitati tribuam. Nec defuerunt jam nunc, qui illis opibus uterentur; et nos ipsi iis in nova textus Anthologiae Palatinae editione uti instituimus **), et alios novimus, qui se, illis subsidiis adjuti, ad Anthologiam illustrandam et emendandam accingant; ita ut sperare liceat, Anthologiam, quae per aliquot secula fere neglecta jacuerat, Brunkii primum studio et curis e sordibus excitatam, brevi tempore conjuncta plurimorum opera, illustratum et expolitum iri. Absoluto Commentario, ut promis-

---

*) Repetivit hanc Praefationem H. de Bosch in capite quarti Voluminis Anthologiae Grotianae.

**) Primum novae hujus editionis volumen prodiit nundinis autumnalibus anni praeteriti sub titulo: *Anthologia Graeca ad fidem Codicis olim Palatini nunc Parisini ex Apographo Gothano edita. Tomus primus.* Lipsiae, 1813, 8vo.

sum perficerem, pauca, quae darem, supererant, Index Graecitatis, Supplementa epigrammatum, quae Brunkii diligentiam latuerunt, Catalogus denique criticus poëtarum, qui epigrammatis scribendis operam navarunt. His igitur ultimum Volumen destinatum erat. Et primum quod ad *Indicem Graecitatis* attinet, non omnia verba omnesque locutiones, quae in Anthologia occurrunt, in eum relata volui, sed ea tantum, quae notatu digniora esse viderentur, formas rariores, composita aut nusquam alias, aut raro alibi obvia, locutiones poëticas. In exsequendo hoc consilio, cujus fines quam parum definiti sint, minime ignoro, non dubito, fore alios, quibus plura, alios, quibus pauciora, quam vellent, dedisse videar. Nec facile de ea re cum ullo homine digladiabor. Facile fieri potuit, ut digna notatu viderentur, quae vulgaria essent; aut ut vere memorabilia, taedio inter laborem obrepente, a me praeterirentur; alia denique inter describendum potuerunt excidere. Quod autem praepositiones et particulas in primo Indice praeterii, id consilio factum est; quod si illis locum concessissem, non facile finem, ubi consisterem, inveniebam. Vulgatae lectioni nonnullis in locis veriorem Cod. Palat. lectionem adscripsi; passim etiam quae ex conjectura mutanda essent, notavi; plura hujus generis nunc quidem daturus, si res esset integra. Quod in hoc Indice nomina poëtarum et epigrammatum numerum posui, non Analectorum volumen et paginam, ubi quidque legeretur, id cum ob

alias quasdam causas factum est, tum praecipue, ut ipsis poëtarum nominibus statim vetustiora a recentioribus discernerentur. Ut autem quaerendi imminueretur molestia, verborum indici subjeci indicem poëtarum, quo quisque loco et in Analectis et in editione Lipsiensi habetur, eundem, qui etiam quarto Volumini subjectus est, sed minus ille accuratus. Indicem graecitatis, tresque alios in Animadversiones, excipit duplex Collectio epigrammatum, quae Analectorum editor praetermiserat; prior complexa epigrammata ex Codice Palatino collecta; altera exhibens spicilegium epigrammatum, cum in scriptoribus vetustis, tum in marmoribus servatorum. In priore illa collectione non admodum multa sunt, quae novitatis gratiam habeant; plurimis a doctissimo *Huschkio*, aliis etiam ab aliis passim in lucem protractis. Paulo tamen ampliorem poteram reddere, si omnia christianici argumenti epigrammata exhibere voluissem, quorum longe plurima nondum edita erant, sed tam jejuna illa, tam ab omni ingenii artisque laude destituta, ut satius existimarem, hoc quidem loco *) ea tantum seligere, quae auctorum nominibus essent instructa; non quod haec ceteris multum praestarent, sed quod aliquid ad historiam litterariam conferre videban-

*) In nova enim editione, quae integram Cod. Palatini Anthologiam complectitur, omnia exhibui inde a p. 3. usque ad p. 34.

tur. Et in his quidem secutus sum ordinem Codicis Palatini; in altera autem collectione, quum alia quaevis disponendi ratio suis premeretur difficultatibus, illud amplexus sum, quod simplicissimum videbatur, ut ordinem elementarem in epigrammatum initiis sequerer. Ultimum denique locum in hoc volumine occupat Catalogus criticus poëtarum epigrammatariorum, qualem *Fabricius* dedit in Bibliothecae graecae Vol. IV. ed. *Harl.*, paulo tamen uberior illo, nec paucis in locis, quod comparantibus patebit, accuratior. Constitueram initio praemittere huic catalogo historiam criticam epigrammatis, a quibus initiis ortum, quibusque veluti gradibus a summa simplicitate ad illam copiam et ubertatem pervenerit, quam in Meleagro, Philodemo, Antipatris, Philippo, aliisque miramur; quae ejus genera essent, et quo quodque tempore quibusque auctoribus elaborari et florere coeperit. Plurima, quae ad hujus modi historiam requirebantur, in promtu habebam; sed quum ad rem ipsam venissem, saepius inde nescio quomodo avocatus, totum denique consilium ad commodiora tempora differre coepi. Neque enim talis historia in hoc opere necessario requirebatur; et opportuniore loco aliquando exhiberi poterit, praesertim quum hoc volumen jam in tantam amplitudinem excreverit, ut, rescissis iis, quae non plane necessaria essent, me emtoribus rem non ingratum esse facturum, facile intelligerem. Unum est, quod addam. In primis hujus voluminis plagulis spissiores sunt errores

typographici, quam vellem, praesertim in accentibus rite ponendis; in progressu operis rarius peccatum est, fortasse quod typothetae manus meae ductibus paulatim adsuescebant. Hos errores, quos quidem observavimus, quique alicujus momenti essent, in fine voluminis notavimus; reliquos aequus lector facile emendabit. Scribebam a. d. XXII. Julii. an. CIↃ IↃCCCXIV.

Hoc Volumine continentur haec:

I. *Addenda et Emendanda ad Tomum* IX. X. XI. XII. p. 3—144. In his Emendandis, ante hos duos et quod excurrit annos typis exscribi coeptis, nunc nonnulla sunt, quae sublata aut mutata velim, ut p. 36. l. 8. ubi non erat, quod de hiatu timerem in verbis ἐμοὶ ἔτι; et p. 89. l. 11. ubi nunc scribendum videtur: πλουτοῦντες ἀεὶ πυκινοῖσι συνόντες, οἷς . . ita ut jam nulla sit constructionis anacoluthia. P. 143. l. 3. dubites, an προστήκετε sic usurpari queat; usus postulare videtur, προστετήκατε. — P. 60. l. ult. nunc repudio. Παροίμιον pro παροιμία non videtur occurrere.

II. *Index Graecitatis.* 147—500.

III. *Index poëtarum et capitum Anthologiae* in Analectis et in editione Lipsiensi. p. 501—508.

IV. *Index verborum,* quae in Animadversionibus explicantur. p. 511—578.

V. *Index rerum,* quae in Animadversionibus illustrantur. p. 581—606.

VI. *Index scriptorum*, qui in Animadversionibus illustrantur et corriguntur. p. 609 — 612.

VII. *Mantissa epigrammatum Vaticani Codicis*, quae in Brunkii Analectis disiderantur. p. 615 — 750.

VIII. *Epigrammata ex libris editis et marmoribus collecta*. p. 753 — 828.

IX. *Catalogus Poëtarum, qui epigrammata sripserunt*. p. 831.

ADDENDA

ET

EMENDANDA

AD TOMUM NONUM

SIVE COMMENTARII TOMUM SECUNDUM EJUSQUE PARTEM SECUNDAM.

P. 5. *Bianor. Ep. I.* 3. Ἀρήονις. edd. nonnullae vett. — *Ej. Ep. II.* 2. Formam ἰχθύα a nobis probatam, exemplis ſtabilivit *Herm.* ad *Orpheum* p. 814. *Schaefer* ad *Theocrit.* p. 226. In Apogr. *Corn. de Pauw* contextus ἰχθύα exhibet, margo ἰχθῦν. In Apogr. Guy. ἰχθύν. Plures hujus generis accuſativi occurrunt in Anthologia. — V. 5. διασκευθείς. *Br.* cum Apographis. διασκηθείς. Cod. Vat. quod revocandum. Vide *Interpp. Heſych.* V. δισκεῖν. *Euſtath.* p. 1591. 26. — V. 6. noſtra conjectura βαθυσχοίνῳ placuit *H. de Boſch* T. IV. p. 292. *Hubertus van Eldick* ap. Eund. p. 492. tentavit: πτωκὶ μυχῷ σχοίνων. *Corn. de Pauw* in act. mſt. πτωκί, παχυσχοίνῳ . . . et πτωκὶ παχεῖ, σχοίνῳ . . . Vera lectio adhuc latet.

P. 7. *Bianor. III.* 3, ἠέρος. *C. de Pauw* εἴαρος corrigit. At ſi illa lectio, ut idem ait, ad nugas amandanda eſt, quid faciamus *Lucretio*, qui *aërias volucres* L. I. 13. et *Virgilio*, qui *aërias palumbes* dixit in Eclog. *III.* 69? — V. 4. ἰξοβόλων idem, male.

P. 8. *Ej. Ep. IV.* 1. ὀμβροδόχην Apogr. nonnulla. Multa in hoc Ep. inepte molitur *C. de P.* Ultimum

diſtichon medicam manum adhuc expectat. ἔφθανε videtur revocandum ex Cod. Cf. ad *Lemid. Alex.* IV. p. 89.

P. 9. *Ep. VI.* V. I. Interpunctione juvandus eſt rhythmus:

οὗτος ὁ μηδέν, ὁλιτός, ὁ καὶ λάτρις, οὗτος, ὁρᾶτε·

Probabiliter autem *Scaliger* ἐρᾶται, ut homo egenus et nullius rei compos, alienae tamen animae, ejus quam deperibat, potens eſſe dicatur. Aliter accepit *Grotius: Pauper hic et ſervus nulloſque homo natus ad uſus, Qualem, dic, animam poſſidet? alterius.*

P. 10. *l.* 12. lege ἔθηκαν. Ep. IX. 5. 6. ſic explicat *H. Stephanus* in Not. ad Ep. Scl. p. 302. „Navis, quae perit, non ſervat fidem victoribus, qui ſe ejus fidei commiſerunt ſeu crediderunt. Sed quomodo γαίῃ ἀπιστοτέρην? quia fruſtrando ſpem eorum, qui ipſam in terra fabricabantur ad navigationis uſum, fidem quodammodo datam fefellit." Argute *Grotius:*

Concita pix flammis oſtendit, quam neque terris
Tuta ſit, illa ſatis tuta putata mari.

Epigr. X. V. 5. ἔλαθεν μόνος. Conjecturam noſtram verſus rhythmus falſam eſſe arguit. Vera eſt Cod. V. lectio: omnes Iuſtitia aſſequitur; ſic et illum. Hoc bene ſic efferri potuit: *non ille ſolus Iuſtitiae oculos latuit.* *Joſ. Scaliger* tentabat: Δίκην ἔλαθ' ἔννομος. Friget epitheton.

P. 11. Ep. XII. 2. revoca lectionem Cod. αἳ βασιλεῖ . . *quae quondam Perſarum altera Perſis eras. Grotius.* — V. 5. νῦν δὲ ὅλαι δύστηνοι. Tolle hiatum ſcribendo:

νῦν δ' ὅλαι, ὦ δύστηνοι, . . .

V. 7. Βοῦσα καὶ εἰς Ἑλίκην κεκλασμένα. Hanc Cod. lectionem ſic leniſſima ratione correxeris:

Βοῦσα κάθησ', Ἑλίκη τε κεκλυσμένα·

i. e. κάθησαι. *Bura ſedes et tu, Helice, undis ſubmerſae.* καθῆσθαι de locis ſubſidentibus et demerſis paſſim obvium.

P. 15. *Ep. XV.* 3. ἠγνοίησεν ὁ δειλός. nihil mutandum. Senſus eſt: quum ad vos veniſſet miſer, vos non apes, ſed viperas expertus eſt. ἀγνοεῖν reperire aliquem diverſum ab eo quod expectaveras.

P. 16. *Ep. XVI.* κἂν θάνε. Indicativum non reſpuere particulam κἂν monuit *Bergler* ad *Alciphron.* L. III. 58. p. 419. eamque ſententiam roboravit *Schaefer* in Epim. Epiſt. Baſtii p. 26. et in Append. ad *Ariſt.* Plut. p. XXXVIII. — *Ep. XVII.* 6. reſtitue ex Cod. V. ἄχρι καὶ ἀΐδεω. Saepe enim ἀΐδεω quadriſyllabum apud Epigrammatarios. Cf. ad *Diodori* Ep. XVI.

P. 17. *Ep. XIX.* 3. νῦν δέμε. Scribendum videtur proxime ad ductus membranarum:

νῦν δέ με καὶ παιδὸς φθονερῆς λίν' ἐνόσφισε μοίρης.

Joann. Barbuc. Ep. XI. παρ' ἐσχατίης λίνα μοίρης. *Theocrit.* Eid. I. 139. τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπει Ἐκ Μοιρᾶν. — V. 5. quum τόδε in Codd. legatur et edd. non τόγε ſcribendum erat, ſed,

περσεφόνη, σὺ δὲ πατρὸς ἐπὶ θρήνοισιν ἄκουσον.

Sic σὺ δὲ, σὲ δὲ, ſaepenumero infertur poſt vocativum. *Statyll. Flacc.* Ep. III. φλάκκε, σὲ δ' ἄγρυπνον χαλεπαὶ τείρουσι μέριμναι. *Aſclepiad.* Ep. XXV. λύχνε, σὺ δ' εἰ θεὸς εἶ. *Sophocl.* Aj. 1396. παῖ . . σὺ δὲ πατρός . . . θιγών.

P. 19. *Lollii Baſſi Ep. I.* 2. Scr. χὼ μελίθρους. *et notus ille cygnus.* Vide de hac vi articuli *Heindorf.* ad *Platm.* Charmid. §. 7. p. 62. — *Ep. II.* 5. for-

taſſe ad ductus membr. ſcr. ζώει κἄστι βλέπουσα καὶ ἀρτίπους.

P. 20. *lin.* 18. pro *Baſſi eſt* ſcr. *Eidem tribuitur in* . . Cur itaque *Baſſo* inſcribatur ap. *Brunkium*, ignoro equidem. — V. 3. Male *Br.* tentat εἴπω μέν. Saepe a ſingulari tranſitus fit ad pluralem, et contra. — V. 6. ἔφερεν. Vat. Pl. recte. V. 7. ἂν ὀπόν. Vat. V. 4. πινῶν ἐνθύς. Vat.

P. 22. *Ep. VI.* 4. ἔχειν Vat. V. 5. ἢ γάρ. Vat. cum *Huetio.* Noſtrae interpretationi verborum collocatio non favet. Melius accipias verba ἐν ὅπλοις pro ἐν πολέμῳ καὶ μάχαις, Roma armifera inter arma et pugnas originem cepit. — *Ep. V.* 1. νόστου. Fortaſſe νόστους. Quae olim in hoc diſticho tentavi, ea nunc prorſus repudio. V. 8. πᾶν δ' Ἑλλάς. noſtram conjecturam impugnans *H. de Boſch* T. IV. p. 313. tentat, σὴν δ' ἀπατάν . . . quod non melius, aut, σοὶ γὰρ πᾶσ' Ἑλλὰς ἔδωκε δίκην. Hoc ad ſenſum non male. *Hubert. van Eldick* p 494. σοὶ χαρμὴν Ἑλλὰς ἔχευσε δάκρυ. *quas Graecia profudit lacrymas, tibi fuerunt laetitiae.* At γὰρ abeſſe non poteſt. Leniſſima mutatione correxeris:

σοὶ γὰρ ἄποιν' Ἑλλὰς ἔκλαυσε δάκρυ.

tibi enim Graecia lacrymis fuſis poenas ſolvit. Inter ἄποιν' et πᾶν minimum intereſt. *Pindar.* Ol. VI. 28. ὄφρα πελώριον ἄνδρα . . αἰνέσω . . πυγμᾶς ἄποινα. *Id.* Pyth. II. 24. ἐτέλεσσεν ἄλλος ἀνὴρ εὐαχέα βασιλεῦσιν ὕμνον, ἄποιν' ἀρετᾶς. *Id.* Nem. VII. 22. εἰ εὕρῃ τις ἄποινα μόχθων κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς. *Aeſchyl* Agam. 1411. οὐ τοῦτον ἐκ γῆς τῆσδε χρῆν σ' ἀνδρηλατεῖν Μιασμάτων ἄποινα. Cf. *Toup.* ad *Suid.* T. I. p. 376 ſq. *Matthiae* ad Hom. Hymn. p. 332.

P. 24. *Ep. VI.* 2. Scr. cum membranis:

τὴν πάλι νηνεμίην.

pro οὐδὲ πάλι τὴν νηνεμίην. — Ep. VII. 4. καὶ στέρνοιο. Vat. recte. Praepoſitione facile caremus.

P. 25. *Ep. VIII.* 4. Fortaſſe ad ductum membr. ſcribendum:

ἄρεα καὶ Μῆδον καὶ Λακεδαιμονίας.

ſive etiam Μήδιον. Utrumque hoc vulgata elegantius. V. 5. *Br.* lectionem hiatus ſuſpectam reddit. Ad membr. lectionem — ἐπ᾽ ἐμεῖο βοοστρύχου., proxime accederet: ἐπ᾽ ἐμεῖ᾽ ὁλοβοστρύχου.. i. e. *ferae multo cum crine.* Caeterum falſo *Br.* θηρὸς in Vat. C. legi dixit; θήρης ibi eſt, haud ſecus atque in Plan.

P. 26. *Ep. IX.* 2. ἐκμαστῶν. In Vat. C. ἡ μαστῶν. non ἐκ. — λευκὸν γάλα ſupplevit *C. de Pauw.*

P. 28. *Thall. Mileſii* Ep. 1. 2. ſcr. Ῥωμυλιδῶν monente *Lobeck* ad *Sophocl.* Ajac. p. 368. a nominativo Ῥωμυλίδης. — V. 4. *Mitſcherlich* ad *Horat.* L. IV. 5. 33. corrigit γηθόσυνοι. quod a Cod. oblatum amplecterer. Nunc γηθοσύνους non eſt quod repudiemus. Idem ἀθανάτοις in ἀθανάτῳ mutandum cenſet citra neceſſitatem.

P. 30. *Ep. III.* 3. χαὶ λιβάδες corr. *Schaefer* Meletem. p. 49. — V. 4. ἄγκειται reſtituendum. — *Ep. IV.* 6. τοὺς deſideratur ap. *Ienſium.* — *Ep. V.* 3. στεφάνων. *coronae* fortaſſe h. l. documentum laetitiae, qua juvenum illorum gloria patriam Miletum affecerat.

P. 31. *Ep. II. Gaetulici.* V. 3. ἄλλος ἐπ᾽ ἄλλῳ. *Lucian.* Ep. XXXVI. ἄλλον ἐπ᾽ ἄλλῳ Σωρεύειν αἰεὶ πλοῦτον. Idem Epiſt. Saturn. T. IX. p. 42. οὐκ ἀνίεσαν ἄλλα ἐπ᾽ ἄλλοις αἰτοῦντες. Alex. T. V. p. 93. ἔπεμπε δ᾽ οὖν ἄλλους ἐπ᾽ ἄλλοις. *Eurip.* Cycl. 423. ἐγὼ δ᾽ ἐπεγχέων ἄλλην ἐπ᾽ ἄλλῃ. — P. 31. lin. penult. Scr. Γαιτούλλου pro Γαιτουλλίκου. — *Ep. III.* 2. αἶψα, ex ΑΙΨΑ ortum. Sic ap. *Orpheum* Argon. V. 930. pro

δέρας τὸ κεν αἶψα δοκεύει Δεινὸς ὄφις, fortaſſe corrigendum:

τό γ' ἔναντα δοκεύει ....

Etiam in Lithicis v. 63. legerim: ἀλλ' οὐ πάγχυ βροτοῖσι σαοφροσύνης ἀλεγίζειν Ἵμερος, ἄντα δὲ, πρέσβα δαημοσύνη, σ' ἀτίουσιν. Vulgo αἶψα δέ. Elegans autem repetitio vocabuli: λιτὰ τάδ' ἐκ λιτοῦ .. ut ap. *Julian. Aegypt.* IX. γνωτῶν τρισσατίων ἐκ τρισσατίης λίνα θήρης. *Archias* VII. τρίζυγες ἐκ τρισσῆς θέντο λινοστασίης. — V. 10. δώσει non videtur repudiandum, licet μεν praeceſſerit. Plura hujus generis in Anthologia notavimus, quae addi poſſunt iis, quae dedit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 89. et *Matthiae* ad Hymn. Hom. p. 145. et 393. Fortaſſe tamen μεν mutandum in οἱ, ὥς οἱ βαρυγ.

P. 34. *Ep. IV.* 5. παυσάμενος δὲ φόνοιο. Haec lectio non temere repudianda. Alco enim quum, deorum beneficio, filium ſervaſſet, manus in poſterum caede inquinare noluiſſe videtur. Quare a venatione et feris interficiendis ceſſavit, ἐπαύσατο τοῦ φόνου.

P. 35. *Ep. VII.* 1. Κρῆτα. Vat. male. Verum eſt Κρήτα, quod *Plan.* dedit: *Creta navigantibus periculoſa.* — V. 4. reſtituendum ἔπλησεν θηρῶν. — V. 5. Scr. δέμε.

P. 36. *Ep. IX.* 6. V. d. in Bibl. bonarum Literar. T. LXIV. p. 220. pro ἦλθεν ἐπὶ ψάμαθον. corrigit: ἤλυθεν εἰς ἄκατον. Similiter *H. van Eldick* ap. *H. de Boſch* T. IV. p. 500. ἦλθεν ἐπ' εἰς ἄκατον ſive ἦλθ' ἐπιβᾶσ' ἄκατον. In Planud. ἦλθ' ἐπὶ συμμορίην. quod *Planudis* inventum eſſe dubitare noli. Nec hic, nec praecedens verſus perſanatus eſt.

P. 36. *Antiphili Byz.* Ep. I. 2. ἐνκυστολόγει V. C. Forte γ ut ſaepe ortum ex ductu calligraphico, quum ille ſcripſiſſet: ἐνκυστολέει. — V. 3. κεῖθεν depravatum videtur et ἔφρα. Λεύσσῃ emend. *Jenſius.*

P. 38. *Ep. II.* 3. revoca lectionem Vat. et Plan. ἴδ' ὁ χρόνος . . quam temere immutavit *Br.* — *Ep. II.* 3. Scr. οἳ δέ με τὸν . . . Verba τί γένωμαι ὄρνεον; *quaenam ego avis ſiam? cujusnam avis ſumam ſpeciem?* — *P.* 40. *Ep. IV.* φίλης eſt apud *Suidam.* Hac lectione hiatus tollitur, quem φίλη Vat. C. efficit.

P. 41. *l.* 16. lege *veluti muſco* pro *vetuli.*

P. 42. *Ep. VII.* 2. ἀδριακοῦ. *Lenzius* cogitabat de vino Iſſae, inſulae maris Adriatici, quod laudat *Athenae.* L. I. p. 28. E. Mihi etiamnum vera videtur interpretatio, quam in commentario dedi.

P. 43. *l.* 14. pro ἐνιαυτός. lege: ποίη. ὁ ἐνιαυτός. et στρούθειον pro στρούθιον. — l. 22. φιαρῷ. rectius μνιαρῷ ſcripſeris, ſi quid novandum ſit. Sed verum videtur νεαρῷ.

P. 45. *Ep. XI.* 1. θυγατέρες Μαιονίδεω. De Juliani Epiſtolis agens *Libanius* in Epitaph. T. I. p. 624. ed. *R.* παῖδας τούτους ἐκεῖνος ἀθανάτους καταλέλοιπεν, οὓς οὐκ ἂν ὁ χρόνος δύναιτο . . . ἐξαλεῖψαι. quae ducta videntur ex *Hyperidis* Epit. ap. *Stob.* Tit. CXXIII. p. 616. 12. ὅσοι μὲν γὰρ αὐτῶν ἄπαιδες τετελευτήκασιν, οἱ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἔπαινοι παῖδες αὐτῶν ἀθάνατοι ἔσονται. — P. 45. lin. 27. lege Ἑκτορέας pro Ἑκτορέαις. l. 30. poſt *vulgo* adde: *et Vat. C.*

P. 46. *Ep. XII.* 3. φωτῶν. Sic ut nos Φαττῶν correxit V. D. poſt *Callimache* Hymn. et Epigr. Londini. 1741. (quem *Bentlejum* eſſe ſuspicor) ut didici ex not. *Boſchii* T. IV. p. 488. qui emendationem illam longe certiſſimam, et a *Wyttenbachio* et *Eldickio* probatam, impugnare conatus eſt p. 244. et 487. et 502.

P. 48. *Ep. XV.* In Cod. Lugdunenſi *Suidae*, quem *Gronovius* comparavit V. 1. legitur, καὶ χρυσὸς ὑπὸ χρόνον. V. 4. οἷς ζωῆς οἶμος ἐλαφροτάτη. quod monuit V. D. in Bibl. Lit. et Art. LXIV. p. 214.

P. 50. *Ep. XVI.* 6. *Sladus* in Ap. Pauw. corrigit: μέτρον ἔχω λιμένων. *C. de Pauw:* ἐξ αὐτῆς μέτρου ἔχω λιμένα. vel λιμένας. Unice probanda videtur correctio *Reiskii:*

εἰ ταύτης μέτρον ἔχω λιμένα.

An portum habeam ad illius urbis menſuram patentem. Fere ut ap. *Phalar.* Ep. CII. p. 292. εἷς γὰρ ἀνὴρ ἐμοὶ τοιοῦτος ἁπάσης ἐστὶ Σικελίας μέτρον. ubi ſimilia dedit *Lennep.* — *Ep. XVII.* Conf. de clepſydris *Paciaud.* Monim. Peloponn. T. I. p. 58. qui hoc Ep. excitat.

P. 51. *Ep. XVII.* Illuſtratur hoc proverbio locutio veteribus uſurpata, ὁ ἑκάστου νοῦς θεός. de qua videndus *Gatacker* ad *Antonin.* XII. 26. — *P.* 52. *Ep. XX.* 7. ἔφα σοφός. ut *Theocrit.* Eid. XIV. 22. λύκον εἶδες, ἔπαιξέ τις, ὡς σοφὸς εἶπεν.

P. 54. *l.* 11. poſt *Aſcenſ.* adde: *ubi* ἑρπυστής.

P. 55. *Ep. XXIV.* 5. εἰ ἀπὸ χέρσου. legendum videtur: εὖτ' ἀπὸ χ. *aureum profecto fuit humanum genus, quum homines procul de terra ſpectabant mare.*

P. 56. *Ep. XXVI.* 4. ἀπιστότερον. Simili acumine *Ariſtides* T. I. p. 545. de Rhodi everſione per terrae motum: οἱ ἀπὸ θαλάσσης ἀναβεβηκότες τὴν πατρῴαν ἑστίαν ἀπιστοτέραν τῆς θαλάσσης εὗρον. — *Ep. XXVII.* De μονοξύλοις veterum loca congeſſit *Schaefer* ad *L. Bos* p. 390. *Avienus* V. 103. de incolis ſinus Oeſtrymnici: *non hi carinas quippe pinu texere Acereve norunt, non abiete, ut uſus eſt, Curvant faſelos; ſed rei ad miraculum, Navigia junctis ſemper aptant pellibus, Corioque vaſtum ſaepe percurrunt ſalum.* ubi vide *Wernsdorf.* Poetae L. M. T. V. P. III. p. 1184. — V. 6. πυκτόν. πυκτὸν mallet *H. van Eldick* ap. *de Boſch.* T. IV. p. 494.

P. 57. In lemmate Ep. XXVIII. Cod. V. non habet περὶ κήπου ſed περιγκήπου. Erat autem ἡ περίγκηπος

ſive πρίγκιπος ſuburbana Conſtantinopoleos inſula, de qua videndus *Du Cange* Lex Gr. med. p. 1227. — lin. 28. corrige: πολύ. *Vat. C.* πουλύ. *Plan.*

P. 59. *Ep. XXX.* 3. *Br.* correctionem verſus rhythmus falſam eſſe arguit. ὃ καὶ βοσίν, ὃς φάγε . . . verum videtur; quamvis βοσὶν pro βουσὶν alibi non videtur occurrere. — *Ep. XXXI.* 6. ποταμῶν Vat. C. quod reponendum.

P. 64. *Ep. XL.* 2. τιναξαμένων. Vat. C. V. 3. αἷς Ibid.

P. 65. *Ep. XLI.* 1. νησαίοιο. Idem vocabulum perperam legitur in *Theophyl.* Inſt. Reg. II. c. 19. ἂν δὲ Φίλιππος νομισθῇ, στενοχωρεῖταί τὰ βασίλεια νησαίοις ἵπποις καὶ Ἰταλοῖς. vertunt: *equis inſularibus*. Corrige: νυσαίοις. Cf. *Rittersh.* ad *Oppian.* Cyneg. I. 310. et *Interpp. Heſychii* V. νησαίας ἵππους. T. II. p. 679. — V. 3. οὐδ᾽ ὅτ᾽ ἔκνωσσε. Sic perſpicue Cod. Vat. — P. 66. lin. 7. dele verba *cum Vat Cod.* et lin. 13. poſt *dubio* adde: *cum Vat. Cod.* — V. 7. ἔκλεισαν. Similiter videtur erratum in *Artemidori* L. V. 25. p. 407. ed. *R.* ἔδοξέ τις ἐρωμένην ἑαυτοῦ ὁρῆν ἐν σταμνίῳ καιομένην. Noviſſimus editor correxit κειμένην. Verius videtur: κλειομένην.

P. 67. *Ep. XLII.* 1. ἔσχεν Vat. C.

P. 68. *l.* 12. dele *recte*. Satis nunc conſtat, vanos fuiſſe, qui v. epagogicum, ubi poſitionem facit, ubique delendum cenſerent, caeſurae vim ſyllabae brevi producendae ſufficere exiſtimantes. Nec *Brunkius*, qui illi ſectae nomen dederat, ubique ſibi conſtabat. — *Ep. XLIV.* Tractavit *Huſchke* in Anal. cr. p. 120. qui comparat *Propert.* II. El. XXVI. 33. *Et tabula una duos poterit componere amantes, Prora cubile mihi, ſeu mihi puppis erit.* — V. 3. ἥ τ᾽ ἐπὶ τούτῳ, quod *H.* adoptavit. V. 5. ex eodem Codice:

καὶ κε ῥυπῶντ' εἴδοιμι. niſi fuit ἐσίδοιμι, quod compoſitum ſaepe occurrit pro ſimplici.

P. 70. *Ep. XLV.* 1. probat *Huſchke* in Anal. cr. p. 117. lectionem Cod. Voſſ. κοχλιδίων δύστηνον ἐρωδιὸν ἔχθρα κολάζει. Tum ſic pergit Vir doctiſſimus: „Quae ſit iſta κοχλιδίων ἔχθρα diſcimus ex *Aeliano* de H. An. X. 5. οἱ κοχλίαι ἴσασιν εἶναί σφιν πολεμίους τοὺς πέρδικας καὶ τοὺς ἐρωδίους, καὶ αὐτοὺς ἀποδιδράσκουσιν· οὐδ' ἂν ἴδοις ἔνθα οὗτοι νέμονται, καὶ κοχλίας διέρποντας. V. 6. πεζοβατεῖν. recte edidit *Reiske*: *pedibus tranſire mare.* Idem V. 8. correxit: ἐκδηῶν Κόλχους καὶ Βρίον ὁ προδότης. et vertit: *ferite igitur malam avim, quae gravem rependit incolatus mercedem, vaſtandis Colchis et Brio, avim proditorem.* Nunquam fortaſſe magis a ſcopo aberravit *Reiskius*, quam in tractando hoc loco. Vera haud dubie eſt lectio Apographi Buheriani: ἐκ δηΐων *ab hoſtibus*, et Voſſiani, quod ſuppeditat κόχλους καὶ βρύον, adeoque legendum:

βάλλετε δὴ κακὸν ὄρνιν, ἐπεὶ βαρὺν ἤρατο μισθὸν
ἐκ δηΐων, κόχλους καὶ βρύον, ὁ προδότης.

Ardea tanquam mercedem proditionis ab hoſtibus acceperat cochleas et algam. Ita aliqua ſaltem lux accenditur carmini perplexo et miſere lacerato. Agit auctor de urbe quadam, mari adjacente, quam hoſtes recedente aeſtu vi adorti erant, poſteaquam ardeae crachulas quaerentes ipſis indicaſſent, undam nunc eſſe vadoſam, et tranſitum ſinus meabilem. Similis extat narratio apud *Suidam*, decerpta e *Polybio* in V. τενάγη· διάβροχοι. κάθυγροι τόποι. πηλώδη πελάγη. ἡ ἰλὺς ἐπιπολάζοντος ὕδατος οὐ πολλοῦ, καὶ βοτάνης ἐπιφαινομένης τῷ ὕδατι. Πολύβιος· κατὰ τὴν εἰς θάλατταν ἐκβολὴν τοῦ Βουκάρα ποταμοῦ, συνθεωρήσας κατά τινας ἀνέμων στάσεις ἀποθινούμενον τὸ στόμα καὶ τεναγώδη γινομένην τὴν παρὰ τὸ στόμα πάροδον, τηρήσας τὸ προειρημένον σύμπτωμα, διε-

βίβασε τὴν στρατιάν· τὰ δὲ δὴ πλείω τῶν πλοίων μετέωρα διὰ τὰ τενάγη ἀπεσάλευε." Hactenus Vir eruditiſſimus. V. 3. τεναγίτιν. et V. 6. πεζοβατεῖν. notatum in marg. Apogr. Pauw. V. 4. *C. de P.* pro ἐθημολόγει ſuſpicabatur ἐρημολόγει.

P. 72. *Julii Diocl.* Ep. I. lin. 18. dele verba: *verba . . . accipienda ſunt.* ἀποκρινόμενος mihi videbar legere in Codice, quum rectiſſime ſcribatur ἀποκρινομένοις. V. 1. in quo haerebat *Corn. de P.* ſic accipiendus, ut χαῖρε bis ſumatur. — *Ep. II.* 1. pro οἶκος *Huſchke* Anal. crit. p. 132. correxit εὖχος, *rem votam et perſolutam*, ſive *promiſſam et redditam*. *Plato* Ep. VIII. τὸν Νυμφῶν θεράποντα . . . βάτραχον, Χαλκῷ μορφώσας τις ὁδοιπόρος εὖχος ἔθηκε. Idem V. D. unice probat V. 4. lectionem a *Suida* ſervatam θηροβόλει, unde apparet in V. 3tio, ſi non omnia, certe haec eſſe ſincera: δικτυβόλει τούτῳ δὲ . . . Nec quicquam obſtare exiſtimat Vir eruditiſſimus, quin librarius totum hexametrum, caſu omiſſum, ex alio exemplari fideliter transſcripſiſſe exiſtimetur. Nihil certe deſiderari in hac lectione:

δικτυβόλει τούτῳ δὲ παρ' ἠϊόνων κροκάλαισι·
θηροβόλει τούτῳ δ' ἄγκεσι θηροτόκοις.

Mihi tamen, ut verum fatear, nec τούτῳ δὲ repetitum, nec δὲ bis in tertia ſede collocatum placet.

P. 73. *l.* 13. poſt διενήχοντο adde: Alia exempla clypeorum eidem uſui adhibitorum collegit *Caryophilus* de vet. clypeis p. 77. — Ep. IV. 2. *Huſchke* Anal. crit. p. 130. correxit: ὀγκωτὴν γαῖαν. *Statyll. Flacc.* Ep. X. ὀγκωτοῦ ὕπερθε τάφου. Similia collegi ad *Alex. Aetol.* fr. V. 33. (T. I. P. II. p. 243.) ἠρίον ὀγκώσει τὸ μεμορμένον. Senſum Epigrammatis huc redire exiſtimat Vir D. neque *levi arena* me adſpergite, neque *injecta terra* me in hoc litore humate. *Sophocl.* An-

tig. 255. ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο, τυμβήρης μὲν οὔ, Λεπτὴ δ', ἄγος φεύγοντος ὣς, ἐπῆν κόνις. V. 3. 4. idem V. D. ſic conſtituit:

μαίνεται εἴς με θάλασσα, καὶ ἐν χέρσοισί με δειλὸν
εὑρίσκειν ῥαχίαις οἶδε καὶ εἰν ἀΐδῃ.

comparans *Callim.* ap. *Schol. Sophocl.* Oed. Colon. 249. οὕνεκεν οἰκτείρειν οἶδε μόνῃ πολίων. *Lucill.* Ep. CXIX. de vento: ἢ δρύας ἢ πλατάνους οἶδε χαμαὶ κατάγειν. Hunc uſum verbi οἶδα attigimus T. I. P. II. p. 264. Initio diſtichi mallem proxime ad lectionem V. Cod. μαίνετε δ' εἰς ἐμέ . . .

μαίνετ' ἴδ' εἴς με θάλασσα.

V. 6. recte monuit *Huſchke* non opus eſſe, σταθερῇ mutetur in τραφερῇ. Ep. ἀδ. CDXXXIV. τὸ δ' ἄγριον ἐπλήμμυρε χεῦμα, καὶ ἐκ σταθερῶν ἥρπασεν ἠιόνων. *Oppian.* Cyneg. II. 412. γαῖα πέλει σταθερὴ . . . ἄστατος ἔπλετο πόντος. *Antiphil.* Ep. ined. Vat. C. p. 492. ἤπιον αὔρην πέμπε κατὰ σταθερῆς οἰχομένῃ γ' ὀθόνῃ. ubi mare *placidum et tranquillum* ſignificari videtur. Similiter ψαφαρὴ de *terra* in ἀδ. XXXIV. ἶσον ἐπὶ ψαφαρὴν ἀντλεῖν ἅλα. Totum diſtichon ſic fortaſſe reſtitueris:

χέρσον ἐπεκβαίνειν εἴ μευ χάριν ὕδατι θυμὸς,
ἀρκοῦμαι σταθερῇ μιμνέμεν ὡς ἄταφος.

Crinagor. Ep. XXXI. χέρσον ἐπεκβαίνοντι κατασπασθεῖσα κλύδωνι.

P. 76. *Diodori Sardiani* Ep. I, 2. Probum eſt Βορραίῃ. *Philipp.* Ep. LXVIII. Βορραίου Σκυθίης. ubi vide not. p. 195.

P. 78. *Ep. III.* 3. Vat. C. ἔπορεν. recte.

P. 80. *Ep. VI.* 2. Νεοπτόλεμος eſt in Plan. Sed revocanda lectio membran. μενεπτόλεμος. Ad Ἀχιλλεί-

δης nomen diſerte addi minime opus erat. — *Ep. VII.* 4. κλάζει etiamnum depravatum eſſe puto. Scr. κλαίω. Cippus loquitur, Diodori verſibus inſcriptus, qui immaturam Athenaïdis mortem deplorant. Quare ipſe cippus ſe plorare ait. Sic omnia plana ſunt.

P. 81. *Ep. VIII.* 4. Pro Ῥουφῖνος ſcr. Ῥουφίνιος De ſyllaba antepenultima correpta non eſt quod dubites. Talia plurima in nominibus propriis ſibi permiſerunt veteres, etiam meliores Noſtro. Cf. haec Addend. ad T. II. P. III. p. 300. ad *Cyri* Ep. VI. — *Ep. IX.* 3. Vir Doctus in Magas. Enc. an. V. T. V. p. 23. legendum ſuſpicatur: Θῶμον Ἀσταχίην τε μ. ἤκαχες οἵ σε . . . κώκυον. quae nomina parentum Hipparchi eſſe putat; et prius quidem a θωμὸς derivandum exiſtimat, alterum ab ἄσταχυς. — V. 6. ἐπὶ βιότου. Vat. C.

P. 83. *Ep. XI.* Confer Ep. ἀδεσπ. DCXIX.

P. 85. *Ep. XIV.* 1. τῷδ' ἐπ' Vat. C.

P. 87. *Ep. Acerati.* 1. reſtitue Ὁμηρείησιν. lin. 13. corr. ἐν σοί. pro ἔν σοι. Tum adde *Euſtath.* Id. α. p. II. 41. Homerus Hectorem ῥίψας ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ, συγκατέλυσεν, ἐκείνῳ τὴν ποίησιν, οὐ μόνον ὅτι συναπέσβη τῷ Ἕκτορι καὶ ἡ τῶν πολεμικῶν ἔργων θερμότης κ. τ. λ.

P. 88. *Leonidae Alexandrini* Ep. 1. 3. Haud abſimilis locus *Clementis Alex.* in Cohort. p. 31. 35. δράκων ὁ Ζεὺς οὐκέτι, οὐ κύκνος ἐστίν, οὐκ ἀετός, οὐκ ἄνθρωπος ἐρωτικός· οὐχ ἵπταται ὁ θεός, οὐ παιδεραστεῖ, οὐ φιλεῖ, οὐ βιάζεται, καίτοι πολλαὶ καὶ καλαὶ καὶ νῦν ἔτι γυναῖκες, καὶ Λήδας εὐπρεπέστεραι, καὶ Σεμέλης ἀκμαιότεραι· μειράκια δὲ ὡραιότερα τοῦ Φρυγίου βουκόλου. — *Ep. III.* 1. ἰχθῦν. corr. ἰχθύν.

P. 89. *Ep. VII.* 3. quum Vat. C. habeat τὸν γὰρ ἄπαις, apparet ſcribendum eſſe non καὶ, ſed

τοὶ γὰρ ἄπαις διέμεινε.

P. 91. *Ep. IX.* 3. βωμοὺς adſcriptum Apogr. Ruhnkeniano et aliis. Sic etiam *Jenſius* ſuſpicabatur, ſed in Corrigendis p. ult. βωμοῖς tuetur.

P. 92. *Ep. X.* 2. quantumvis ſit elegans *Ruhnkenii* emendatio, non tamen recedendum a lectione Vat. C. σωρὸν ἀκεστορίης.

P. 94. *l.* 5. *ab ultim.* corr. οἳ δὲ . . pro οἱ δὲ.

P. 96. *Ep. XVI.* 3. revocanda membr. lectio: λήξει δ' οὐδ' αἰῶνι γόον. i. e. παύσει. ut ap. *Homer.* Iλ. V. 424. Ἰδομενεὺς δ' οὐλῆγε μένος μέγα. Id. Iλ. φ. 305. οὐδὲ Σκάμανδρος ἔληγε τὸ ὃν μένος.

P. 100. *Ep. XXVI.* 1. 2. In Apogr. *C. de Pauw* hoc diſtichon ſic diſtinguitur:

καὶ λόγον ἱστορίῃ κοσμούμενον ἠκρίβωσας
καὶ βίον, ἐν φιλίῃ, Πάππε, βεβαιότατε.

qua diſtinctione omnis emendandi neceſſitas praeciditur. Fruſtra *C. de Pauw* ἠκρίβωσα tentat.

P. 101. *l.* 15. poſt *Vat. Cod.* adde: *et Plan.*

P. 107. *Ep. XLI.* 2. *Grotius* expreſſit vulgatam πολιῆς: *ſed quae mente graves vincere poſſet anus.* Etiam πολλὴ ἡλικίη *multi anni* ſunt.

P. III. *Parmenionis.* Ep. I. 3. ἀνακυκλοῦται ob Cod. auctoritatem reſtituendum eſt. — *P.* 112. Ep. III. 1. ſcr. κἀγὼ δὲ σὲ χρυσοῦ.

P. 116. *Ep. XIV.* 2. διπλόα. Scr. διπλᾶ, ut brevis ſyllaba tollatur in caeſura pentametri. In δάκρυα ſaepius prior corripitur; alias facile ſcripſeris verbis transpoſitis: προφθιμένου διπλᾶ δάκρυα μητρὸς ἔχω. Sed non opus. — V. 3. lege μνηστῆρσον, ut eſt in Cod. V. — *Ep. XV.* male explicui a *Br.* in errorem abreptus. Legendum cum membranis: αὐτῷ τις . . . τῷ γείτονι. vir quidam uxorem duxerat non *ſibi*, ſed *vicino*, ea lege ſcilicet, ut illa, facilis mulier et commodis moribus, cum vicino cubaret, maritus largiter et laute

aleretur. Comparavit *Huſchke* in Anal. cr. p. 170. *Terentium* in Eunuch. Act. V. fin. ubi Gnatho Thraſonem Phaedriae ridendum et comedendum tradit: *principio et habet quod det, et dat nemo largius. Fatuus eſt, inſulſus, largus, ſtertit noctesque et dies: neque tu iſtum metuas, ne amet mulier: pellas facile ubi velis.* Cf. *Interpp. Iuvenalis* I. Sat. 55. ſqq.

P. 117. *l.* 9. ſcr. *paraſitus.*

P. 118. *Antiphan.* Ep. I. a. Expreſſum ex hoc Epigr. Fabula inter Aeſopicas 117. XXIX. ed. *Furiae.* p. 15.

P. 120. *l. penult.* ſcr. λαθροπόδας.

P. 121. *Ep. III.* 4. De τρωκτῆς vide *Schneider.* in Lex. Gr. V. T. II. p. 544.

P. 123. *Ep. V.* 4. πρόκυνες. qui Callimacho propugnant, ejusque laudem a nonnullis imminutam defendere conantur. Cf. *Schweigh.* ad *Athenae* L. VI. c. 74. T. III. p. 532.

P. 124. *Ep. VI.* 5. ἔσχεν. Vat. C. quod temere damnavi. Inhaerebat tum falſa, a plurimis inculcata et temere probata doctrina de vi caeſurae et litera paragogica ante conſonantem non admittenda.

P. 124. *Ep. VIII.* 4. κάμπη. *Columella* de cultu hort. V. 324. animalcula recenſens plantis pernicioſa: *nec ſolum teneras audent erodere frondes Implicitus conchae limax, hirſutaque campe.* et v. 366. *volvitur ad terram diſtecto corpore campe.* — V. 5. 6. nondum me poenitet conjecturae de h. l. prolatae. Sed propius etiam ad membr. ductus acceſſeris, ſcribens:

Ὁ φθόνος εἰς πολὺν ὄλβον ἀπέβλεπεν· ὃς δὲ τὰ μικρὰ πορθεῖ, καὶ τοῦτον Κῆρα κάλει μεγάλην.

C. de Pauw ſuſpicabatur: καὶ οὗτος κῆρα ναίειν ἐθέλει pro θανάτῳ ὁμιλεῖν. mortem et orcum habitare, morte delectari, quae omnia perdit, et ſocia eſt τοῦ μικρ

πορθοῦντος. Tum idem ſcribit: καὶ οὗτος ξηρὰ ναίειν ἐθέλει. quod ipſi auctori venuſtum videtur. Mihi utraque conjectura vehementer videtur inepta.

P. 127. *Ep. IX.* 6. αἴφνης probare videtur *Hermann.* ad *Orpheum* p. 770. ἄφνω Vat. C. quod in ἄφνως mutandum eſſe, dubitare noli. *Apollon. Rhod.* L. IV. 580. αὐτίκα δ' ἄφνως ἴαχεν. — *Automedontis Cyz.* Ep. I. 3. εἷς αὐτῷ conjecit *C. de Pauw*, non male. — V. 4. εἷς ἔφερέν τι φαγεῖν corrigit *Schaefer* ad *Theocrit.* p. 217. — *Ep. II.* 4. vera lectio εἶναι καὶ . . . reperitur etiam in Apogr. Pauw.

P. 129. *Ep. III.* comparari meretur *Martialis* L. VI. Ep. LXXI.

Edere laſcivos ad Baetica crusmata geſtus,
Et Gaditanis ludere docta modis,
Tendere quae tremulum Pelian, Hecubaeque maritum
Poſſet ad Hectoreos ſollicitare rogos etc.

V. 7. *C. de P.* membr. lectionem ἐπιρίψῃ tuetur, explicans aut *crus in altum erigere*, aut *in equum aſcendere.*

P. 130. *Ep. III.* a. 1. Verba πέμπε, κάλει, πάντ' ἐστὶν ἕτοιμά σοι. pro meretriculae fortaſſe verbis haberi debent, quibus illa ſe poëtae ante addixerat. Nunc poëta eadem apud ſe repetit, ſimul reputans, quid, ſi illam arceſſiverit, eventurum ſit. — V. 3. lectio membran. λαχάνου σι σαρωτέρη fortaſſe ſic corrigenda

αὕτη γὰρ λαχάνου σιπαλωτέρη . . .

σίπαλος idem quod τυφλὸς, *debilis, mancus.* Poëta ap. Etymol. Iμ. p. 714. 15. ἀλλὰ σὺ μὲν σίπαλός τε καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἔφηλος.

P. 132. *Ep. V.* 3. λήσῃ. reſtituendum. Vid. *Schaefer* ad *Dion. Hal.* p. 430. — P. 133. l. 3. adde: *Pe-*

rizon. ad Aelian. V. H. VI. 10. — *P.* 140. *Philippi Theſſalon.* Ep. II. 4. Vir doctus in Actis Erudit. an. 1753. p. 277. *Pierſoni* correctionem improbans, Cod. lectionem ſic explicat: poëta ſe amoris impetu ita perculſum eſſe dicit, tanquam ſi Jupiter cum omnibus ſuis fulminibus in ſe deſcendiſſet. —

P. 137. *Automedont. Ep. XI.* 3. Derivata videntur haec ex *Platonis* Protagora p. 338. A. συμβουλεύω . . . ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας τοῖς λόγοις . . μήτ᾽ αὖ Πρωταγόραν πάντα κάλων ἐντείναντα οὐρίᾳ ἐφέντα φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων ἀποκρύψαντα γῆν, ἀλλὰ μέσον τοι ἀμφοτέρους τεμεῖν. ubi vide *Heindorf.* T. IV. p. 562.

P. 142. *Ep. IV.* Non *unum* hoc exemplum carminis e continuis pentametris compoſiti. Aliud reperitur in *Heliodori* L. III. 2. p. 173. ed. Bip. et in Inſcriptione prope Maſſiliam reperta, quam edidit *Villoiſon* Mag. Enc. an. V. T. II. nr. 2.

P. 144. *l.* 8. ſcr. *quod per ſe* pro *quod ſe.* Sed minime probanda erat *Pauwii* conjectura, quae verſum hiatu onerat.

P. 146. *Ep. VII.* 1. Tolle comma poſt φηγοῦ; nam σὲ rectius jungitur cum κόψας, quam cum ἔθηκε. — lin. 5. ab ult. corr. αἰγοβάτην pro αἰγιβάτην.

P. 147. *Ep. VIII.* 6. ὀξεῖς ποδίστρας corrigit *Corn. de Pauw*, quod Brunkianae lectioni praeferendum. Sed verum videtur ὠκεῖς.

P. 148. *Ep. IX.* 1. *Grotius* in Mantiſſa IV. p. 423. vertit: *nendi labore* l o r i p e s *vivens anus.* et V. 5. 6. *quae montis Aetnae verticoſos incolunt Domos, fluenta rapida, Symaethi patris.* V. 7. idem ſic ut nos accipit: *Sic laeſa crura ſanitati priſtinae Reddit benignus laticis Aetnaei calor.*

P. 151. *lin.* 2. pro *c.* 37. lege *c.* 137.

P. 154. *lin.* 6. *ignarum* lege *ignavum.* Ep. XII. 4. εἰς ἅλα πτόσας. *ſpumam excitans* interpretatur *H. de Boſch* T. IV. p. 270.

P. 157. *lin.* 4. ſcr. T. I. p. 467. pro T. II. — Ep. XIV. 7. γυῖα πεπηρωθεὶς: fortaſſe legendum:

γυῖ᾽ ἅτε πηρωθεὶς. . .

utpote membra debilitatus.

P. 160. *Ep. XVII.* Hoc carmen tractavit *Martorelli* de Theca calam. p. 209. qui diſtichon periiſſe ſuſpicatur, ſatis probabiliter. V. 1. pro πλευρῆς mallet γραμμῆς ex Ep. *Pauli Sil.* quod nos comparavimus. Nulla eſt emendandi neceſſitas. Nec magis neceſſaria eſt ejusdem conjectura V. 3. καὶ κανὸν᾽ ἰθύτατον pro κανονῖδ᾽ ὑπάτην, quam lectionem *Suidae* tuetur auctoritas.

P. 161. *lin.* 5. corrige T. II. p. 191. pro 343.

P. 162. *Ep. XIX.* 4. *Paul. Sil.* Ecph. S. Sophiae V. 182. ἄρτι μὲν ἀμβλυνθεῖσα γένυν μετὰ βότρυας ἅρπη Ἐσσομένης ἀνέμιμνε θεηγενὲς ἔργον ἀμάλλης.

P. 169. *Ep. XVIII.* 6. 7. Hos verſus ſincere legi non credo; ſed quod olim legendum propoſui, id nunc repudio. Scribe minima mutatione:

ἐλθόντα δέχομαι πάντα· βαστάζω ξένον
ἀστόν τ᾽· ἐπὶ γαίης κὴν βυθῷ μ᾽ ἐρέσσετε.

pro ὥς ποτ᾽. Saepe α et ω permutantur.

P. 170. *lin.* 22. pro ἔμβολα lege κείμεθα. quod in textu reponendum. Vide quae notabimus ad T. II. P. III. p. 59. Straton. Ep. IX.

P. 172. *Ep. XXXIII.* 5. reſtitue membr. lect. ἰδ᾽ ἐς. *Eurip.* Phoen. 605. εἰς χέρας λεύσσεις ἐμάς.

P. 173. *Ep. XXXIV.* 8. propius ad ductus vulgatae correxeris:

ἤρχεται μαιοῦσθαι γαστέρα θηλυτέραις.

P. 174. *Ep. XXXVIII.* Senſus eſt: Eutychides deum, ad cujus numen, judice, ut videtur, jubente, jurare debebat, furto abſtulit, dicens: te, quum jam non adſis, jurare nequeo. Et ſic ſe e jurandi neceſſitate expediviſſe videbatur. Grotius vertit: *Relligio jurare mihi cum diceret, aufert Quem jurare deum debuit Eutychides.*

P. 175. *Ep. XLI.* 2. τῶν Ἀρκάδ. Vat. C.

P. 177. *Ep. XLIII.* 1. γραμματικοῦ. Vat. C.

P. 180. *Ep. XLV.* 1. Vim tranſitivam verbi χορεύσας illuſtravit *Huſchke* in Anal. cr. p. 27.

P. 182. *l.* 1. poſt *apris* inſere *Diana.*

P. 183. *Ep. L.* Similem equi ſtatuam deſcripſit *Nicetas Choniatas* de ſtatuis igni traditis poſt C Polin captam, in *Fabricii* Bibl. Gr. T. VI. p. 415. ὁ δὲ ἵππος ἀνίστη τὸ οὖς, ὡς πρὸς σάλπιγγα, ὑψηλὸς τὸν αὐχένα, τὰς ὄψεις δριμὺς, καὶ τὸν ἐκ τοῦ θυμοῦ δρόμον φαίνων τοῖς ὀφθαλμοῖς, οἱ δὲ πόδες ἀνεφέροντο ἀέριοι, τὸ πολεμικὸν ἀναδεικνύντες σάλευμα.

P. 186. *Ep. LIV.* 6. interrogandi ſignum poſt αὐχεῖς tollendum, et poſt δύναται collocandum; quod monuit etiam *Schaefer* ad *L. Bos* p. 356. — *Ep. LV.* 4. V. D. in Biblioth. Lipſienſi T. LXIV. p. 226. mallet: μὴ κλέπτειν κλέπτης καινὸν ἔδωκε νόμον. At vulgata eundem ſenſum efficit, et elegantius etiam, quum Mercurius non aperte furti inſimuletur. Idem V. D. ad *Ep LVIII.* 1. Ἀδριακὸν κύτος de vaſe vinum Adriacum continente recte accipit. Vide ad *Antiphili* Ep. VII. Sic ap. *Horat.* I. Od. IX. 7. *Sabina diota.* L. III. 16. 33. *Laeſtrygonia amphora.* V. 4. autem vulgatam tuetur in hunc modum: καλύβην eſſe *pergulam, hypampelon*, vitibus luxuriantibus inumbratam, ubi genio indulgebant ſaltando et potando. Cf. *Heyne* ad *Tibull.* L II. 1. 24. II. 5. 97. Ibi lagena fracta et a potatoribus projecta vitem quandam ſuſtinebat.

Haud aliter vites tenellae Calypſus antrum velantes repraeſentantur in Odyſſ. E. 68. ἡ δ' αὐτοῦ τετάνυστο περὶ σπείους γλαφυροῖο Ἡμερὶς ἡβώωσα. Cf. *Böttiger* im N. D. Merkur. 1800. 3. p. 197. ſq. — V. 5. ἀεὶ. Vat. C.

P. 189. *Ep. LX.* 2. εὐχλαίνου. Vat. C. — V. 5. ἀσπὶς ἐμοὶ. Vat. C. recte.

P. 190. *Ep. LXII.* Adſcribam interpretationem *Grotii* ex Mantiſſa quarta p. 427.

Sicut equos domuit, domat et gens Theſſala tauros,
Et praeter nudas non habet arma manus.
Sed rapido saltu, velut alta evellitur arbor,
Sic jacere in frontem fortia vincla parat.
Atque agilem ſummo ſtringens in corpore nodum
Ingentem tali dejicit ante feram.

omne hoc taurorum domandorum artificium ad vivum depinxit *Heliodor.* L. X. 29, 30. T. II p 389. ed. Bip. quae deſcriptio huic Epigrammati lucem accendit. V. 3. legendum

κεντροτυπεῖς πώλους ζεῦξε σκιρτήματι ταύρων.

Heliodorus l. c. ὡς δὲ εἰς συνήθειαν τῆς τε ὄψεως τῆς ἑαυτοῦ καὶ πράξεως ἐνεβίβασεν, ἀντίπλευρος ἤδη παρίππευε, χρωτὶ δὲ χρωτὸς ἐπιψαύων, καὶ ἱππείῳ ταύρειον ἆσθμα καὶ ἱδρῶτα κεραννύων, καὶ τὸν δρόμον οὕτως ὁμόταχον ῥυθμίζων, ὡς καὶ συμφυεῖς εἶναι τὰς κορυφὰς τῶν ζώων τοὺς ποῤῥωτέρω φαντάζεσθαι, καὶ τὸν Θεαγένην λαμπρῶς ἐκθειάζειν, ξένην τινὰ ταύτην ἱπποταύρου ξυνωρίδα ζευξάμενον. ut h. l. emendavit cr. *Corag*, cujus vide commentarium p. 357. ſq. Eodem ſcriptore firmatur *Iſaaci Voſſii* explicatio Verſ. 4ti. de cujus veritate dubitare non debebam. Sic enim *Heliodorus* c. 30. ὁ Θεαγένης . . . ἐπιῤῥίπτει ἑαυτὸν τῷ αὐχένι τοῦ ταύρου· καὶ τοῖς κέρασι τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον κατὰ τὸ μεταίχμιον ἐνιδρύσας, τοὺς πή-

χεις δὲ οἱονεὶ στεφάνην περιθεὶς, καὶ εἰς ἅμμα κατὰ τοῦ ταυρείου μετώπου τοὺς δακτύλους ἐπιπλέξας . . . . ἐκκρεμὴς ἐφέρετο. Caeterum de his ταυροκαθαψίοις conſulendus inprimis *Böttiger* im gothaiſchen Hofkalender an. 1798.

P. 194. *Ep. LXIV.* ἄλλων κλινομένων. verum horum verborum ſenſum jam ante *Burmannum* explicuit *H. Stephanus* ad Ep. Sel. p. 301. —

P. 195 *lin.* 5. *ab ult.* pro *Vat. Cod.* lege *Plan.* — P. 196. Ep. LXVIII. 5. τοὺς ἐπὶ πάντους Vat. Cod. error in marg. emendatus. — Ep. LXIX. 6. Senſus, quem res requirit, non fugiebat *H. Stephanum* ad Epigr. Sel. p. 297. ubi interpretatione fruſtra tentata, ſcribit haec: „Si verſus admitteret. ὅλον pro ἔλεον, faceret pro hac lectione verſus ultimus Ep. *Platonis*: τοὔλλιπὲς ἀλλήλοις εἰς ὅλον ἠράνισαν.“

P. 197. *lin. ult.* Tolle verba: *non opus eſt . . . . producatur.* Ep. LXX. 5. ἀπὸ Ἥρης. Hiatum *Hermannus* tollit ad Orpheum p. 770. ἆρα γ᾽ ἀφ᾽ Ἥρης.

P. 199. *Ep. LXXIII.* 5. νέας an mutandum ſit dubito. . V. 6. αὐτοκυβερνῆται. Vat. C. quod firmat conjecturam *Schneideri* in Lex. αὐτοκυβερνηταὶ legendum cenſentis. — P. 200. de fragmento *Alexidis* vide jam *Schweighauſerum* ad *Athen.* T. V. p. 354. quem tamen V. 4ti correctio fugit.

P. 201. *Ep. LXXIV.* 5. βαθυστήριγμα. Vat. C. unde ſcribendum videtur, uno accentu repoſito:

λᾶα, βαθὺ στήριγμα, κατεῤῥίζωσε πέλωρον.

P. 202. *Ep. LXXV.* 4. ad *Himerium* Ecl. XVIII. 3. p. 262. ubi ἐκκυνηθῆναι occurrit, *Wernsdorfius* in noſtro Epigr. ἐκκεκύνηκε lectum fuiſſe ſuſpicatur, a verbo κυκάω. Male. In marg. Apogr. Pauw. ἐκκεχύνηκε notatum, tanquam conj. *Guyeti*, ſive *Salmaſii* potius.

C. de P. vulgatae patrocinatur, comparans *Eveni* Ep. XII. ἀνδρὸς ἄφαρ μηρῶν ἐξελόχευσα τύπους.

P. 203. *Ep. LXXVI.* 1. prava *Br.* lectio, qua metrum peſſumdatur, cedat lectioni Vat. C. — V. 2. δινητάν. Vat. C. quod reſtituendum. Paſſim ἡ πέτρος occurrit. *Theodorid.* Ep. XVIII. πέτρος ἐγὼ τοπάλαι γυρὴ, καὶ ἄτριπτος ἐπιβλής. Τῆς Ἡρακλείτου δ' ἔνδον ἔχω κεφαλήν. Sic hi verſus ſcribendi et diſtinguendi. Ap. *Alcae. Meſſ.* XXI. ἁ παροδῖτις .... πέτρος. — P. 203. lin. 8. lege πυρηφάταν, et mox ὀδυνηφάτος et πυρηφάτος.

P. 204. *Ep. LXXVII.* 1. rectius ſuppleveris:

Ἰκαρίην ἔτι παῖς πλώων ἅλα...

H. de Boſch p. 311. καλὸς ſupplet. *H. van Eldick* in Addend. p. 493. τὸ πάρος fortaſſe ſervandum eſſe judicat. At haec verba, languida certe et jejuna, a Planude ad lacunam quodammodo implendam adjecta eſſe, non eſt quod dubites. — *Ep. LXXVIII.* 2. verbum ἡρμολόγησε *Schneiderus* in Lex. gr. ab ἑρμολογέω derivat, nec alteram tamen derivationem damnans.

P. 208. *Ep. LXXXIII.* 1. vocem χαλαζεπῆ attigit *Hermann* ad *Orpheum* v. 766. p. 147. — V. 6. τοξεύσας ἔπη. Ep. inedit. in Vat. C. p. 52. ὑμνοπόλος σοφίης .. τοξεύσει ἑκάτερθε, πολύτροπα δήνεα τέχνης. — P. 209. lin. 6 ab ult. lege τέρπετ' pro τέρπει. — *P.* 210. l. 7 lege *ſciolus* pro *ſcriolus*.

P. 211. *Quinti Marcii Ep. I.* non opus eſt ad ſignificationem nominis confugiamus. Senſus etiam ſine illis etymologicis argutiis conſtat.

P. 212 *Ep. Ia.* V. 3. ἀπ' ἐλπίδος Cod. Vat. ἐπ' ἐλπ. corrigit *Schaefer* Meletem. p. 92. ad analogiam locutionis ὀχεῖσθαι ἐπὶ,.., At fortaſſe ſervanda membr lectio,

P. 213. *Ep. III.* 5. ἐπιβάλλῃ, *ſuſcipis*: quod illuſtravit *Schaeferus* ad *L. Bos.* p. 67.

Ep. 214. Ep. IV. 4. ἤλλακται. Cod. V. Similis eſt locus *Dion. Chryſ.* Or. LXXIV. T. II. p. 397. 15. καὶ γὰρ εἴ ποτε ἀπέχονται τοῦ κακῶς ποιεῖν δι' ἥν ποτ' αἰτίαν, ὥσπερ τὰ θηρία πολλάκις ἠρεμεῖ κοιμωμένα ἢ ἐμπεπλησμένα, τὴν μέντοι φύσιν οὐκ ἀποβέβληκε τὴν αὑτῶν; παραπλησίως δὴ καὶ ἐκεῖνοι χρόνον τινὰ οὐκ ἔβλαψαν, ἔπειτα συμβάσης καὶ τὸν τόκον φασὶ καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς πονηρίας ἐκτίνουσιν.

P. 217. *lin.* 2. lege ὑπεικτὰν pro ὑπαικτάν. — lin. ult. poſt *h. l.* inſere *pro* σιδηροῦν. — P. 218. Ep. VII. 2. de ἐπωφελίῃ vide *Schaefer.* Meletem. p. 70. Vera videtur lectio *Br.* παρ' ἀκταίης.

P. 222. *Ep. X* 6. reſtituenda lectio membr. τήνδε καρηβαρίην. Eſt circumſcriptio βάκτρου καρηβαρέοντος, baculi cujus pars ſuperior craſſior et nodoſior. In ejusmodi locutionibus epitheton elegantius jungitur ei vocabulo, quod periphraſin facit.

P. 231. *Ep. III. Addaci.* 1. τετρυμένον jam emendavit *H. Stephanus* ad Ep. Sel. p. 303. — *P.* 232. *Ep. V.* 2. οἶκον ἔχων. De praedonibus Aegyptiis *Heliodor.* L. I. 5. p. 17. ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ σκάφους βιοτεύει, πορθμεῖον τὸ αὐτὸ καὶ οἰκητήριον ἔχων. — P. 233. lin. ult. corrige: πλειούσης pro πλείοντος.

P. 234. *lin.* 3. *ab. ult.* lege φιλοπράγμονα.

P. 237. *Ep. VIII.* 5. 6. *Hermannus* ad *Orpheum* p. 770. corrigit: ἀλλὰ τὰ Βάκχου Ἤματα καὶ σκηνὰς ἐμβάδι πειθομένας. ubi τὰ ἤματα Βάκχου de *Dionyſiis* interpretatur. Nondum me poenitet conjecturae βήματα. At de ἐμβάδι vix eſt quod dubites. Cf. *Polluc.* IV 115. VII. 91. Ap. *Lucian.* in Baccho 2. T. III. p. 76. Bacchus cothurnatus incedit cum χρυσῇ ἐμβάδι. *Athenae.* L. V. p. 200. d. alius ὑπεδέδετο ἐμβάδας χρυσοβαφεῖς. Cf. *Reimar.* ad *Dio Caſſ.* T. II. p. 1032. et 1042.

P. 239. *Ep. IX.* 3. οἱ οὔπω et τὸ πρίν. Vat. C. οὐδέ τις αὐχεῖ. Ibid.

P. 242. *Ep. II Theaeteti.* 4. κεῖθι ἐν εὐθυμίῃ. ut hiatus ſimul et metri tollatur vitium, *Hermann.* ad *Orpheum* p. 770. corrigit:

ἢ ῥ᾽ ὅγε καὶ κεῖθι ζώει ἐν εὐρυθμίῃ.

P. 243. *Ep. IV.* 2. ἐκ νυκτῶν veriſſimum eſt. *Theogn.* v. 452. ἀποῤῥήξασα δὲ δεσμὰ πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα. — V. 3. ἀριθμόν. plerumque articulus additur. Exempla articuli omiſſi vide ap. *Schaefer.* ad *Dion. Hal.* de Comp. p. 160. — V. 4. ταύτης πυρκαϊῆς. de domo ſupra interemtos accenſa. Sic *Valer. Flacc.* L. II. 235. in deſcriptione caedis Lemniorum virorum: *diras aliae ad faſtigia taedas Injiciunt adduntque r o g o s.* Si recte emendavi pro *domos*, qua lectione nihil frigidius. — V. 6. reſtitue ξυνὴ δ᾽ ἦν κάλπις pro ἡ. Articulo facile carebimus.

P. 246. *Dionyſii Carm. I. II.* Hi duo Hymni unum fortaſſe carmen conſtituunt. Nam v. 1—9. qui Muſae invocationem continent, pro Exordio Hymni in Apollinem haberi poſſunt.

P. 252. *Ep. V. Dionyſii.* V. 2. ut hiatus in caeſura pentametri tollatur *Hermann.* ad *Orph.* p. 767. ſcribit:

ἢ τὰ ῥόδ᾽, ἢ σαυτὴν ἠὲ συναμφότερα

quam verborum collocationem etiam ordo ſententiarum poſtulat.

P. 253. *Ep. IX.* in lemmate lege: ἐπωνομάζετο.

P. 256. *Athenaei Ep. I.* 2. σίλισιν. Vat. C. V. 4. βιότου et πόλιος. Idem. — P. 259. lin. 11. lege *comiſſationem* pro *commeſſationem.* — *Ep. Ariſtonis.* III. 3. 4. vulgatam lectionem tueri conatur V. D. in Bibl. Lipſienſi T. LXIV. p. 221. qui ſcripturam ἀπὸ λανοῦ, quam membr. praeſtant, noſtrae conjecturae merito praefert. *Theocrit.* Eid. XIV. 16. σχεδὸν ὡς ἀπὸ λανοῦ.

Aelian. Epiſt. VII. τρύγα ἀπὸ ληνῶν. Sed tum junxerim νεοθλιβὲς πῶμα ἀπὸ ληνοῦ, quod etiam verborum collocatio ſuadet, non πλησαμένη κύλικα ἀπὸ ληνοῦ. Quod vero idem V. D. etiam κύκλῳ πιεῖν tuetur ex *Menandri* fr. ap. *Athen.* XI. p. 594. A. οὐδὲ μίαν Ἡ γραῦς ὅλως κύλικα παρῆκεν, ἀτὰρ πίνει τὴν κύκλῳ. et *Antiphan.* in *Caſauboni* Anim. L. XI. p. 781. δέπας μεστόν, κύκλῳ χορεῦον — in eo fallitur. In lectione Codicis; πῶμα κύκλῳ πιεῖν latet, ni fallor,

πῶμα γλυκὺ κλοπέειν πλησαμένη κύλικα.

dulcem potum poculo impleto furto ablatura. Excidit prima ſyllaba vocabuli γλυκύ. — V. 5. 6. γραῦς δὲ παλαιὴ Ὡς ναῦς ὑποβρύχιος. Vat. C. fortaſſe ſic refingendus eſt, praeeuntibus *Paſſovio* et *Meineckio*:

γραῦς δὲ, παλαιὴ
ναῦς ἅθ' ὑποβρύχιος, ζωρὸν ἔδυ πέλαγος.

V. 8. reſtitue σῆμα λάϊνον. *ſignum, monimentum* tumulo impoſuit vineis vicino. — P. 261. l. 15. pro ληνοῦ in Ep. *Dioscoridis* ληνῶν videtur ſcribendum. In Vat. C. ληνὸν legitur. *Ibid.* Ep. *Thymoclis* V. 1. ἱερός. Vat. C. V. 3. ὥρη Vat. C. — V. 4. ἀνθεκασεῦ Vat. C.

P. 262. *Damoſtratus.* V. 1. νηϊάδες. Vat. C.

P. 263. *Diophanes.* 1. Verum videtur Φηλήτης. Vide T. III. P. II. p. 352. ubi corrige accentum ſcr. Φηλητῶν.

P. 264. *Ariſtodicus.* V. 1. ἦρα. Vat. Probabiliter *Reiskius* ἥρω, quod virum *praecellentem, inſignem* ſignificat. cf. *Siebelis* Diſp. de Heroum gr. educatione. Budd. 1808. *Villoiſon* Mag. Enc. an. VII. T. II. 8. p. 477. ſqq. Intelliguntur trieterica Bacchi, quae ille ſancto furore correptus celebraverat. V. 2. enim lege cum membr. Εὔφρονα λυσσατάν. Forma λυσσητὴς eſt in

Ep. ἀδ. 394. — P. 264. lin. 25. conjecturam noſtram ταινίαις merito repudiat *Baſt* in Epim. ad *Ariſtoph.* Plut. p. XXV.

P. 267. *Heracliti.* Ep. I. 6. οὐκ ἄμοϱος ex Vat. C. videtur revocandum. *Heſych.* ἄμοϱος. ἀμέτοχος. — V. 8. ὃν δ' ἀπάγω. nec hoc verum, nec *Brunkii* τόνδ' ἀπ. poſt praecedens διοσὰ et τὸ μὲν ferri nequit. Scribendum:

ἓν δ' ἀπάγω μναμόσυνον πόσιος.

P. 267. *Ep. II.* 6. non apparet, cur κωφὴν λίθακα repudiaverit Br. *Paul. Sil.* Ep. LII. καὶ λίθακα τϱητὴν σπόγγῳ εἰδομένην.

P. 268. *Statyll. Flacc. II.* 1. σῶον in λεῖον mutandum cenſebat *Zeune* ad Anacr. p. 69. Idem V. 4. πυκινῶς δ' ἐξέφυγόν τε ταχύ. tentat. Utrumque infeliciter, et ita, ut eum nihil in hoc Ep. intellexiſſe appareat. — V. 5. οὐκ ἐπὶ σοι θύω. *Corn. de Pauw.*

P. 269. *lin.* 6. *ab ult.* lege: *quae se non cernere malit.*

P. 271. *lin.* 5. lege *ſpondeum.*

P. 272. *Ep. VII.* Obverſabantur haec *Gregorio Naz.* Ep. CXLIII. εἰ μὲν χϱυσὸν ἔχεις, εὗϱες κακόν.

P. 273. *Ep.* X. 5. εὐξενίοις. Vat. C. (male expreſſum εὐζονίοις.) unde legendum videtur:

πϱόσθε μὲν ἐν ξ ε ν ί ο ι ς φθιτὸν εἴϱυσας Ἕκτοϱα δεσμοῖς.

Tractus eſt Hector zona, quam ab Ajace acceperat ut ξένιον munus. Cf. Ep. ἀδ. CCCLXXXIX. An. T. III. P. II. p. 91. — V. 7. ἐμῇ ὠδύνασαο νηδυῖ corrigit *Schaefer* in Meletem. p. 109. Mihi in mentem venerat: ἐμὴν ὠνόσσαο νηδύν.

P. 274. *lin.* 8. *ab ult.* lege *Vulgo et in Vat.* pro *in Planud.*

P. 275. *Mucii Scaevol.* Ep. 4. ἠλιβάτην corr. *Jenſius.*

P. 278. *Marci Argentarii* Ep. I. 1. κακόσχολε. Sine notione *morae* de diabolo *Gregor. Nazianz.* Carm. XXI. Opp. T. II. p. 94. D. οὐ λήξεις λοχόων με κακόσχολε. — V. 3. ſcr. videtur, ne litera quidem mutata,

οὔ σε περισφίγγει λεπτὸς στολιδώμασι πέπλος.

tenuis haec veſtis te non velat; quamvis veſtita tecta tamen non es.

P. 280. *lin.* 11. poſt *transpoſitis* inſere *Reiske.*

P. 281. *Ep. VII.* 3. ἰοῖς Vat. C. non ἴοις. V. 5. πάντα, Ald. tres et aſc. — Ep. VIII. 2. ᾤχετ᾽ ἀποπτάμενον. Sic *Homer.* Ιλ. β. 70. de ſomnio: ὣς ὁ μὲν εἰπὼν Ὤιχετ᾽ ἀποπτάμενος. quod cum aliis nonnullis ad h. l. comparavit *Huſchke* in An. cr. p. 77. qui v. 6. in noſtra conjectura non acquieſcens, legendum propoſuit: ἀλλ᾽ ἥξεις βωμὸν ὃν ὠμοσάμην. *ibis ad aram.* aſſentiente *H. van Eldick* ap. *de Boſch.* T. IV. p. 495. αἱμάξεις emendaverat *Ruhnkenius*, quod ob copulae defectum minus probabat *de Boſch* l. c. p. 329. Hoc ſaltem incommodo noſtra conjectura αἱμάξας non laborat.

P. 283 *lin* 6. lege περιλάμπει pro πυριλάμπει. — Ep. X. 5. ἐπὶ πέμψω. Cod. V. V. 6. ἀργυρέους κάλυκας. Ibid. Caeterum revocata lectione ζητήσομεν, una litera mutata ſcribendum videtur:

ἀλλ᾽ ἔμπης αὐτὴν ζητήσομεν· ἦ ῥ᾽ ἐπιπέμψω
Κύπριδος ἰχνευτὰς ἀργυρέους σκύλακας.

P. 284. *Ep. XIII.* 1. ἐφίλουν μέγα. *vehementer amabam.* De oſculis ne cogites, contextus vetat. — Ep. XIV. 1. Membr. lectioni inhaerens *Huſchke* Anal. cr. p. 161. legendum exiſtimat μύρον ὅσδεις, comparans *Properti.* II. El. XXIX. 15. *Quae quum Sidoniae nocturna ligamina mitrae Solverit, atque oculos moverit illa graves. Afflabunt tibi non Arabum de gramine odores, Sed quos ipſe ſuis fecit Amor manibus.*

P. 288. *Ep. XVII.* 3. ἔγωγε Vat. C. — v. 4. τἄμπαλι Codicis reſtituendum. Cf. anim. T. III. P. II. p. 371. ſq. — lin. 17. pro *V. C.* lege *Plan.* — *P.* 289. *Ep. XIX.* 5. pone comma poſt ἴσθι, dele poſt Ζήνων. — lin. 25. corr. ὦ Λατωΐ. pro ὦ Λατῴα monente *Graeſio* ad *Meleagr.* p. 150. ſq.

P. 293. *Ep. XXIV.* 1. Certe εὐόρμων lectioni νήσων, quam *Pierſonus* propoſuit, melius convenit, quam vulgatae νηῶν. Cf. loca ab *H. de Boſch* congeſta T. IV. p. 317 et *Hermann* ad *Orph.* p. 241.

P. 294. *Ep. XXVI.* 1. ἠλεῖα. Vat. C. 3. εἰς σέ. Vat. C. recte. — *Ep. XXVII.* Gemmam hujus argumenti exhibet *Beger.* Theſ. Brand. p. 184. —

P. 296. *lin.* 4. lege. p. 259. pro 279.

P. 296 *Ep. XXX.* 3. ex lectione Vat. C. πάντ apparet legendum eſſe:

πᾶν τ᾽ ἐμαράνθη . . .

V. 5. Vitium hujus hexametri monſtrat non ſolum πάλαι ſenſu caſſum, ſed etiam brevis ſyllaba in caeſura producta: εἶπε τάδε Μίνωϊ πάλαι. Hoc *J. Scaliger* in not. mſt. tollere conatur ταδὶ ſcribens: quod minime admittendum. Utrumque vitium tolles legendo:

εἶπε τάδ᾽, ὦ Μινοῖ, πῆλαι φέρε κάλπιν ἐλαφρήν . .

o Minos, inquit, quatiendam affer levem urnam i. e. ſententiam ocyus ede. κάλπις de urna quaeſitoris accipe, ut paſſim. *Statius* II. Silv. I. 218. *Ibimus omnes, ibimus immenſis urnam quatit Aeacus umbris.* *Claudian.* de R. Proſ. II. 332. *urna nec incertas verſat Minoïa ſortes.* —

P. 298. *lin.* 19. pro *ſine cauſa idonea* ſcribe *quod ſoloecum.* — Ep. XXXIII. 2. πόρων i. e. ἐπὶ πόρων. Vide *Schaefer* ad *L. Bos* p. 710.

P. 299. *Aemiliani Ep. I.* 1. ἕλκε. ἕρπε mallet *H. de Boſch.* T. IV. p. 162. ubi plura de hoc Epigram-

mate et de tabula picta, quae ei locum videtur feciſſe, disputantur. — V. 4. φίλτρα καὶ εἰν. vera videtur *Planudis* emendatio. Quare quae P. 300. l 8. ſcripſi, ea nunc prorſus repudio. Ib. l. 3 ab ultim. pro βακχεύει ſcr. ἀτάλλει. i. e σκιρτᾷ. Ιλ. XIII. 27. ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτῷ. *Apollon*, Lex. ἔσαινε καὶ ἐσκίρτα. *Heſych.* ἀτάλλει . . . σκιρτᾷ. χαίρει. ubi vide *Alberti* p. 595. 11.

P. 301. *l.* 6. lege κομῶν pro κωμῶν.

P. 304. *Satyrii Thyill.* Ep. II. 2. *Lennepii* Πανός, quamvis per ſe minime abſurdum, ne probes vetat metri lex. Vulgata bene habet.

P. 305. *Satyrii IV.* 3. καὶ τὰς ὠκυβόλους. Fortaſſe:

καὶ τάς δ' ὠκυβόλους . . . .

V. 6. Poſt φρένα interrogandi nota ponenda. Vide *Schaefer* ad *L. Bos* p. 438.

P. 306. *l.* 9. adde ταῦτ' ante ὔμμι. — Ep. V. 8. ὁ λιμενορμ. Sic articulum ante λ produxit *Leonidas Tar.* Ep. LVII. ἐπιτέλλομαι ὁ λιμενίτας. *Simonid.* LXII. τοῖον γὰρ Ξενοκλῆς ὁ Λίνδιος (ſic eſt in Vat. C.) *Anyti* Ep. X. ὄμμα κατὰ λασίαν. Apud Epicos exempla ſunt frequentiſſima.

P. 307. *Ep. VII.* 4. κύλικα. Magis probo κύλικας, cum ob Codd. auctoritatem, tum quod hic pluralis numeri uſus exquiſitiſſimus eſt.

P. 309. *Tullii Gemini* Ep. I. 3. δεῖσέ γὰρ οἱ φρήν. *Herm.* ad *Orpheum* p. 785. δεῖσε δέ οἱ φρήν. Non perſuadet V. D. omnia loca, in quibus γὰρ et μὲν ante οἱ corripiuntur, depravatas eſſe. Videntur poëtae in his voculis a vulgari uſu receſſiſſe.

P. 311. *lin.* 8. *ab ult.* ante *Idem* inſere: *Bonadae* Anthol. p. 92.

P. 313. *l.* 1. *Ep. V.* 1. Scr. Κεκροπίδῃσι. — Ep. VI. 1. reſtituenda lectio vulgata et diſtinctio, quae ſic

accipienda: ἡ βάσις ᾗ πεπέδηται τὸ βοίδιον κατέχει αὐτὸ ὥστε μὴ εἰς ἀγέλην ἀπέρχεσθαι.

P. 317. *l.* 1. ſcr. γνησίᾳ pro γνησίῳ. — Ib. *Ep. Apollinarii* l. 1. ὄνῳ ἐποχούμενος. notandus hiatus, cujus tollendi rationem ſatis facilem non video. Nec opus eſt. *Alcae. Miſſ.* Ep. VII. 1. Ἡρώων τὸν ἀοιδὸν Ἴῳ ἐνί. et ὀλβίστη νήσων πόντῳ Ἴος. Ep. ἀδ. CCLXV. Εἰρομένῳ ἀμφ' ὠγυγίων ἡρώων. *Plato* Ep. XXII. εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι. et alia hujusmodi.

P. 318. *Ep. II.* 1 με om. Vat. C Eſt ambiguitas in verbis κακῶς λέγων, quae et *maledicere alicui* ſignificant, et *male* id eſt *imperite loqui.*

P. 321. *lin.* 12. lege *quum riſeris* pro *ſi riſeris.*

P. 323. *Hadriani Caeſaris Ep. I* 3 lectionem λίτα (λῖτα) metro adverſantem expreſſit *Grotius: Uri grande bovis cornu quod bractea levit Aurea, praeterea ſtragula picta duo.* Aut ſtatuendum eſt igitur, *Hadrianum* metri leges violaſſe, quod mireris in Caeſare eruditiſſimo; aut circumſpicienda emendatio lenior eâ, quam *Br.* ex *Boivini* conjectura in textu poſuit. Jam ad lectionem Codicis: ἄνθετο δοιὰ λίτα, nihil eſt, quod propius accedat, quam

ἄνθετο δοιὰ δέπα . . .

duo pocula; quod etiam conſpirat cum *Suida,* qui inter munera, Jovi Caſio a Trajano oblata etiam κρατῆρας ἀργυροῦς commemorat. — V. 3. οὖρον. *Suidas.* T. II. p. 451. et 741.

P 325. *lin.* 8. Verba *Quae de Troja* cum ſequentibus quinque verſibus delenda.

P. 327. *Polyaeni. Ep I.* 5. Scr. ἐν δέ με πάτρῃ.

P. 328 *Ep. III.* 1. χρόνον eſt etiam in Vat. C. idque *Polyaeno* reddendum.

P. 329. *Euhodi Ep. I.* Similiter de Centauris *Oppian.* Cyn. II. 5. ἄγρια φῦλα Θηρομιγῆ, μερόπων μὲν

ἐπ' ἰξύας, ἰξυόθεν δὲ Ἵππων ἡμιβρότων. ut haec probabiliter emendavit *Schneiderus.*

P. 330. (*Pinyti Ep.*) lin. 14. in *Libanii* loco veriſſime emendavit *Schaeferus* (in not. *Hermanni* ad Vigerium p. 809. nr. 368.) ἀντ' ἔργου.

P. 331. *l.* 3. poſt ἀνέτοιμον adde: *Macedon.* Ep. VII. κιχλίζεις, χρεμέτισμα γάμου προκέλευθον ἱεῖσα. — lin. 7. καὶ βραχύ. Scr. κἂν βραχύ. ut eſt in membr. — *Oneſt.* Ep. I. 4. ἐς Κύπριδος θαλάμους. non tam certum eſt, verba transponenda eſſe, quum Epigrammatarii debilem illam poſitionem ſaepe neglexerint. Ut in hac ipſa voce *Dioscorid.* Ep. I. τὸν Κύπριδος δόλιχον. *Rufinus* Ep. XVII. κάλλος ἔχεις Κύπριδος. *Simonid.* Ep. LXIII. σοὶ Κύπρι, τὰς ζώνας. *Noſſis* Ep. I. τινὰ δ' ἁ Κύπρις οὐκ ἐφίλησεν.

P. 332. (*Oneſtis Ep. II.*) lin. 19. *ſed comoediae. Dramatis Satyrici* potius cenſet *Hermann.* ad *Ariſtotel.* Art. Poet. p. 104. Huc retuleris *Dioscorid.* Ep. XXIX. ἐκισσοφόρησε γὰρ ὡ 'νὴρ Ἄξια Φλιασίων ναὶ μὰ χοροὺς Σατύρων. *Phlius* enim eſt in agro Sicyonio. — V. 2. Scr. ἐν σοί. — P. 333. lin. 14. δὴ γάρ. nihil mutandum videtur. *Antipater Sidon.* Ep. XCIX. οὐδέ σε νὺξ ἐκ νυκτὸς ἐδέξατο· δὴ γὰρ ἄνακτας τοίους οὐκ Ἀΐδας, Ζεὺς δ' ἐς Ὄλυμπον ἄγει. *Homer.* Od. a. 194. νῦν δ' ἦλθον· δὴ γάρ μιν ἔφαντ' ἐπιδήμιον εἶναι. *Apollon. Rhod.* L. I. 611. 727. 804. 969. — V. 4. χ' ὡ μεθύων ἀστὸν ἐσωφρόνισεν. Malles fortaſſe

χὡ μεθύων νῆστιν ἐσωφρόνισεν.

i. e. τὸν νήφοντα. *Antiphan. Ep. III.* οὗτος ἐμοὶ τέθνηκε πάλαι· νῆστιν δὲ παρέρπων Κεκρόν. Sic haec fortaſſe ſcribenda. Plerumque tamen νῆστις ad abſtinentiam a *cibis* refertur, et magis *jejunum*, quam *ſobrium et ſiccum* ſignificat.

P. 334. *Oneſt. Ep. III.* Bene monuit V. D. in Bibl. Lipſienſi LXIV. p. 227. nullam eſſe in hoc Epigr. comparationem; ſed v. 3. verba οὕτω (Vat. οὕτως) καὶ depravata videri. Ipſe ſuſpicatur πρῶτα μὲν σοφίης .. metro repugnante. Num fuit:

ὄντως καὶ σοφίης πόνος ὄρθιος . . .

profecto et poëticae artis ſtudium laboris plenum eſt, ardua enim via ad id, quod in ea ſummum eſt, pervenitur; ſed ſi cacumen attigeris etc. Saepe οὕτως et ὄντως permutantur.

P. 335. (*Oneſt. Ep. IV.* 3.) l. 12. Fruſtra dubitabam, an veteres Pirenen a Pegaſo natam dixiſſent. *Statius* Theb. IV. 60. *Cenchreaeque manus, vatum qua conſcius amnis Gorgoneo percuſſus equo.* Conf. Sylv. II. 7. 2. *Dio Chryſ.* Or. XXXVI. T. II. p. 95. 27. Πήγασον φασὶν ἀνεῖναι κρήνην ἐν Κορίνθῳ χαράξαντα τῇ ὁπλῇ.

P. 336. (*Oneſt. Ep. V.*) lin. 13. Vat. C. nihil diſcrepat a vulgata: ὃς δὲκ᾽ ἀνάγκῃ . . . quae revocanda lectio, addito γένηται. — V. 3. γαίῃ. Steph. γαίῃ. ed. Flor. Ald. 1. 2. 3. recte pro εἰς γαίην, quam vim dativi paſſim illuſtravimus. Vide Animadv. T. III. 2. p. 210. Verba προχέειν γαίῃ de *vomitu* accipit *Brodaeus*, non repugnante *Dorvillio* ad *Char.* p. 585. ſ. a quo ſenſu, et per ſe ingrato, abhorret appoſitum κρύφα. Quare noſtra explicatio videtur verior.

P. 338. (*Oneſt. Ep. VII.*) lin. 12. poſt ἀθέμιστος. nominativum reſtituendum eſſe vidit *Stephan.* in Epigr. Select. p. 301. ἀθέμιτος tamen ſervans, nihil, quod mireris, de metro ſollicitus.

P. 338. (*Oneſt. Ep. VIII.* 1.) ἐσάκουσε reſtituendum, licet imperfectum praeceſſerit. Vide *Herm.* de Em. Rat. Gr. gr. p. 243. *Huſchke* Comm. de Orpheo p. 20. *Bökh* de Platon. Minoe. p. 167.

P. 340. (*Ep. Serapionis*) Vir D. in Bibl. Lipſienſi prius diſtichon viatori, alterum defuncto tribuit. Quod parum probabile. Omnia ſunt ejusdem perſonae. Fortaſſe viator exiſtimandus eſt inventum cranium in loco conſpicuo poſuiſſe, ubi praetereuntes de rerum humanarum viciſſitudine moneat.

P. 346. *Meſomed.* Hymnn. v. 12. κάτω temere inſertum cenſebat *Wunderlich.* *Fiorillo* in Not. ad *Herodis* Inſcr. p. 119. duplicem propoſuit emendationem: ζυγὰ χειρὶ κρατοῦσα. aut νεύεις δ' ὑπὸ κόλπον ἀεὶ κάτω Ζυγὸν μετὰ χεῖρα κρατοῦσα.

P. 350. *Callicter. Ep. II.* 1. Pro φαρμάκοισι, quod eſt in Vat. Cod. φαρμακίοισι legendum videtur.

P. 351. *Ibid. Ep. III.* 1. Ἀμαλθείας κέρας. Fons hujus luſus eſt in loco Comici ap. Plutarch. T. II. p. 27. C. εἰ μὲν ἐπὶ τῇ δωροδοκίᾳ καὶ πλεονεξίᾳ χαίρει, τὸν κωμῳδούμενον ὑπερβάλλει μαστροπείᾳ Πολίαγρον·

Εὐδαίμων Πολίαγρος οὐράνιον αἶγα πλουτοφόρον τρέφων.

V. 2. Ἀμαλθαίας et ἁ γυνά. Vat. Cod.

P. 357. *Erycii Ep. VI.* 4. *Grotius* vertit:

Atque aliquod quaerit turgida vena cavum.

quod minime ſatisfacit. Fortaſſe vitium non ſolum ineſt in πόροις, ſed etiam in θυμόν. Certe ſi ſcripſeris: θεσμὸν ἅπαντα παρεὶς. *ſupra omnem modum et morem*, ſenſum habebis idoneum. Tamen verius quid aliquando inventum iri ſpero.

P. 358. *Erycii Ep. VII.* 1. πάννυχος. Hoc fortaſſe praeferendum lectioni Brunkianae. Idem πάννυχος et παννύχιος. *Eurip.* Alc. 453. παννύχου σελάνας. *Paul. Sil. XIII.* Θεανὼ εἶχον ὑπὲρ λέκτρων πάννυχον ἢ μετέρων.

P. 360. *Eryci. IX.* 3. σηπεδόνι. Vat. C. — V. 5. ἐτμήθη δ' ἀπὸ τῆς στ. Si ſenſus eſt, quem conjectando

reſtituere conatus ſum, propius acceſſeris ad vulgatam ſcripturam corrigendo:

ἐτμήθη δὲ τὸ πρὶν στιβαρὸν γόνυ.

Mire *H. de Boſch* in Notis p. 191. ὑπὸ γῆς ſuſpicatur: *diſſectum eſt ſub terra validum genu*, cum ſupra terram uno pede, ex olea procera facto, incedo." Hoc mihi quidem ab *Erycii* elegantia vehementer abhorrere videtur. In Addend. p. 482. commemoratur conjectura *Wyttenbachii* v. ct. ἀπὸ τευ (ἀπὸ τεῦ) *de te amputatum eſt;* in quod jam *Scaliger* inciderat; et *Huberti van Eldick*, Critici elegantiſſimi, ἐτμήθη δίποδος στ. γόνυ. At vereor, ut copula carere poſſimus.

P. 362. *Erycii Ep. XI.* 8. κλοιῷ ad ſupplicii genus reſpicitur illud, quo Cleonem afficiendum cenſet *Ariſtoph.* Nub. 587. ἢν Κλέωνα τὸν λάρον δώρων ἑλόντες καὶ κλοπῆς, Εἶτα φιμώσητε τούτου τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα. Lyſiſtr. 683. ἀλλὰ τούτων χρῆν ἁπασῶν ἐς τετρημένον ξύλον ἐγκαθαρμόσαι τὸν αὐχένα. Vide *Berglerum.* — *Ibid. Erycii Ep. XII.* 2. κισσὸς ἅλοντο πόδας. Tranſitivam verbi ἅλλεσθαι vim, illuſtratam dedit *Huſchke* in An. cr. p. 27. Philip. Ep. XLV. λάθριον ἑρπηστὴν σκολιὸν πόδα, κισσέ, χορεύσας....

P. 365. *Erycii Ep. XV.* 1. δειλαῖος revocandum. Tranſpoſuit poëta epitheta ad vitandam ejusdem ſyllabae repetitionem. *Alcae. Meſſ.* Ep. 21. ἁ δ' οἰκτρὸν ναίουσα τόδ' ἠρίον. — V. 5. ἔτι perperam a *Brunkio* immutatum eſt; ἐνὶ facile abeſſe patimur. „In illis undis *adhuc* jactor, licet cenotaphium nomen meum praeferat." Verba v. 2. ὡς λόγος fortaſſe ad vanam illam nominis inſcriptionem referri debent.

P. 366. *Herodis Attici et Marcelli* Inſcriptiones edidit *Raphael Fiorillo* in libro peculiari, cui titulus: *Herodis Attici quae ſuperſunt, annotationibus illuſtravit R. F.* Lipſiae. 1801. 8vo.

P. 370. *lin. ult.*: *vix dubitari poteſt ex* etc. corrige: *vix dubitare nos patitur verſus Callimachi ſupra commemoratus* . . . P. 372. l. 21. poſt *Plato Comicus* adde: ſive potius *Philoxenus* (Cf. *Schweighäuſer* T. I. p. 66.) Vocabuli ἐπιήρανος exempla congeſſit *Fiorillo* p. 50. quibus adde *Theon. Alex.* Ep. I. ἡ πάρος ἀντιπάλων ἐπιήρανος ἀσπὶς ἀκόντων.

P. 375. *lin.* 18. poſt γλαυκῷ adde τῆς. — l. 22. adde: *Vide* Geſsner. ad Claudian. p. 627. Euripid. Iphig. Taur. 1101. γλαυκᾶς θαλλὸν ἱερὸν ἐλαίας. — P. 376. V. 15. ἐπὶ οἱ. hujus lectionis nobiscum ſuſcepit patrocinium *Hermann.* ad *Orpheum* p. 782. contra ἐπεὶ οἱ, quod metricae rationi adverſatur. — *P*. 380. V. 30. In lectione *Viscontii* καὶ γὰρ Ἀθηναΐῃ τε Ἐριχθονίου : : : quam vir clariſſimus eruit ex evanidis Marmoris veſtigiis, diſplicet hiatus, quem ſuſtulit *Hermann.* ad *Orpheum* p. 738. corrigens: Ἀθηναίῃ οἷ Ἐριχθ. Referendum pronomen ad νηῷ.

P. 384. *Inſcriptio Marcelli.* V. 3. recte *Brunkius* ἀμφὶ edidit, quamvis idem ap. *Apollon. Rh.* L. II. 811. δαῖτ' ἄμφι πανήμεροι ἑψιόωντο exhibeat. Sed ἀμφὶ ut τρίχρονον anaſtrophen non patitur. *Apollon.* de Synt. IV. 2. *Herm.* de emend. rat. gr. p. 105. — P. 385. l. 6. in fr. *Callimachi* fragmento nunc magis probo correctionem *Iſaaci Voſſii* λιτὸν ἕδος. — V. 2. θυοσκόοι verum cenſet *Hermann.* ad *Orpheum* p. 738. — P. 388. lin. ult. adde: *ad quae verba Graevius hunc locum comparavit in Lectt. Heſiod. c. V. p.* 529. — P. 389. l. 5. lege *Quanto* pro *Quantu.* — P. 398. V. 46. σῆμα μὲν οἱ. Hanc lectionem, qua metrum peſſumdatur, *Hermannus* ad *Orphe.* p. 782. in σῆμα δὲ οἱ mutandam exiſtimat. — V. 58. χοροστασίῃσιν ἀνάσσειν. Similiter Darius regnum apud inferos exercere dicitur ap. *Aeſch.* Perſ. 688. ὅμως δ' ἐκείνοις ἐνδυναστεύσας ἐγὼ Ἥκω.

P. 405. *Antiochi Ep. II.* v. 2. ἀμφότερον Vat. C. quod reponendum. — *Ib. lin. penult. Epigoni* Ep. I. 4. non opus eſt σταφυλὴν alio quam vulgo, ſenſu accipi. Vitis loquitur: Juvenis floribus eram induta; tum uvas habebam ſucculentas; nunc rugoſas gero; nam non homines ſolum prae ſenectute rugoſi fiunt, ſed uvae quoque hunc ſenectutis indicem habent. — Ib. II. 2. ἐμοὶ ἔτι. hiatus efficit, ut hunc verſum nondum ſatis perſanatum cenſeam.

P. 407. *Heliodori* ſive potius *Diodori* Epigr. V. 1. 2. minima mutatione reſtitui poſſunt. In Vat. C. legitur: εἴδεται ὅσσων Ἀμφοτέρων . . . Scribe:

μή σύ γε, μηδ᾽ εἴ τοι πολὺ φέρτερος εἴδετ᾽ ἀπ᾽ ὅσσων
ἀμφοτέρων κλεινοῦ, κοῦρε, Μεγιστοκλέους . . .

licet ille tibi optimae videatur indolis. ἀπ᾽ ὅσσων. ut *Eurip.* Med. 216. οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο. *Theogn.* 63. ἀλλὰ δοκεῖ μὲν πᾶσιν ἀπὸ γλώσσης φίλος εἶναι. Dio Chr. T. I. p. 221. ἄνδρα κυνηγέτην ἀπὸ τῆς ὄψεως καὶ τῆς στολῆς. — Praeterea naevus haeret V. 3. in ἀμφιδοκεύοις. Vat. C. ἀμφιδοναίης. Fortaſſe ſcribendum: ἀμφαδὸν ἄρῃς. *extuleris laudibus.*

P. 410. *Admeti epit.* ἔλυτρον. τὸ ὀστρεῶδες περίβλημα corpus vocat *Syneſius* p. 105. et τὸ γήϊνον ἀμφιέσασθαι κέλυφος. Id. p. 112. quae excitavit *Markl.* ad *Max. Tyr.* Diſſ. XIII. 5. p. 240. ed. Reisk.

P. 411. *Luciani Ep.* 4. reſtitue lectionem Vat. Cod. ἡ τριτάτη δ᾽ Ἀτθὶς ἀπ᾽ οὐρανίων. Ambiguitatem in ultima voce illuſtravit *Schaefer.* ad *Dion. Hal.* de Comp. Verb. p. 104. et in Ind. V. οὐρανός. appoſite laudavit *Senec.* de Morte Claudii c. 8. *quid in cubiculo ſuo faciat, neſcio: etiam coeli ſcrutatur plagas; deus fieri vult.* — lin. 27. *perſtet.* lege: *perſtaret.*

P. 412. *Luciani Ep. VI.* 1. τὸ δὲ γῆρας. nunquam adducar, ut credam, *Lucianum* in hac praeſertim ſede rhythmum tam turpiter fregiſſe, ut trochaeum poneret pro ſpondeo aut dactylo. Scribendum videtur:

τὴν κεφαλὴν βάπτεις, τὸ δὲ γήραος οὔποτε βάψεις.

notiſſima periphraſi, quam illuſtravit *Markl. ad Lyſ.* p. 563. *Dorvill. ad Char.* p. 92. *Wernsdorf* ad *Himer.* p. 191. *Schaefer.* Meletem. p. 32. *Heindorf* ad Plat. T. II. p. 324. — Ep. *Antiphili*, quod ad h. l. ex membr. protulimus, eodem fere tempore edidit *Huſchke* in An. cr. p. 225. qui in γελοῖα non videtur haeſiſſe.

P. 413. *l.* 10. In fragmento *Eubuli* multo quam nos rectius noviſſimus editor dedit:

κεχριμέναι, κἂν ἐξίητε τοῦ θέρους,
ἀπὸ τῶν μὲν ὀφθαλμῶν ὑδροῤῥόαι δύο
ῥέουσι μέλανος . . . . . .

P. 418. *Luciani Ep. IX.* 6. Falſam eſſe *Brunkii* lectionem, apparet ex imperfecto ἔκλεπτε, perperam poſito: ἔκλεψε dicendum erat. Jam quum hoc tempus reponendum eſſe, parum ſit probabile, ſponte intelligitur, haec verba πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον ſecundariam enuntiationem efficere, et legendum eſſe:

εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα βόλβαν
στρυφνὴν, ἣ πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον,
ἤτησεν παρὰ προσδοκίαν . . .

ἣ facile omitti potuit, ob praecedens v. Cf. *Anim. in Athen.* p. 100. Nec aliter legendum cenſebat vir acutiſſimus, *Herm.* ad *Orpheum* p. 768. qui tamen praeterea ἤδη mutat in δή οἱ . . . ne ſcilicet brevis ſyllaba in pentametri caeſura eſſet. At ab hac licentia *Lucianus* non abſtinuit. Ep. X. τοῖς ποσὶ σοῦ τρῶγε (ſic

Vat. Cod.) καὶ τρέχε τῷ στόματι. Ep. XXI. οὔτε λόγον κοινὸν, οὔτε λογισμὸν ἔχων. Ep. XXXII. ἀντλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας.

P. 419. *Luciani Ep. X.* 2. *Brunkii* verborum tranſpoſitione metrum nihil juvatur. Revocata lectione vulgata, alliteratio in verbis τρῶγε et τρέχε magis ſentitur. Eadem prohibet, ne τρῶξον corrigas cum *Scaligero*, nec τρώγειν, quod facile cuivis in mentem venerit.

P. 422. l. 18. adde: *Otto de Diis Vialib.* p. 291.

P. 424. *Lucian. Ep. XX.* 3. faciliori etiam negotio numeros hujus verſus emendaveris, verbis ſic tranſpoſitis:

εἰν ὥραις τρισὶ γὰρ θερινᾶις μόλις . . .

ſed opus eſſe non credo.

P. 428. *Luciani Ep. XXVII.* 4. ὁπλοφορεῖν tueri conatur *H. de Boſch* Not. ad Anth. p. 476. quod podagri, ut ſenes quoque, baculi utantur, provocans ad *Menag.* ad *Diog. Laert.* I. §. 80. De eo nemo dubitat. Sed *Lucianus* h. l. ejusmodi res recenſet, quae ad lautiorem vitam ſpectare videantur; quibusque Diva delectetur Podagra. Baculum autem neceſſitatis cauſa geſtatur, nec quidquam eſt in illo geſtamine voluptatis. Hanc ob cauſam ab emendatione mea

πιλοφορεῖν τ᾽ οἶδας

non recedo. — Ib. lin. 25. *munibant.* corrige *muniebant.* — *P.* 429. Ib. v. 8. In lectione Cod. Vat. τέρπῃ δ᾽ ἀντι πλούτου . . . τε fortaſſe ortum ex ſequente Π, reliqua autem ſic ſcribenda:

τέρπῃ δ᾽ αὖ Πλούτου πρὸς πόδας ἐρχομένη.

P. 430. *Luciani Ep. XXVIII.* Expreſſum ex *Iſocrat.* ad Demonic. T. I. p. 21. ed. *Beatt.* ἀπήλαυε

μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν, ὡς θνητὸς, ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἀθάνατος. Similiter in Inſcript. ap. *Pocock.* Inſcr. Ant. Sect. VII. nr. 38. *Van Goëns* in Miſcell. Obſſ.

καὶ βιότῳ χρῆσαι, μηθ' ὡς ἐς αἰῶνας ἔχων ζῆν,
μήθ' ὡς ὠκύμορος, ἵνα γηράσαντά σε πολλοὶ
μαστίζωσι λόγοις, θλιβόμενον πενίῃ.

P. 430. *Lucian. XXIX.* In fragm. *Apollodori Comici* verſus prior verborum transpoſitione videtur ſanandus:

τοῖς γὰρ μεριμνῶσίν τε καὶ λυπουμένοις . . . .

et ſic recte exhibuit *Grotius* p. 419. quem cum notas ſcriberem, inſpicere neglexi.

P. 434. *Lucian. XXXVI.* 2. Minime neceſſarium, κτεάνων mutari in ἀγαθῶν. Illud cum emphaſi dictum pendet a πλείονα. Caetera plus aegritudinis et moleſtiae habent, *quam verae poſſeſſionis.* i. e. pro veris poſſeſſionibus haberi non poſſunt.

P. 435. *Lucian. XXXVII.* 6. δρεπομένων. Vat. C. Scribendum δρεπτομένων. quae forma paſſim obvia in Anthologia. Cf. *Anyte* 8. *Leon. Tar.* 81. *Antip. Sid.* 83. De ἀποδρέπτεσθαι monuit *Huſchke* An. cr. p. 249.

P. 437. *Lucill. Ep. I.* 3. ταῖς πρὶν quod in membr. deeſt, nèc a vett. editionibus agnoſcitur, importunum eſt ſupplementum, quo verſus mutilus alieno loco reſarcitur. In verſus exitu vocabulum excidiſſe, ex ipſo ejus rhythmo ſponte apparet:

σὺν κυσὶ καὶ λόγχαις συοφόντισι Μάρκος υ — —

P. 438. *Lucill. Ep. IV.* 1. Ex lectionibus Vatic. Cod., pauciſſimis mutatis, hoc Epigr. facili negotio emendaveris in hunc modum:

Γραμματικὸν Ζήνωνος ἔχειν πώγωνα Μένανδρον,
τὸν δ' υἱὸν τούτῳ φὴς σὺ συνεστακέναι·
τὰς νύκτας δ' αὐτὰς μελέτης οὐ παύεται οὗτος·
πτώσεις, συνδέσμους, σχήματα, συζυγίας.

Tu nobis narras, Menandrum grammaticum barbam Zenonis i. e. ſicut Zenonem, habere, et te illi filium tuum erudiendum tradidiſſe. Hic nihil mutavimus, niſi Ζηνωνὶς in Ζήνωνος, ἔχει in ἔχειν. tum in altero diſticho αὕτη μελέτη, in αὐτὰς μελέτης, οὕτως in οὗτος.

P. 440. *Lucilli. Ep. V.* 4. τῶν ἑτεροζήλων. Similiter de puellis praepoſteram Venerem colentibus, *Aſclepiad.* XXII. εἰς δ' ἕτερ' αὐτομολοῦσιν ἃ μὴ καλά.

P. 442. lin. 1. ῥιγόμαχος. corrige: ῥιγομάχος. Hoc ob codicis auctoritatem revocandum. Sic ὁπλομάχος, ναυμάχος reperitur, non minus ac ναυμάχης et ὁπλομάχης.

P. 444. *Lucill. IX.* De κερασφόροις locum inſignem excitavit *Huſchke* Anal. cr. p. 168. ex *Codino* de Or. Conſtant. nr. 125. Eandem rem attigit *Heyne* in Comm. Soc. Reg. T. XI. p. 27. T. XII. p. 287. Hujusmodi homines, κερατίας vulgo appellatos, κερατάδας nuncupavit Auctor Anonymus de S. Sophia ap. *Bandur.* Ant. CP. L. IV. p. 80. nr. 229. καὶ πορνὰς καὶ μοιχοὺς καὶ τοὺς κερατάδας.

P. 445. *Lucilli. X.* 4. φρίσσων revocandum, ne hiatus verſum inquinet. Vide *Herm.* ad *Orpheum* p. 770.

P. 447. *Lucill. XII.* 5. ἔσοπτρα σεαυτοῦ *Planud.* ex prava conjectura, ut videtur, quod rariorem uſum pronominis ἑαυτοῦ ignoraret.

P. 449. *Lucill. XV.* 1. σταδιῇ. verum videtur. Infra Ep. XLIV. καὶ σταδιεὺς Μενεκλῆς.

P. 449. *Lucill. XVI.* 1. νύκτα μέσην ἐποίησε. Plura de hac locutione dedi ad *Nicarch.* Ep. XXXV. T. II.

P. III. p. 49. — Ib. V. 5. καὶ τί γάρ; cave quid mutes. Sic ſupra Ep. VI. ἑάλω, τί γάρ; ἀπρεπὲς εἰπεῖν. Mox Ep. LX. καὶ τί γάρ; οὐχὶ κάτω βρῖσεν βαρύς; et L. καὶ τί γάρ; ὡς ἑάλω, γέγονεν μέγα πᾶσι θέαμα.

P. 450. *Lucilli. XVII.* 1. vulgatam, i. e. ab editoribus interpolatam ſcripturam tueri conatur *H. de Boſch* in Not. p. 395. non apparere dicens, quid *Lucillio* cum *Caeſare* eſſet. At idem Ep. XL. εἰς Ἀΐδην κατέπεμψε πάλαι ποτὲ, δέσποτα Καῖσαρ, Ὡς λόγος . . . . et Ep. LXXX. μισῶ, δέσποτα Καῖσαρ, ὅσοις νέος . . . V. 4. πατρικῶν. *Eurip.* Ion. 1304. ἡμῖν δέ γ' ἀλλὰ πατρικῆς τόδ' ἦν μέρος.

P. 452. *Lucill. XX.* 6. ἐν κεῖμαι. Vat. C.

P. 454. *Lucill. XXIII.* 2. Cod. Vat. χορόν. quod revocandum, diſtinctione mutata:

οὐδ' ἀλλ' οὐδὲν ὅλως, ὧν χορόν ἐστιν ἔχειν.

nec aliter legit *Grotius*, qui hoc Ep. edidit in Mantiſſa IV. T. III. p. 430.

Hiſtrio nec nobis, nec Epicrates eſſe choraula
Creditus, aut cujus mos ſit habere chorum.

In textu tamen editum ὧν χορός ἐστιν, ut in Analectis, ex *Salmaſii* procul dubio aut errore, aut praepoſtera emendatione. — V. 6. Scr. σοί.

P. 457. *lin.* 10. *Sophili* locum male tentavi. Rectius ſcripſeris:

γαστρισμὸς ἔσται δαψιλής· τὰ προοίμια
ὁρῶ π α ρ ό ν τ α· κ ά ρ τ α χορτασθήσομαι.

At in ejusmodi mutilorum locorum ſupplementis nihil certi. Hoc tamen certum χορτασθήσομαι poſtremum in ſenario locum occupaſſe. — *Lucill.* Ep. XX. 4. ut hiatus tolleretur verba tranſpoſuit *Hermann.* ad *Orpheum.* p. 771.

ὀστρακίνων ποῦ μοι χορτασίη πινάκων;

Num leniore mutatione:

Ποῦ μοι χορτασίην ὀστρακίνων πινάκων.

Sic certe accuſativo utuntur Latini. *Horat.* I. Epiſt. 5, 12. *quo mihi ſortunam, ſi non conceditur uti?* ubi vide *Bentleium.*

P. 457. *lin.* 5. *ab ult.* pro ἀοιδόμαχοι. lege ἀοιδομάχοι. ut mox λογομάχοι et ὁπλομάχοι.

P. 459. *lin.* 2. dele verba: βάλλης. *Cod. Vat.* Nam in illo Cod. recte legitur βάλης. — *lin.* 10. *ab ult. grammaticus* lege pro *grammaticis.*

P. 461. *lin.* 5. *ab ult.* lege μέλι pro μέλει.

P. 463. *Lucill. Ep. XXXV.* 5. εἰ δὲ λέγεις μισεῖ με. Vat. C.

P. 467. *Lucill. Ep. XLI.* 1. Ἑρμογένην. Vat. C. Ἑρμογένη. Plan. Illud ob auctoritatem Codic. reſtituendum. Eadem eſt in eodem nomine diverſitas Ep. XCI. 1. ubi *Br.* Ἑρμογένην praetulit. — V. 3. 4. conjecturam de hoc loco propoſitam merito violentam dixeris. Verum videtur:

τί μέγ', εἰ χρόνος ἐννέα μηνῶν,
Φησὶ, λέγει σύνοδον. . .

P. 469. *Lucilli. XLIII.* 3. ἐὰν ἤδη. ne metrum claudicet *Hermann.* ad *Orpheum* p. 767. legit: ἐάν γ' ἤδη . . .

P. 470. *Lucill. XLIV.* 5. Scr. μή τις σὲ παρέλθῃ.

P. 473 *l.* 2. Lenius fuerit in σολοικίζον prolepſin ſtatuere. — *Lucill.* Ep. XLIX. 1. ἄρτιος a *Planude* ad lacunam implendam fuiſſe additum, dubitare noli. *Lucillius* enim vitaſſet hiatum ποτε ἄρτιος, praeſertim cum non deeſſent, quae uni alterive vocabulo ſubſtitueret. Brunkianum νόον ἄρτιος bene haberet; ſed

caret auctoritate. Sequenti verſui ſatis accommodatum foret: δύναταί ποτε μέτριος εἶναι.

P. 473. *Lucillii Ep. L.* 2. μῆλα τρία. Totidem poma in Hesperidum hortis fuiſſe tradit *Antiphanes* ap. *Athenae.* L. III. p. 84. B. παρ' Ἑσπερίδων ὤμην γε, νὴ τὴν Φωσφόρον, Φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι· τρία Μόνον ἐστίν. et ſic etiam *Eriphus* eodem loco.

P. 477. *Lucilli. Ep. LVII.* 2. εἰς τὸ μέσον. in mediam illam atomum ſeſe inſinuavit. Hoc plus habet acuminis, quam interpretatio olim probata; cui tamen magis favet verſio *Grotii:*

Ex Epicureis atomis perfoderat unam
Vertice; ſic reperit puſio Marcus iter.

P. 478. *Lucill. Ep. LX.* 2. ἀπῆλθεν ἔχων. ἑλὼν emendandum eſſe cenſebat *Hermann.* ad Viger. p. 758. nr. 228. Sed rectius ἔχων pro σὺν αὐτῷ poſitum acceperis; ut ap. *Theocr.* Eid. II. 7. ἦ ῥά οἱ ἄλλᾳ ᾤχετ' ἔχων ὅ τ' Ἔρως ταχινὰς φρένας. *Callim.* Lav. Pall. 39. Φυγᾷ τεὸν ἱρὸν ἄγαλμα ᾤχετ' ἔχων. *Nicarch.* Ep. XXXV. Ζεὺς ἡνίκα τὸν Γανυμήδην Ἥρπασε, τῇδ' αὐτὸν, φαίνετ', ἔχων ἀνέβη. Et ſic accepit *Schaefer* ad *Sophocl.* T. I. p. 256. — *Lucill. Ep. LXII.* 2. diſtinctioni a me propoſitae non ſatis reſpondet v. 5.

P. 480. *Epigramma Nicarchi* eodem fere tempore ex cod. edidit *Huſchke* in Anal. cr. p. 259. qui V. 5. legit: πίπτε δ' ὅγε χειρῶν. Mihi quod ipſe dedi, videtur verius. Sed ne metrum vacillet in prima voce, ſcribe:

πίπτεν δ' ἐκ χειρῶν μυίης.

Hoc cui diſplicuerit, is per me legat, πίπτε δ' ἄρ' ἐκ χειρῶν. Sed plurima ſunt in Anthologia loca, in quibus ſyllabae breves addito ν paragogico producuntur. — *Lucill.* Ep. LXVI. 4. verba ἡμιθανῆ σκελετὸν poëtae

potius, quod exiſtimaveram, quam Adraſto tribuenda eſſe, merito dubitat V. D. in Bibl. Lipſienſi LXIV. p. 228. qui ἡμιθανὴς pro ἡμίθνητος poni poſſe ſuſpicatur, niſi fortaſſe ἡμίθεον σκελετὸν legi debeat. Neutrum videtur ſatis probabile. Minus ineptum foret, ſi legeretur: ἡμιφανῆ σκελετόν.

P. 481. in loco *Propertii* vulgatam ab *Heinſii* emendatione vindicare conatus eſt *H. de Boſch* in Not. ad hoc Ep. p. 487.

P. 482. *lin.* 6. *Homirus* corrige *Homines.*

P. 483. *lin.* 4. *pennis.* corrige *alis.* — *Ib. lin.* 14. poſt *verius hoc* adde: *non ſolum ob rationem metricam, ſed ob ſenſum etiam.*

P. 486. *Lucill. Ep. LXXIII.* 6. ἔνθεν μακρὰν. Sic etiam Plan. Tranſpoſitione verborum, qua *Br.* uſus eſt, verſus non ſonatur. Nam in ἄρας prior ſyllaba producitur. — *Id. LXXIV.* 2. ταῦτα. etiam Plan. στάντε unde *Br.* ſumſerit, non indicavit. Vulgatam ita tueri conatur *H. de Boſch.* p. 442. ut haec quoque verba Homeri locutionem reſpicere dicat, apud quem ſaepiſſime: ὥς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον. At haec parum inter ſe ſimilitudinis habent. Ingenioſa eſt *Brunkii* lectio; an vera non dixerim. ταῦτα certe verum eſſe non videtur.

P. 487. *Lucilli. Ep. LXXVI.* 1. revocanda eſt procul dubio lectio vulgata, quam et membr. tuentur:

οὔτ' ἐπὶ Δευκαλίωνος ὕδωρ ὅτε πάντ' ἐγενήθη,

nec Deucalionis aevo, omnibus in aquam converſis. In verborum autem ſtructura ὕδωρ bis ſumendum; ſemel ad ἐγενήθη, tum ad ἔκτεινεν. Durior oratio, non tamen propterea pro corrupta habenda.

P. 488. *Lucill. Ep. LXXVII.* 5. *Schaefer* Meletem. p. 98. corrigit: ποῖ τις ἀπέλθῃ; qui et *Br.* erro-

rem de modo verbi immutando notavit. — P. 489. lin. 9. παρά σοι. Scr. παρὰ σοί.

P. 490. *lin.* 2. Verba *At Scaligerana .... perit* dele. In ejusmodi erroribus notandis vix facere poſſumus, quin, quod ille de Poëſi dixit, in critico quoque genere Erinnyas eſſe ſtatuamus, ea interdum ſcribere cogentes, quae mente integra vix ſcribi potuiſſe exiſtimes. — V. 6. καταδείξαντες. *monſtraverunt*, in medium protulerunt. *Sophocl.* Ajax. 1181. ὄφελε πρότερον αἰθέρα δῦναι Μέγαν, ἢ τὸν πολύκοινον ᾅδαν Κεῖνος ἀνὴρ, ὃς στυγερῶν Ἔδειξ᾽ ὅπλων Ἕλλασιν κοινὸν Ἄρη. ubi noſtrum diſtichon excitavit ct. editor p. 401. De myſteriis *Demoſthenes* p. 772. 26. ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεύς. — *Lucill.* LXXIX. 6. Quod dixi ἡμερίων h. l. ſine ſenſu per *mortalium* explicari, impugnavit Vir, mihi, dum vivebat, amiciſſimus *H. de Boſch* in notis p. 443. exempla vocis ἡμέριοι proferens. *Mortales* dici ἡμερίους non ignorabam; at hanc ſignificationem huic loco accommodatam eſſe negabam. *Grotius* vertit: *Jam ſi quid miſerere, canant tua ſigna receptum: Obtinuit bellis otia flens Priamus.* Etiam nunc ἡμερίων aut ᾶ τὸ ἡμέριον (forma diminutiva τοῦ ἡμέρα) derivandum aut depravatum eſſe exiſtimo.

P. 491. *Lucill. LXXX.* 5. οὕτω praeferendum videtur, ut ejusdem ſoni in duobus continuis vocabulis vitetur repetitio.

P. 492. *Lucill. LXXXII.* 4. ἔπεσε. Vat. C. — V. 5. Doctiſſimus Ajacis Sophoclei interpres ad v. 814. p. 350. haec ſcribit: „illud in hoc transcurſu monendum eſt, mimorum actores cum pleraque omnia a Tragicis mutuarentur, gladii ſcenici uſum aut repudiaſſe, idque haud obſcure ex Lucilli Epigr. LXXXII. intelligi. Hic enim actorem increpat poëtae Canacae perſona indutum, qui quum enſe accepto mortem ſibi conſciſcere debuiſſet, (ſic enim de Canace traditum

eſt) ſalvus de ſcena egreſſus ſit, quaſi in poſtſcenio moriturus." Dubito an ex Lucillii verbis id effici poſſit, quod V. D. inde effici exiſtimabat. Hoc ſolum dicit, ſibi dolori eſſe, quod ineptiſſimus homo non *vera morte* proſtratus fuerit, et in eo illum ab hiſtoria receſſiſſe facete conqueritur, quum in Niobe lapidem ſe et ſaxum praeſtiterit, in Capaneo (ridiculum in modum) conciderit. Quod ſi mimi in univerſum a tragici gladii uſu abſtinebant, ita ut in ſcena et coram ſpectatoribus nemo omnino interficeretur, *Lucillius* illi vitio vertere non potuit, (quaſi ab *hiſtoriae veritate* receſſiſſet) quod, vulgarem uſum ſecutus, in ſcena ſe pernitere noluerit.

P. 494. *lin.* 13. ἄλλα ſcribe pro ἀλλά. — Minus recte de hoc verſu, ut de paroemia, loquutus ſum, cujus origo lateat. Illa enim ex hoc ipſo apparet Epigrammate. ἄλλα ... λέγει. de rebus inter ſe diſcrepantibus, ut *Lucian.* de Salt. 80. T. V. p. 168. πολλοὶ γὰρ αὐτῶν ὑπ᾽ ἀμαθίας ... καὶ σολοικίας δεινὰς ἐν τῇ ὀρχήσει ἐπιδείκνυνται· οἱ μὲν ἄλογα κινούμενοι, καὶ μηδὲν, ὡς φασὶ, πρὸς τὴν χορδήν. Ἕτερα μὲν γὰρ ὁ πούς, ἕτερα δ᾽ ὁ ῥυθμὸς λέγει.

P. 494. *Lucill. Ep. LXXXV.* 5. Scribe γὰρ σοῦ. cum Vat. Cod.

P. 496. *Lucill. LXXXVII.* 4. καίτοι. Saltem disjunctim ſcribendum : καί τοι.

P. 497. *Lucill. LXXXVIII.* 2. οὐκ ἀγέλῃ. Vat. Plan. quod revocandum. Saepenumero enim poſt οὔτε ſimplex infertur negatio. *Oppian.* Cyneg. II. 577. δύσμοροι, οὔτε βορὴν ἑλέειν, οὐ φέγγος ἰδέσθαι. *Pallad.* Ep. III. οὔτε γὰρ Εὐρώπης, οὐ τῆς Δανάης περὶ κάλλος, Οὔθ᾽ ἁπαλῆς Λήδης ἐστ᾽ ἀπολειπομένη. Plurima hujus generis collegit ct. *Schaefer* ad *L. Bos* p. 228. ſq. — V. 4. πούς. Sic Vat. C. Plan.

P. 502. *Lucilli. XCIX.* 2. ἔγραφε, quod ex Planudea receptum eſt, verum non videtur; membr. lectionem ἔγραφε verſus non patitur. Fortaſſe ſcribendum:

αὐτὸν τῶν ἰδίων γράψατο κληρονόμον.

V. 8. recentioris hunc verſum eſſe commatis, hiatus in medio abunde declarat.

P. 503. *Lucill. CIV.* 3. ἡδὺ γελάσας. ſuaviter illum irridens. *Homer.* Od. 6. 110. τοὶ δ' ἴσαν εἴσω Ἡδὺ γελώοντες. Ib. φ. 376. οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν. *Lucian.* in Demoſth. Encom. §. 44. ὃς ἡδὺ γελάσας κἀμὲ δὴ σκώπτων ἐς τὸν πρότερον βίον. — *P.* 505. *Lucill.* Ep. CVII. 2. οὐκ ἄν. Sincerum eſſe nequit. Quid enim? „Cratenes ſi pedes manusque haberet integros, caput integrum non haberet, talia cum ſcriberet." Scribendum videtur: οὐκ ἄρα τὴν κεφαλήν. *Grotius* vertit:

Forte pedes habuit Cratenes cum ſcriberet iſta,
Forte manus: verum cor, puto, non habuit.

P. 505. *Lucill. Ep. CX.* 1. οὕτω. Vat. C.

P. 506. *Lucill. Ep. CXII. Nicarchi* Ep. quod ex membr. protuli, circa idem tempus edidit *Chardon de la Rochette* Mag. Encycl. an. V. T. V. p. 25. et *Huſchke* in Anal. crit. p. 256. v. 1. ὁ πρωρεὺς uterque corrigit: *Chardon* tamen magis etiam proclivis in πορθμεύς. V. 3. 4. uterque in eundem fere modum corrigit atque ego feci. — P. 507. V. 3. Τυῤῥηνικὸς, Ἰστρικὸς, Αἴγων legendum cenſet *Schaefer* ad *Lamb. Bos.* p. 378. ut vulgo legitur.

P. 508. *Lucill. Ep. CXIV.* 1. ἄνθρακα καὶ δάφνην. pro δάφνην ἐν ἄνθρακι. crepitum lauri carbonibus impoſitae. Cf. *Theocr.* Eid. II. 23. ſqq. Sic hoc ferri poteſt. Frigida tamen hyperbole. — V. 1. Λισιμάχῳ. Vat. C.

P. 510. *Lucillius Ep. CXV.* 5. „Schaeferus putabat in Lucillii epigr. 115. ſcribendum eſſe καὶ μὴ τέτρωται κατεμάνθανε. Equidem id magis dicendum fuiſſe, καὶ μὴ τρωθείη κατεμάνθανεν arbitror: quare non mutaverim, quod ibi legitur, κἂι μὴ τέτρωται κατεμάνθανεν. Εἰ enim oblique interrogantis jungi indicativo ſolet." Sic *Hermann.* ad *Viger.* p. 777. nr. 270. Leniſſima ſane *Br.* emendatio. Non minus recte dixiſſet poëta: καὶ, μὴ τέτρωμαι, κατεμάνθανεν. — V. 6. ὅτε quod eſt in membr. reſtitui poterit, modo diſtinctionem poſt ζῆν deleveris: non prius ſe vivere intellexit, quam parieti redemtionis pretium eſſet pactus. — *Lucill.* Ep. CXVI. 1. ἔστιν. Vat. C. — *Lucill.* CXVII. 2. τὸν κισσόν γ᾽ ἀφελὼν — — corr. *Hermann.* ad *Orph.* p. 766.

P. 511. *Lucill. Ep. CXXI.* 5. 6. Fruſtra fortaſſe haeſi in hoc diſticho, quod bene explicuit *H. de Boſch* in Notis p. 232. Si dives fueris, proles non deerit, adulatoribus et heredipetis in liberorum locum ſe tibi offerentibus; pauperi liberi moleſti erunt et ob rei familiaris anguſtias odioſi. — V. 6. πτωχὸς δ᾽ οὐδὲ τέκνα. Vat. C. δ᾽ inſerendum eſſe, ſponte vidit *Hermann.* ad *Orph.* p. 768.

P. 512. *Lucill. Ep. CXXIII. Palladae* eſt in Vat Cod. — V. 2. ἦλθε. Vat. C.

AD TOMUM DECIMUM

SIVE

COMMENTARII VOLUM. II. PARTEM III.

P. 5. *lin.* 9. Poſt ἀοιδοτόκου adde πόμα πηγῆς.

P. 6. Neſtor. III. 3. Κηφισός. Hanc formam alteri per duplex σ praefert *Schaeſer.* ad *L. Bos* p. 467.

Cf. *Heyne* ad *Pindari* Ol. XIV. 1. p. 176. In ejusdem poëtae Pythic. IV. 82. Καφισοῦ ſine lectionis diverſitate legitur. — Verborum transpoſitionem, quam inſtituimus, aſſenſu ſuo probat *Herm.* ad *Orpheum* p. 730.

P. 8. *lin.* 2. corrige ἔχειν pro ἔχω.

P. 9. *lin.* 8. Ἀντίπατρον ſcribe pro Ἀντιπατρόν. lin. 12. dele *forte.*

P. 10. *Frontonis Ep. I.* 4. ne metrum in caeſura claudicaret, *Hermannus* ad *Orph* p. 768. legendum propoſuit: καὶ δέ σε ποιήσουσ' αἱ τρίχες. comparans *Corealii* Ep. III. ἄστεα καὶ δ' ἄλλως. Problem. arithm. X. ἤνιδε καὶ δὲ γελᾷ Γλαύκη. Lenius fuerit: καὶ ποιήσουσίν σ' αἱ τρίχες. Sed fortaſſe nihil mutandum. Vide quae notavimus in his Addendis ad *Luciani* Ep. IX. 6.

P. 13. *Glauci Ep. I.* 1. In loco *Plutarchi*, quem excitavi, *Schaefer* in Meletem. p. 11. verba οἷον ὀρτύγων, ἀλεκτρυόνων *Plutarcho* vindicare conatur, ἢ poſt ὀρτύγων inſerendum cenſens. Lene remedium, ut fere omnia Viri acutiſſimi. Veriſimilior tamen etiam nunc mea mihi videtur ſuſpicio, haec verba, ad θρεμμάτων interpretamenti cauſa adſcripta et e textu tollenda eſſe.

P. 15. *Glauci III.* 1. Παρινα. Vat. C. — V. 3. *Br.* lectione metrum corrumpitur. In Σκόπα enim, quod a recto Σκόπας deſcendit, α producitur. Tum rhythmus bucolicus in vulgata

ὦ Σκόπα, ἁ θεοποιὸς ἐμήσατο . . . .

ſatis declarat lacunam eſſe ante τέχνα, quam repetito μήσατο implere librarii fruſtra ſunt conati.

P. 18. *Nicarchi Ep. I.* 3. ἦν δὲ παλαιή. Vat. Cod. quod fortaſſe a vero non multum abhorret. Scribere enim licet,

ἦν δὲ παλαιή,
γραῖά με καὶ ῥυσή, Σιμύλε . . . . . .

ſin vetula ſit; omiſſo ᾖ, cujus ellipſios, haud vulgaris exempla dedit *Schaefer* in Melet. p. 43. et ad *Gregor. Cor.* p. 153. Tum in apodoſi per verba γραῖα καὶ ῥυσὴ ſubjectum orationis eleganter repetitur. Scripſi autem ῥυσὴ cum membr. Cf. *Heyn.* ad Ιλ. 1. 503. T. V. p. 643.

P. 20. *Nicarchi II.* 3. ἀλλεκεινους an ἀλλεκείνοις in Cod. Vat. obſcurum videtur. Hoc mihi probabilius. Suspicor enim *Nicarchum* ſcripſiſſe: ἀλλὰ σὺ κείνοις ἐμπαίξασ᾽ . . . . ſed tu illis illudens. — V. 7. εὐτακτεῖν bene habet. Dum peſſima docet, honeſtatis ſe praecepta dare ſimulat is qui loquitur, et in hac ſimulatione magna pars leporis hujus Epigr. poſita eſt.

P. 21. *lin.* 22. corr. εἰς τὰς ἑταίρας, ſic enim eſt in Vat. Cod. *Nicarchi* Ep. III. 2. Σαμίσων in marg. Apogr. Goth. — V. 3. πανδημὶ metri cauſa pro πανδημεὶ, attigit cum ſimilibus *Lobeck* ad *Sophocl.* Ajac. p. 403.

P. 23. *Nicarchi Ep. IV.* 1. τί γὰρ οἶσθα ὅτ᾽ ἦν. Vat. C. a qua lectione minimum receſſeris, ſcribens:

Γραῖα καλή· τί γάρ; οἶσθ᾽ ὅτ᾽ ἔην καλή·

De τί γάρ; monuimus in his Addend. ad *Lucill.* Ep. XVI. 5. — V. 3. εὑρήσει Vat. C. quod *Salmaſius* inter deſcribendum emendaſſe videtur. Nam in omnibus, quae vidi, apographis εὑρήσεις habetur. — V. 4. εὐεπίτακτον: Vat. C. quod revocandum. Inficetum eſt, quod *Br.* ex *Salmaſii* Apogr. dedit: εἰς ὃ θέλεις . . εἰς ἐπίτακτον. — V. 5. Quum in membr. legatur ἦν θέλησι, facile adducor ut poëtam ſcripſiſſe exiſtimem,

ἣν ἐθέλῃ τις

Syllabae ις et σι facile inter ſe commutantur. — V. 8. ἦν, μηδὲν. Minus recte hoc poſuiſſe videtur *Br.* quum membr. μὴ διδῷ offerant. Scribe

ἦν μὴ δῷ.

P. 24. *Nicarchi Ep. V.* 6. ὕστατον membr. non repudiaverim. Diſtingue modo: στυγερὸν δόμον, εὐρώεντα, Ὕστατον, εἰς ἀφανῆ . . . . V. 7. Aliud quid latet, quam quod olim ſuſpicatus ſum. — V. 9. Ζῆνα δὲ θές. in marg. Apogr. Voſſiani. Vera lectio.

P. 26. *l.* 11. *Machonis* locum Codicis ope rectius conſtituit *Schweigh.* ſic:

Ὁ δεῖνα, παράδοξόν γε ποιεῖς πρᾶγμ', ὅτι
ἡ γραῦς ποιεῖ σ' ἐν γαστρὶ λαμβάνειν ἀεί.

quem vide in Anim. T. III. p. 454.

P. 26. *Nicarchi VII.* 1. ποδαγρός. Hanc vocem ex hoc uno loco noverat *Stephan.* Theſ. Gr. L. III. p. 507. B. Habetur etiam ap. *Manethon.* L. IV. 501. νευρονόσους.. ποδαγρούς. quod monuit *Schaefer* in Append. ad Ariſt. Plut. p. 532. — V. 4. V. D. in Bibl. Lipſ. T. LXVI. p. 61. legendum ſuſpicatur, τῶνδ' ἕνεκεν γλυκεροὺς οὔποτ' ἐῶ θιάσους. Propius ad vulgaris ſcripturae ductus legeris:

τῶνδ' ἕνεκεν χαρτοὺς οὔποτ' ἐῶ θιάσους.

P. 28. *lin.* 3. verba *a verbo . . . . disputantem* delenda.

P. 30. *Nicarchi XI* 2. In Vat. Cod. ſcriptura τοὐμὸν ἁρπάξασα veriorem lectionem latere, vel τοὐμὸν docet, priore loco non ſine vi quadam poſitum. Fortaſſe legendum:

τοὐμὸν δ' ἁρπακτῇ δῶρον ἔχεις παλάμῃ

ſive ἁρπάγδην. — V. 4. Scr. οὐ σὲ καλήν.

P. 31. *Nicarch. XIV.* 1. *Olympicum* vatem V. D. in Bibl. Lipſ. T. LXVI. p. 64. unum ex vatibus illis eſſe cenſet, qui Olympiae futura conſulentibus indicabant. *Pauſan.* VI. 2. 2. *Pindar.* Ol. VI. 7, 111. ſq. At *proprium* nomen eſſe noli dubitare. Nam ſic demum Ὀλυμπικὸν τὸν μάντιν ſcribi potuit. Illud foret Ὀλυμπικὸν μάντιν.

P. 32. *lin.* 6. *ab ult.* Quaedam contra monuit *H. de Boſch.* in Not. p. 404. — *P.* 33. *lin.* 14. poſt *Gottingenſi* adde: *Plan.* p. 183. *St.* 268. *W.* — lin. 22. adde: *Plan.* p. 183. St. 268. *W.* — *Nicarch.* XIX. 2. τὴν σορὸν *monimentum* ſignificare ſuſpicatur V. D. in Bibl. Lipſ. T. LXVI. p. 66. ut in Inſcriptione, quam edidit *Le Chevalier*: Μάρκος . . σορὸν ἑαυτῷ καὶ τῷ γλυκυτάτῳ πατρί . . καὶ τοῖς ἐκ τοῦ γένους μου. Cf. *Leich.* in Nov. Emend. ad Murator. Inſcr. p. 65. Hoc certe pretio, quod huic σορῷ ſtatutum legimus, accommodatius. — V. 3. 4. idem V. D. legendum ſuſpicatur: καὶ, ὧς τόκος ἐστὶν ἐν αὐτῇ, Τῶν πολλῶν οἱ μνῶν πέντε προσεμβάλετε. *et, ſic enim vel in tumulo foenus faciet, de multis, quas habet minis, quinque etiam ſuperinjicite.* In qua conjectura acumen quoddam agnoſcimus; ſed verba non reſpondent. Certe verba: ὧς τόκος ἐστὶν ἐν αὐτῇ ferri nequeunt. — V. 3. τοῦτ' αὐτῷ veriſſimum. Saepe enim neutrum pronominis refertur ad Subſtantivum maſculini aut feminini generis. *Addae.* IX. εἰ δέ τις αὐχεῖ μεῖζον ἐμεῦ, καὶ τοῦθ' αἵματος ἡμετέρου. *Lucill. LXII.* ἐξ ἀτόμων Ἐπίκουρος ὅλον τὸν κόσμον ἔγραψεν Εἶναι, τοῦτο δοκῶν, Ἄλκιμε, λεπτότατον. *Plato.* in Lach. p. 185. E. εἴτις ἡμῶν τεχνικὸς περὶ Ψυχῆς θεραπείαν, καὶ οἷός τε καλῶς τοῦτο θεραπεῦσαι. Alia Platonica dabit *Heindorf.* ad T. II. p. 47.

P. 34. *Nicarchi Ep. XXI.* 1. Iis, quae de nominibus, mutata conditione ob inanem faſtum productis, monuimus, adde Ep. Inedit. Vat. Cod. p. 556.

Ῥουφινιανὸς Ῥοῦφος ὢν δισύλλαβος Συνεξέτεινε τοῖς κακοῖς τὰς συλλαβάς. — V. 5. Διονυσιο πηγανόδωρος. V. D. in Bibl. Lipſ. T. LXVI. p. 69. hoc nomine ſignificari ſuſpicatur, qui convivis vinum πηγανίτην apponeret. Rutam a veteribus diligenter cultam fuiſſe conſtat. V. *Schneider* ad *Columell.* XI. 3, 38. De οἴνῳ πηγανίτῃ ejusque uſu cf. *Niclas* ad Geopon. XII. 25. *Beckm.* ad *Antig. Caryſt.* 41. — V. 6. ἀγορανόμιον. Ad interpretationem noſtram roborandam idem V. D. apte comparavit *Platonem* de LL. XI. p. 917. E. τὰ δὲ κιβδηλεύματα . . τῶν πωλούντων οἴτε ἀγορανόμοι καὶ οἱ νομοφύλακες . . . ἀναγραψάντων ἅ τε χρὴ ποιεῖν τὸν πωλοῦντα, καὶ ἃ μή· καὶ πρόσθε τοῦ ἀγορανόμου θέντων ἐν στήλῃ· ubi *H. Stephanus* ἀγορανομίου ſcribendum cenſet, probabiliter. Mox *Plato* ſimili voce ἀστυνόμιον utitur.

P. 37. *Nicarchi Ep. XXIV.* 2. καλὸν ἦν. Suppreſſum eſt ἂν, ut paſſim in his ſeriorum poëtarum Epigrammatis. In καλὸν haerebat *H. de Boſch* Not. p. 422. qui πόνος ἦν mallet; *H. van Eldick* ibid. p. 501. τοῖς φυσικοῖς χαλεπὸν. — V. 3. importunus hiatus σε ἔδει, cui ſimiles nonnulli in Anthologia reperiuntur v. c. ἀδ. 522 σοί γε ὀλίζον. Lucian. Ep. V. μωρά τε εἰδώς. ἀδ. 265. ἀμφίτε ἀθανάτους, ἀμφί τε ἡμιθέους. *Agath.* 80. οἰκτείρω σε, ἔφην. — P. 38. lin. 14. poſt *vir doctus* adde *Huſchke, quem vide in Anal. crit.* p. 67. Ingenioſae huic conjecturae calculum adjecit *H. de Boſch* in Not. p. 421. apud quem p. 501. *H. van Eldick* legendum ſuſpicatur:

ἦ βδέσεν· ἓν γὰρ ἔχει . . . . .

quod etiam propius accedit ad lect. Cod. Vat. ἓν autem pro ἓν καὶ αὐτὸ uſurpatum nuper illuſtravit *Schaefer* ad Greg. Cor. p. 216.

P. 39. *Nicarch. Ep. XXV.* 2. Scr. δέ με.

P. 40. *Nicarch. Ep. XXX.* 1. πέντε ἰητρ. Vat. C. — *P.* 41. *Ejusd.* XXXI. 1. τί μὰν πεύθῃ. conf. *Koen.* ad *Greg. Corin.* p. 236. ed. Lipſ. — P. 43. *Ejusd.* XXXIV. 3. *Stephani* lectionem: μὴ φύσα, μὴ κάμνε· μάτην τὸν κ. Brunkianâ veriorem puto.

P. 44. *Nicarch. XXXV.* 3. Locutionem ποιεῖν χρόνον attigi T. II. P. II. p. 449. — V. 5. ἧψαι τῶν ἄστρων. Vat. C. quod procul dubio reſtituendum. Temere de ἥψω cogitabam. — V. 6. Membranarum lectionem, φαίνετ' ἔχων probat *Herm.* ad *Orphe.* p. 765. — ἔχων, αὐτὸν. *cum puero.* Vide quae in his *Addendis* notavimus ad *Lucillii* Ep. LX. 2. — V. 7. Ex membr. lectione: ἔνθεν δ' εἰς αἴδην ποτ' ἀφίξεται. vera ſcriptura, una litera deleta, reſtitues legendo:

ἔνθεν δ' εἰς αἴδην πότ' ἀφίξεαι;

quando hinc unquam ad Orcum pervenies? Saepe numero terminationes εαι et εται inter ſe confuſae.

P. 50. *Stratonis Ep. II.* 1. δέλτοισιν ἐμαῖς veriſſimum. Nemo in talibus praepoſitionem deſideraverit. Cf. *T. Hemſterh.* ad *Xen. Eph.* p. 171. ed. *Locell. Schaefer.* Meletem. p. 78. ad *L. Bos.* p. 697. ſqq. In *Apoll. Rhod.* L. I. 588. διπλόα δ' ἀκταῖς Ἦματ' ἐλινύεσκον. fruſtra *Wakefield* Sylv. cr. II. p. 17. αὐτοῦ tentavit. Etiam in *Lollii Baſſi* Ep. VII. recte membr. καὶ στέρνοις δῆρις ἔνεστι μόνοις. nec opus erat κῆν corrigi.

P. 52. *Straton. Ep. III.* 3. 4. taedet in talibus immorari. Sed veram lectionem nondum reſtitutam eſſe, hiatus arguit. Revocata membr. ſcriptura, duabus literis inſertis, ſcribe:

τὴν ἔτι μὲν γὰρ ἄθικτον ἀκμὴν, λαλίου τ' ὀνόμαζε
κοκκώ, τὴν φυσᾷν ἄρτι καταρχομένην.

pueri vaſculum intactum et ejus, qui jam fari didicit, ſpirare modo incipiens, uno nomine appella κοκκώ. — V. 6. ἀχρεῖσε, Vat. C.

P. 54. *lin.* 21. In hoc *Ariſtaeneti* loco *Merceri* emendationem ἥλικα γὰρ δὴ καὶ ὁ παλ. λ. noſtrae non immerito praetulit *Baſt Lettre à Boiſſ.* p. 199. quum ſic flagitet locus *Platonis* in Phaedro p. 240. B. quem ille expreſſit. Cf. *Heindorf.* ad *Phaedr.* p. 230.

P. 57. *Straton. Ep. VI.* 5. Minime improbanda *Salmaſii* lectio, quam expreſſit *Br.* Quum tamen membr. exhibeant, οὐδ' ἄκαι . . . . . facile adducor, ut *Stratonem*

οὐδ' ἀκάκητον

ſcripſiſſe exiſtimem. Idem eſt ἀκάκητος et ἄκακος. — V. 6. Pro κακειοτέρα membr. fortaſſe κακουργοτέρα legendum: puella artes meretricias edocta, nimis fit lubrica et malitioſa. *Corn. de Pauw* in not. mſt. vocabulum κακειότερα *deteriora* ut rariorem formam diligenter notandum eſſe monet. — Straton. Ep. VII. 1. παῖδα ἐπανθοπλοκοῦντα ſincerum non videtur. Facile hiatum tolles legens:

εἶδον ἐγώ τινα παῖδά ποτ' ἀνθοπλοκοῦντα κόρυμβον.

V. 7. καὶ οἴκαδ'. De καὶ in fine quarti pedis ante vocalem producto cf. *Herm.* ad *Orpheum* p. 728. Quatuor aut quinque hujus generis exempla in Anthologia reperiuntur.

P. 59. *Strato Ep. IX.* 1. εἰ καὶ σοί. Fruſtra haec tentavit *Brunkius.* De certo quodam puero agi, dubitari non poteſt; in tertio autem verſu oratio deflectit a ſecunda perſona ad tertiam; cujus enallages exempla non deſunt. *Pallad.* XLVIII. ἕν δ' ἐπὶ σοὶ παράδοξον ἐθαυμάσαμεν . . . . . Χαλκίδος ἐκ γαίης ἀπεχάλκισε τὴν πόλιν ἡμῶν. *Philipp.* XXX. ἔμβολα χαλκογένεια . . Ἀδριακοῦ πολέμου κείμεθα (ſic ſcribendum cum Cod. Fruſtra *Br.* κείμενα.) μαρτύρια, Ἠνίδε σιμβλεύει. pro σιμβλεύομεν. Vide *Matth.* in Anim. ad Hymn. Hom.

p. 393. Frequentiora ſunt exempla tranſitus a tertia perſona ad primam etiam in Anthologia, ad quorum nonnulla *Br.* offendit. Fortaſſe tamen apud *Stratonem* legendum:

ἀλλὰ τὸ κάλλος
τοῦτό γε, κἂν πώγων, κἂν τρίχες, ἡμέτερον.

P. 61. *Straton. Ep. XI.* 4. Emendatio a nobis propoſita ob hiatum tolerari non poteſt. Recte autem *C. de Pauw* in not. mſt. θεραπεύσετ' ἐμέ. correxiſſe videtur. — *Ejusd.* XII. 3. οὐκέτ' ἀφῆσαι. membr. Nihil amplius in hoc diſticho ad ſenſum et elegantiam deſiderabitur, ſi mecum legeris, quod a Cod. ductibus proxime abeſt,

οὐκ ἀπαφήσεις,
Φοῖβε· δασὺς δ' ἥκων οὐκέτι σῶος ἐμοί.

non me decipies, quaſi me voti compotem feciſſes.

P. 63. *Straton. Ep. XIV.* 1. σανὶς δέδαχ' ἐν β. Vat. C. quod recte emendatum eſſe dubito. Scribe

Εἰ Γραφικοῦ πυγὴν σανίδες δάκον ἐν βαλανείῳ.

P. 65. *Straton. Ep. XVII.* 3. ἀδαμάντινος. Cf. quae notavimus ad *Lucill.* Ep. VI. T. II. P. II. p. 441.

P. 67. *Straton. XIX.* 3. Scr. χὠκόσα μοι. V. 5. Scr. εἰ δέ με.

P. 69. *lin.* 20. In loco *Dionyſii Halic.* χείροντες rectius ſcripſeris φθείροντες. — *Strato*, XXI. 3. δυσάπιστος e Cod. revocandum, judice etiam, quo nullus gravior, *Schaefero* ad *Dion. Hal.* de Comp. Verb. p. 89. *minime morigera, contumaciſſima.*

P. 71. *Straton. XXII.* 4. Bene habet περὶ τῇ ῥιπῇ. *Oppian.* Hal. V. 554. περθομένης πόλιος περὶ δυσμενέεσσι. Cf. *Aeſchyl.* ad *Aeſch.* I. p. 270.

P. 72. *Strato. Ep. XXIV.* 4. ὄψὲ μὲν σ᾽ ἄλλα. Vat. Cod. — P. 72. *lin. ultima* poſt *vulgata* adde: ἀντιβιαζόμενος. *Strato.* XXV. 1. 2. Totum diſtichon ſic ſcribe ad fidem membranarum, in quibus una ſolum litera depravata:

Τίς χάρις, Ἡλιόδωρε, φιλήμασιν, εἴ με λάβροισι
Χείλεσι μὴ φιλέεις ἀντιβιαζόμενος.

In Cod. eſt φιλέοις . . . reliqua ſic, ut dedimus. — *P*. 73. *lin*. 4. In *Luciani* loco *Schaeferus* Meletem. p. 53. λιπαρέσι τοῖς χείλεσι corrigit. Mox *Ephippi* locum tractavi in Addit. An. ad Athen. p. 73.

P. 76. *Strato. Ep. XXVIII.* 6. τὶ σπάνις. Vat. C. *Brunkium*, qui τις ibi legi ait, Apographa deceperunt, ut ſaepe. — *Ejusd.* XXIX. 5. Ad ἀμφοτέρους, ſubaudi φθόγγους, quo facto evaneſcet difficultas, qua hoc Epigr. premi exiſtimabam.

P. 78. *Strato. Ep. XXXI.* 2. ὄμματα. *Achill. Tat.* VI. 21 p 275. εὐνοῦχοί σοι γεγόνασιν οἱ λησταί; φιλοσόφων ἦν τὸ πειρατήριον; οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς εἶχεν ὀφθαλμούς;

P. 80. *Strato XXXIII.* 1. Sana eſt Cod. lectio.

P. 81. *Strato XXXIV.* 4. Haerebat *C. de Pauw* in verbis μελέων σαρκὶ λιπαινομένη . . . tentans ἄρτι λιπαινομένη, vel λιπαινομένων. Prius non diſplicet; et accinit locus Theocriteus a nobis ad h. v. excitatus.

P. 82. *Straton. Ep. XXXV.* 1. Fieri poſſit, ut poëta ſcripſerit,

οὐδὲ Σμυρναῖαι Νεμέσεις ὅ τι σοι προλέγουσιν,
Ἀρτεμίδωρε, νοεῖς;

ſed multo magis probo, quod olim conjeci, ita tamen, ut γε deleatur poſt σύ, aut potius, ſervata membr. ſcriptura, legatur:

οὐδὲ Σμυρναῖαι Νεμέσεις ὅ τι σῖγα λέγουσιν,
Ἀρτεμίδωρε, νοεῖς;

P. 87. *Stratonis Ep. XLI.* 3. χῶς V. Cod. non ὡς, ut perperam excuſum. — *P.* 88. *lin.* 7. Scr. χερσίν. De hoc *Timoclis* loco cf. *Schweighäuſer* ad *Athen.* T. VII. p. 87. ſq. — *P.* 89. *Straton.* XLIII. 4. παρὰ *propter.* Hanc vim praepoſitionis multis exemplis prolatis illuſtravit *Toup.* ad *Longin.* p. 367. ſq. attigit *Schaefer.* ad *Juliani* Or. Praef. p. VIII.

P. 89. *Straton. Ep. XLIV.* 3. 4. Hoc diſtichon inſigniter corrupit *Salmaſius*, cujus lectionibus relictis, ſcribamus cum Cod. Vat. diſtinctione modo mutata:

ῥίμφα δ' ἀπὸ Σμύρνης ἐπὶ Σάρδιας· ἔδραμεν ἄν μου
ὕστερον, εἰ Ζήτης ἔτρεχεν ἢ Κάλαϊς.

ſi Zetes et Calaïs eodem via decurriſſent, pone me remanſiſſent. Ad Σάρδιας ſubaudi ex praecedentibus ἤγαγεν. Sed malim praeterea deleta diſtinctione ad finem prioris diſtichi, et oratione continuata,

ῥίμφ' ἴδ' ἀπὸ Σμύρνης ἐπὶ Σάρδιας.

Alatus amor ecce me celeriter Smyrna Sardes duxit. Sic omnia bene cohaerent.

P. 91. *lin.* 13. Scr. χρυσεῖον.

P. 94. *Straton. Ep. XLIX.* 3. τότε. recte ſic membr. *tunc* in illo dearum certamine. Simpliciter *olim* vertas. Cf. *Schaefer* in Praef. ad Julian. Or. p. IV. Totum autem diſtichon ad fidem membranarum ſic debuit exhibui:

ταύτην εἴ τις ἔδειξεν Ἀλεξάνδρῳ τότ' ἐν Ἴδῃ,
τὰς τρεῖς ἂν ταύτῃ προκατέκρινε θεάς;

hanc ſi quis Alexandro olim in Ida monſtraſſet, num tres Deas ei judicio praetuliſſet? In interrogativis

enuntiationibus interrogandi vocem ſaepenumero omitti, nota res. Vide *Heindorf.* ad Platon. Phaedr. p. 330. Verbum, quod ex membr. revocavi, προκατέκρινε metro non repugnat. Cf. *Herm.* de Metr. 70. — *P.* 95. *Straton. Ep. L.* 2. ἀναθλίβει. Fruſtra *Br.* membr. lectionem propter ſequ. futura immutavit. Saepenumero diverſa junguntur tempora; ut ipſum *praeſens* et *futurum* ap. *Heſiod.* Theog. 748. ἡ μὲν ἔσω καταβήσεται, ἡ δὲ θύραζε Ἔρχεται. (Cf. *Matthiae* ad Hymn. Homer. p. 144) *Agath.* Ep. 84. οὔ σε . . ἀγέραστον ἐάσω, ἀλλ᾽ ἐπὶ σοὶ κτείνω τὴν σέθεν ἀντιβίην. ubi iterum *Br.* κτενέω fruſtra correxit; ut etiam ap. *Paul. Sil.* XXII. εἰπὲ τίνι πλέξεις ἔτι βόστρυχον, ἢ τίνι χεῖρας Φαιδρύνεις. ubi non magis neceſſarium, φαιδρυνέεις ſcribatur, quam ap. Eund. XXX. διακρινέει, ubi membr. habent.

P. 97. *Straton. Ep. LII.* 3. Ex membr. ſcriptura: μέσος γὰρ ὑπουργεῖ, probabile fit, illum ſcripſiſſe:

μέσος· ὃς γὰρ ὑπουργεῖ . . .

P. 102. *Straton. LIX.* 5. ὅστις Vat. C. ὅτις eſt in marg. Ap. Lipſ. Nec aliter emendabat *Corn. de Pauw.* — *P.* 103. *Ejusd. LX.* 2. ταῦτα revocandum ex Cod. Saepe enim ſic pluralis pronominum refertur ad unam rem. Cf. *Schaefer* ad Dion. Hal. p. 11. et in *Indice* V. *Pluralis.*

P. 105. *Straton. Ep. LXIV.* 3. κώκους. Vat. C. non κώκκους.

P. 108. *Straton. Ep. LXVI.* 1. ἣν ἀπὸ πρώτης φράζεο, πῶς . . . *nunc primum, ſtatim, ante omnia.* Sic diſtinguit et vertit *Schaefer* ad *L. Bos* p. 42. — V. 3. Scr. ἐν σοί.

P. 109. *Straton. Ep. LXVIII.* 1. revoca lectionem V. C. μυδαλόεντα, pro voce nihili μυδαλέοντα. Ut habemus ὑαλέος et ὑαλόεις, ſic μυδαλέος et μυδαλόεις. —

V. 3. ἤ με κατουν. Nihil mutandum, ſed literis ſejunctis ſcribendum eſſe

ἤ με κατ' οὖν ἐδάμασσε . . . .

veriſſime docuit *Schaefer.* ad *Longum* p. 417. comparans *Doriei* Epigr. T. II. 68. πάντα κατ' οὖν μοῦνος ἐδαίσατό νιν. *Ariſtoph.* Ran. 1147. ὥστε γε καὐτὸν σὲ κατ' οὖν ἔβαλεν. et plura ex Herodoto, qui hac tmeſi inprimis gaudebat. Cf. *Koen.* ad *Gregor.* p. 447. ed. Lipſ. *Callim.* H. in Cer. 76. ἀπ' ὧν ἠρνήσατο μάτηρ. — V. 4. ἔσσυτο εἰς ferri nequit ob hiatum. Sed majore mutatione opus non eſt; modo diſtinctionem recte conſtituas. Scribendum ſcilicet:

μοῦνον ἐπεί με λιπὼν εἰς ἰδίην Ἔφεσον
Χθιζὸς ἔβη Θεόδωρος· ὃς εἰ πάλιν . . . . .

quandoquidem Theodorus heri, me ſolo relicto, in patriam ſuam Epheſum profectus eſt. — V. 6. κοίτας. Sic Vat. C. κοῖτας *Br.* ut poſterior ſyllaba brevis videatur. Fruſtra. Facile enim *Strato* hoc vitium vitare poterat, verbis transpoſitis ſcribens: κοίτας μουνολεχεῖς οὐκέτ' ἀνεξόμεθα. Quod quum non fecerit, κοίτας depravatum eſſe minime dubito.

P. 116. *Strato Ep. LXXVII.* 3. ἀμφαλλὰξ δὲ οἱ αὐτοί. Facile hiatum ſuſtuleris, legens, δ' ἄρ' οἱ αὐτοί. — V. 6. ἵσταται. mutatione opus eſſe non videtur. Sic accipe: ὁ ἄλλοτε προδιδοὺς (qui ſe modo ineundum praebuit), ἵσταται ἄλλοτε πάλιν ὄπιθεν, idem nunc rurſus alterum init. — V. 7. τὸ προοίμιον. Illa canum foeditas cur προοίμιον appelletur, et cujusnam alius rei ſit prooemium, minime apparet. Nec haec ſententia cum ſequentibus cohaeret, quae proverbium de officiorum permutatione habent. Quare ſcribendum ſuſpicor:

τοῦτ' ἐστὶν πάντως τὸ παροίμιον·

quae forma non minus genuina quam altera vulgatior παροιμία. Jam haec optime cohaerent: *plane hoc fit, ut in proverbio.* Nam, ut dicitur, aſinus aſinum fricat.

P. 117. *Straton. Ep. LXXVIII.* Hoc diſtichon, in quo *Br.* omnia pro lubitu pervertit, paucis literis mutatis, ſic reſtitue:

πεντ' αἰτεῖς· δέκα δώσω· εἰκοσι δ' αὐτίκ' ἀφέξεις —
ἀρκεῖ σοί; — χρυσοῦς· ἤρκεσε καὶ Δανάῃ.

αὐτίκα eſt in Planudea, et ſenſum habet ſatis commodum: *viginti aureos praeterea continuo accipies.* ἀπέχειν hoc ſenſu uſurpatum illuſtravimus ad *Callim.* Ep. XXII. T. I. P. II. p. 276. et XLIII. p. 298. Malles tamen fere:

εἰκοσι δ' αὔριον ἕξεις.

χρυσοῦς cum εἰκοσι cohaeret, verbis ἀρκεῖ σοί; ut in familiari ſermone fieri ſolet, interpoſitis.

P. 117. *Straton. LXXIX.* 1. recte *Hermann.* ad *Orphcum* p. 771. emendavit: ἤδη μοι πολιαὶ μὲν ἐπὶ κροταφοῖσιν ἔ. — V. 3. Scr. χαλεπὸν δέ με.

P. 119. *Straton. LXXXII.* 1. *Cornel. de Pauw* in not. mſt. ambiguitatem captari exiſtimat in voce ποδαγρῶν, quod et *podagrum* ſignificet, et eum qui *pedes captet;* huic opponi κρεάγραν, qui *carnes captet.* Unde, pro meo quidem ſenſu, haud multum lucramur; quamquam in etymologia ludi, ſponte apparet. Eidem πεάγραν in mentem venit. — *lin.* 14. poſt *quod* inſere *in.* — *lin.* 19. ante *Sic.* inſere: *Vide Interpp. Heſychii in* ἁρπάγη. T. I. p. 547. 1. — *Ejusd.* LXXXIII. 2. ne metrum vacillet δ' poſt ξανθὸν inſere cum *Hermanno* ad *Orphe.* p. 768. — *Ejusd.* LXXXIV. 1. φιλεῖ. οὐκ. Tolle hiatum:

Ζεῦγος ἀδελφειῶν με φιλεῖ· κοὐκ οἶδα . . . . .

P. 121. *Straton. Ep. LXXXVI.* 6. νῦν δ᾽: Haec bene habent. Sponte enim intelligitur, de nocte agi, quum opponatur πανήμερος. Sed proxima quin emendatione indigeant, ne dubites. ἐπαινῶμεν enim vehementer friget. Theodorum ſuum cum Merione comparat poëta, qui Idomeneo et miniſter erat et ἑταῖρος; ſic illum ipſi interdiu vulgaris vitae praeſtare officia; noctu amaſii. Hunc ſenſum quum antitheſios lex flagitet, ſcribendum exiſtimo, membranarum ductibus inhaerens:

καὶ σὺ τὰ μὲν βιότοιο πανήμερος ἔργα τέλει μοι·
νῦν δ᾽ ἄγ᾽ ἑταιρῶμεν καὶ διὰ μηριόνην.

verbum ἑταιρῶμεν, quod reſpondet verbis V. 4. ἄλλα δ᾽ ἑταιρόσυνος, non ſine ambiguitate quadam uſurpaſſe videtur; plerumque enim de uſu venereo dicitur. *Heſych.* ἑταιρήσας. πορνεύσας. Athen. L. XIII. p. 571. D. καλοῦσι δὲ καὶ τὰς μισθαρνούσας, ἑταίρας, καὶ τὸ ἐπὶ συνουσίας μισθαρνεῖν, ἑταιρεῖν· οὐκέτι πρὸς τὸ ἔτυμον ἀναφέροντες, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὐσχημονέστερον. Noſter autem ſimul etymologiam ſpectat, et vulgarem uſum.

P. 122. *Straton. LXXXIX.* 1. ἐπίκωμος. temere in ἐπὶ κῶμον mutatum, ut ap. *Athen.* L. V. p. 180. A. ὅρα γὰρ τὸν ἐπίκωμον Ἀλκεβιάδην· ubi ἐπὶ κῶμον erat editum. Cf. *Schweigh.* T. III. p. 30. — V. 6 ἑσπερίης ſimpliciter de promiſſis vespertino tempore factis accipiendum exiſtimat V. D. in Bibl. Lipſ. T. LXVI. p. 73.

P. 127. *Stratonis Ep. XCVI.* 4. μυρίσωμεν, αὐτοῖς. corrigendum cenſet *Wakefield* ad *Lucret.* L. III. 927. ut fatior ſit antitheſis. Idem V. 5. νῦν μὲν ἐμοὶ πιέτω μέθυ τὸ πλέον ὀστέ᾽ ἔναιμα. Nihil horum neceſſarium nec probabile, praeter μὲν, in quod etiam *Salmaſius* incidit.

P. 128. *Straton. XCVIII.* 3. φιλόπαισι. recte me hoc in φίλε, παισὶ, emendaſſe, rhythmus docet, qui ſic longe eſt quam in vulgata melior. — *Ejusd.* XCIX 10. Bene habere videtur vulgata, quam *Br.* ut parum graecam impugnabat. Sic accipe: φοβητέον μήποτε ἤδη οὐκέτι ἐλέφαντα.

P. 129. *Nicomedis. II.* 2. Ὠφελίων ἔγραφεν. Cauſa transpoſitionis eſt in ἀναστρέφοντι, ubi metrum vacillaret, ſi legeretur: Ὠφελίων ἔγραφεν ἀλκᾶς. Sed haec cauſa locum non habebat in Ep. III. 2. ubi *Br.* eadem verba iterum transpoſuit. In IIItio. Ep. epitheton διερῆς ad ſupplicium Aëropes, in mare praecipitari juſſae, referendum eſſe monuit *Lobeck* ad *Sophocl.* Ajac. p. 408.

P. 131. *Nicomed. VIII.* 2. ἦν σπάνις. Sic in Ep. ap. *Murator.* T. II. p. 696. 5. *Bonada* T. II. p. 430. in medicum, ubi ſcribendum:

Ἰητὴρ δ' Ἀσκληπιάδης μακάρων τρίβον ἤει,
Χρησμοσύνην δ' ἔλιπεν πολυκήριον ἐν νεκύεσσιν.

— *lin.* 15. adde: *Bonada* p. 106. *Fleetwood.* p. 35. — *Nicomed.* IX. 1. Mireris poëtam εἰκὼ ſcribere maluiſſe, quam εἰκόνα, quod verſum, vehementer elumbem, non parum juvaret. — *Ejusd.* X. 3. diſtingue: τοῖόν τοι, Παιὰν Ἀσκληπιὲ, σεῖο Βοηθός. — *P.* 133. *lin.* 6. in Marmore legitur: καὶ ἐγενόμην, non οὐκ. Hinc apparet, recte vertiſſe virum doctiſſimum *Chardon de la R.* Delenda itaque verba: *Haec interpretatio . . . fateor.*

P. 135. *lin.* 12. corrige *iter* pro *inter.*

P. 136. *Ammiani Ep. II.* 3. *Lucian.* T. III. p. 302. τὸ δὲ ἀργύριον μηδὲ ἀριθμῷ ἄγειν αὐτὸν, ἀλλὰ μεδίμνῳ. in quo ei obverſabatur *Xenophon.* Hellen. L. III. 2. 27. οἱ περὶ Ξενίαν τὸν λεγόμενον μεδίμνῳ ἀναμετρήσασθαι τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς ἀργύριον.

P. 138. *Ammian. Ep. V.* δαίμονα. Apud *Heliodor.* L. I. 3. p. 12. Chariclea μέλανας ἰδοῦσα τὴν χροιὰν, καὶ τὴν ὄψιν αὐχμηρούς, εἰ μὲν εἴδωλα τῶν κειμένων ἐστὲ, φησὶν, οὐκ ἐν δίκῃ παρενοχλεῖτε ἡμῖν. — *lin. ult.* corr. καὶ πόλις. pro πόλιν.

P. 140. *Ammian. XIII.* 1. Scr. εἴη σοί.

P. 141. *Ammian. XIV.* 3. ἔχων βολοῦ. Vat. C. In textu corrige ὀβολοῦ pro ὀβόλου.

P. 144. *Ammian. Ep. XXII.* 1. Scr. ΠΟΙ ΔΗ ΚΑΙ ΠΟΘΕΝ, Ω ΤΑΝ. *Schaefero* monente ad Dion. Halic. p. 99. Junctim enim dicunt ποῖ δὴ καὶ πόθεν; *unde et quo.* Horat. II. Sat. IV. 1. *unde venis et quo tendis?* Id. I. Sat. IX. 62. Cf. *Heindorf.* ad Plat. T. I. p. 3. poſt *Ruhnk.* ad Memor. p. 231. et qui noſtrum quoque Ep. attigit *Aſt* ad *Platon.* Phaedr. p. 220.

P. 146. *Ammian. XXIV.* τοὺς ἀπὸ ἀλφά. *Suidas* in Βρουμάλια T. I. p. 457. Romulum Senatores invitaſſe narrat ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ α ἕως τοῦ ω.

P. 147. *Ammian. XXV.* 6. *H. de Boſch.* Not. p. 220. vulgatam tueri conatur, unice probans verſionem *Grotii*: *Aſt ego tam Miliae rideo quam lacrymo.* qua difficultas infucatur potius quam tollitur. Nam quomodo haec verba, ut vulgo leguntur: καὶ κλαίω Μιλίῃ .... cum praecedentibus cohaereant, et qui ſit tranſitus ad primam perſonam, neque *Boſchius* docuit, neque omnino intelligi poterit. Hoc igitur dubitari non poteſt, vulgatam ſanam non eſſe. An membr. lectio quam *Br.* dedit — niſi quod in Cod. κλαιωμιλίη et γελωμιλίη habetur, ι omiſſo, ut ſexcentis in locis — omni ex parte ſana ſit, fortaſſe non immerito dubitaveris. In verborum ſtructura haeremus, de qua quae olim ſcripſimus, nunc minime ſatisfaciunt.

P. 148. *Ammian. XXVII.* 1. Ἀπόλλων. Hac paronomaſia primus uſus eſt *Aeſchyl.* Agam. 1077. Ἄπολλον, Ἄπολλων, Ἀγυιεῦ τ' ἀπόλλων ἐμός. Euſtath.

Ιλ. α. p. 11. 25. ὡς καὶ ὁ Ἀπόλλων δοκεῖ τισιν ἐκ τοῦ ἀπόλλειν διὰ τὸ φοβερώτερον ὀνομάζεσθαι. — V. 1. reſtituenda lectio ὠδῶν.

P. 150. *Rufin. Ep. I.* 6. δώροις ἐκ σπατάλοις οὐκ ἀλεγιζόμενον. Vat. C. Fortaſſe corrigendum:

δώροις ἐκ σπατάλης οὐκ ἀγλαϊζόμενον.

P. 152. *lin.* 17. In loco *Luciani* bene habet εὐφυεῖς. *Soſipater* Ep. III. καὶ μαζοὶ . . . ἱμερόεντες, Εὐφυέες. Conf. *Valken.* ad Ammon. p. 87. — P. 153. lin. 6. χαράσσειν ὕδωρ de remigantibus obvium. Cf. *Hermann.* ad *Orpheum* p. 815.

P. 154. *Rufin. III.* 6. ῥοδῶν ne ſcribas ſequentia vetant, ubi non de *roſario* ſed de *una roſa* agi apparet — σχιζόμενος Ζεφύρῳ. Jam quum hoc participium non habeat quo referatur, in πολιῷ aliud quid latere ſuſpicor, quam quod olim conjeci. Omnia bene habebunt, ſi ſcripſeris:

οἷα ῥόδων κόλπος σχιζόμενος Ζεφύρῳ.

— *P.* 155. *lin.* 7. lege μηριόνης.

P. 158. *Rufini Ep. VII.* 5. Plura in hoc diſticho depravata. Hiatum κελευομένη ἦλθεν tollere conabatur *Salm.* γ' inferendo; quod vereor ut ſufficiat. In ſq. verſu fortaſſe ἐρχομένην depravatum eſt.

P. 159. *Rufini Ep. VIII.* 5. In Cod. adſcriptum ζτ. i. e. ζήτει. quo loca aut mutila aut depravata indicantur. In lect. membran. τὸ πρὶν θεοείκελον κάλλος; latet fortaſſe

τὸ πρὶν, θεοείκελε, κάλλος

quae facilior eſt emendatio eâ, quam *Br.* dedit.

P. 160. *Rufin. X.* 4. πάθω. Fortaſſe rectius πάθοις.

P. 162. *Rufin. XII.* 2. χρονίεσκεν. Fortaſſe ſcribendum:

οὐκ ἄν τοι κορέεσκεν ἀνὴρ ἀλόχοισιν ὁμιλῶν.

nunquam vir ſatietate afficeretur in mulierum conſuetudine. *Theophylact.* Ep. LXXII. εἰ μὴ ταῖς ἀφροδισίαις ἡδοναῖς τὸν ἀτερπῆ κόρον ἡ φύσις ἐνέμιξεν, ἐδουλαγωγεῖτο τὸ ἄῤῥεν τῷ γυναικείῳ φύλῳ.

P. 163. *Rufini XIV.* 5. Conf. *Virgil.* I. Ecl. 60. Multa ſimilia, inter quae etiam hoc Epigramma congeſſit *Jo. Schrader* in Obſſ. I. 3. p. 33. — *P.* 164. *Rufin. XV.* 2. αὐτὸς ὑφ' ἡμ. Vat. Cod. ὑφ' cur mutatum fuerit, cauſa ſat gravis non apparet. — V. 5. δὲ quod metrum jugulat, temere a *Br.* interpoſitum. — *Ejusd.* XVI. 2. ἀράμενοι eſt in Plan. αἰρόμενοι in Vat. C. quare *lin.* 10. pro *Vat. Cod.* lege *Plan.*

P. 165. *Rufin. XVIII.* 3. Vera videtur Vat. C. lectio, modo recte diſtinguatur: καὶ εἴποτε καιρὸς, ἐτόλμων· Ἡρυθρία· Ad καιρὸς ſubaudi ἦν, quam ellipſin plurimis exemplis probavit *Schaefer* Meletem. p. 43. ad *L. Bos* p. 605. — V. 6. φεύγομεν ἢ μένομεν. pro φεύγωμεν ἢ μένωμεν; ſimilia de hoc indicativi uſu collegit *Heindorf* ad Gorgi. p. 109. ſq. et p. 441.

P. 166. *Rufin. XIX.* 5. Dubitari nequit, veram lectionem eſſe:

ἀλλοτρίας δὲ τρίχας, καὶ ῥυσῶδες τὸ πρόσωπον.

quod membr. offerunt, niſi quod ibi ῥυτῶδες habetur. In *Br.* lectione, quae critica auctoritate caret, etiam metrum claudicat in ῥυτίδας. — *Ejusd.* XX. 2. Quum in κέκραγεν media producatur, *Hermann.* ad *Orph.* p. 804. ὡς delendum cenſet. Eſſe enim quod impediat, quominus ſcribatur κέκραγ' ὡς. Aegre tamen conjunctione ὡς careas.

P. 168. *Rufini Ep. XXII.* 3. προθυρῶν. Vat. C. πρὸ θυρῶν. Plan. — V. 4. Bene habet vulgaris vocabulorum poſito. In ἴχνεσι prima corripitur, ut in τέκνον

et τεκνίον. *Lucill.* XIX. VII. XCV. in ἀράχνη. Rufin. XXVIII. Lucill. LXV. XVI. CIX.

P. 169. *Rufin. Ep. XXIII.* 2. Scr. οὐδέ με. — μοῦνος πρὸς ἕνα. vulgo εἷς πρὸς ἕνα. Cf. *Schaefer* ad *Gregor.* p. 264. aut μόνος πρὸς μόνον. *Abreſch.* Dilucid. Auctar. p. 224. ἐμοὶ μόνος μόνῳ μάχην συνάψας. *Eurip.* Heracl. 807. — *lin.* 11. verſus quos tanquam *Euripidis* excitavi ex *Stobaeo*, *Sophoclis* ſunt in Electra v. 466. ubi ſenſus diverſus. — *Ejusd.* XXIV. 1. τὰς χαίτας conjiciebat V. D. in Bibl. Lipſ. T. LXVI. p. 74.

P. 173. *Rufin. XXVII.* 5. ὅταν ἐστὶν ἔσω. Infimi aevi eſt ὅταν cum indicativo. Quare haud ſcio an corrigendum ſit:

ὅταν ᾖ τις ἔσω.

Hoc ſi nolebat, non minus bene ſcribere poterat poëta: πλὴν ἀπὸ νῦν, ὁππότ' ἐστὶν ἔσω . . . . *Ejusd.* XXVIII. 5. reſtitue: τέκνον, χευρήσομεν. ne metrum claudicet.

P. 179. *Rufin. XXXVII.* 5. V. D. in Bibl. Lipſ. LXVI. p. 74. κόμη τ' ἐπὶ ὠσὶ τραχεῖα legendum ſuspicatur; hiatum in *Rufino*, ſequioris aevi poëta, offenſioni non eſſe. Aliud quid latet, quod ingenioſioribus inveniendum relinquimus. In membr. eſt: παρὰ ποσσὶ τραχεῖα.

P. 184. *Carphylidis Ep. I.* 4. ἐπισκάπτων. nihil mutandum. *Manibus terram aggerens exiguum fecit ſepulcrum.* Etiam p. 185. in *Philonis* diſticho ſincera eſt lectio αἱ γὰρ ἄτερ νοῦ.

P. 187. *Eupithii Epigr.* 2. Minime ſpernenda lectio Vat. Cod. ἃς λεπτὸς τάσδ' ἐχάραξε δόναξ.

P. 190. *Julian. III.* 1. Dele punctum poſt δένδρον. Vertit *Grotius* T. III. p. 428. *Eſt alta mediis arbor in penatibus.* τὰ ἀνάκτορα frons eſt, ut pars capitis principalis, ubi animae eſt quaſi *ſanctuarium* ſive

regia. Utrumque enim ſignificat ἀνάκτορον. *Heſych.* ἀνακτόρων. ναῶν. ἢ οἴκων βασιλέων. Pluralis autem, ut ſaepe in talibus, pro ſingulari. De *auribus* non cogitandum.

P. 191. *lin.* 18. adde: *Reines.* in Syntagm. Inſcr. p. 323. ex *Lindenbrog.* Not. ad *Ammian. Marc. XXV.*

P. 196. *Theonis Ep. II.* 1. non minus recte ſcripſeris:

κωφὰ δὲ μήτηρ
δύρεθ', ὑπερ κρυεροῦ μυρομένη σε τάφου.

P. 199. *Palladae Ep. II.* 1. ᾧ πλοκαμῖδας. malles fere:

ὃ πλοκαμῖδας
κειραμένη πλεκτὰς ἄνθετο Παμφίλιον.

ut jungatur ὃ ἄνθετο, quod certe vulgata facilius. Quamquam non ignoro, caſum pronominis accommodari interdum proximo vocabulo, et accuſativum, quem verbum poſtulat, extra aſſumendum eſſe.

P. 200. *Palladae III.* 3. οὔτε Δανάης. *Brunkiana* doctrina in errorem abreptus, olim hanc lectionem ſine metri periculo recipi potuiſſe exiſtimabam. Nihil falſius. Fortaſſe ſcribendum

οὔ τοι Δανάης . . . :

Hermann. ad *Orph.* p. 768. οὔτ' οὖν Δ. corrigebat. Si quis tamen Vat. C. lectionem οὐ τῆς Δανάης . . . retineri maluerit, ei non refragabor. Certe οὐ poſt οὔτε poſitum offenſioni eſſe non poteſt poſt ea, quae notavimus in his Addendis ad T. II. P. II. p. 497. Articulus autem a poëtis praeſertim mira inconſtantia modo additur, modo omittitur; ut *Rufin.* XXIV. 1. ὄμματ' ἔχεις Ἥρης, Μελίτη, τὰς χεῖρας Ἀθήνης, Τοὺς μαζοὺς

Παφίης. — *Ejusd.* IV. 1. De hoc uſu verbi λέγειν adde *Schaefer.* ad *L. Bos* p. 596.

P. 202. *Pallad.* V. 15. ἠδὲ Cod. In conjectura noſtra διακρίνετε· ἀλλ᾽ . . . hiatus offendere non debet, praeſertim in colo: nec illo aevo, quo *Palladas* ſcripſit, ad talia ſatis accurate attendebant. Ep. CXL. μάλα ἐστὲ. et φάσματα ὡς. et tribus aliis in locis. Pro οὔτέ τι γῆρας ἀεὶ non minus bene ſcripſeris

οὔτ᾽ ἐπὶ γῆρας ἄγει.

P. 203. *Pallad. VI.* 1. δύο ὥρας. Rectius fortaſſe δύω ὥρας, ut eſt apud *Stephanum.* — *P.* 213. *Pallad. XXV.* 2. τοῖς Κίρκης. Vat. C. quod in Planud. quoque repertum probabat *Schaefer* ad L. Bos p. 337. Brunkianam tamen lectionem magis probans ad *Gregor.* p. 45. — *P.* 214. *Pallad. XXVI.* 6. vera videtur lectio Vat. C. modo diſtinguas: τὸ γὰρ κατέχον με νόημα Τοῦ στομάχου χρῄζει τοῦδε, λέγουσι, ποτοῦ. Interpoſitum orationi λέγουσι, ut φασί, οἶμαι et ſimilia. De λέγω ſic uſurpato vide *Abreſch.* ad Aeſchyl. T. II. 62.

P. 217. *Pallad. XXXI.* 4. δόμινε· οὐ . . . notandum exemplum hiatus et ſyllabae brevis in caeſura pentametri. Corruptelae nulla in his ſuſpicio. — *P.* 217. *Pallad. XXXII.* 1. adde *Lucian.* Timon. §. 8. T. I. p. 78. ed Bip. ὃς οὐ συνίει κόρακι καὶ λύκοις χαριζόμενος, ἀλλ᾽ ὑπὸ γυπῶν τοσούτων ὁ κακοδαίμων κειρόμενος τὸ ἧπαρ. In fragm. comicorum, quae hic correximus, conſtituendis, noſtram ſententiam ſequutus eſt cl. *Athenaei* Editor T. II. p. 475. f.

P. 218. *Pallad. XXXIII.* 5. κρίνω κεῖνον Vat. C. — *Ejusd.* XXXV. 4. εἰ ὁ Κρόνος. Si tanti eſſet, hiatum facile tolleres verborum transpoſitione:

κτεῖνεν ἄν, ὁ Κρόνος εἰ θνητὸς ἐτύγχανεν ὤν.

P. 220. *Pallad. XXXVIII.* 5. δίκη. Vat. C. — *Ejusd.* XXXIX. 2. Vide an *Scaliger* φαβὸς ſcripſerit,

a φάψ. Sic Maurus ſatis ridicule ex ore elephantino et labiis ponderoſis *palumbis* ſonum diceretur emittere.

P. 221. *Pallad. XLI.* 6. τὴν Ἑλένην δ᾽ ὁ Πάρ. Vat. C. — *P.* 225. *Pallad.* XLVI. 4. Attigit h. l. *Wyttenbach* in Curis Poſter. in Bibl. cr. p. 24. „Palladas facit nutricem ludimagiſtro menſtruum minerval charta lacera illigatum referre. Ἔνθα τροφὸς . . . . i. e. *ne minuta mercedula palam agnoscatur, ſed occultata major, quam eſt, eſſe credatur, eam in librum includit, quam chartacea faſcia circumligat.* V. 9. εἰς ἐνιαυτόν. Inprimis huc facit locus *Auguſtini* in Confeſſ. L. V. 12. qui quum Romae eloquentiam docere inſtituiſſet, cognovit ibi fieri, quae non patiebatur in Africa. *Nam revera illas everſiones a perditis adoleſcentibus ibi non fieri manifeſtatum eſt mihi. Sed ſubito ne mercedem magiſtro reddant, conſpirant multi adoleſcentes, et transferunt ſe ad alium, deſertores fidei, et quibus prae pecuniae caritate juſtitia vilis eſt.*

P. 228. *Pallad. XLVIII.* 3. ἐπὶ σοῦ recte membr. Cf. *Schaefer* Praef. ad *Julian.* Orat. p. XVII. — V. 5. Fruſtra hoc diſtichon a praecedentibus ſeparandum exiſtimavi. Cave tamen *Huetium* audias. De tranſitu a ſecunda perſona ad tertiam diximus ſupra in Addendis ad *Straton.* Ep. IX. 1. — V. 6. καὶ κλαίων δάκρυσι. *Planudis* commentum. Membr. Vat. καὶ κλέπτων, quod bene habet, modo καὶ recte accipias: furans, *et quidem* furans cum quaeſtuoſis lacrymis. Hanc vim voculae illuſtravit *Hermann.* ad *Viger.* p. 797. et ad *Eurip.* Hecub. p. 162. *Schaefer* ad *Longum* p. 351. — *P.* 230. *Palladae.* Ep. LII. 2. νικῶσιν. praeſens pro aoriſto aut futuro, nota enallage. Futurum tempus magis probabat *Grotius*, vertens: *Vincet in hoc cultros ſubula, credo, pari.*

P. 230. *Palladae Ep. LV.* 2. Adde quae dedimus in Addit. Anim. ad Athen. p. 314. ſq. — *P.* 231.

Ejusd. LVI. Ad Silvanum Deum miro errore hoc diſtichon retulit Editor Marmor. Taurin. T. I. p. 128. — V. 4. ἐς θαλάμους κατέχει. Exquiſitior haec membr. lectio reſtituenda. Saepe ſic εἰς cum verbis quietis jungitur. De στῆναι exempla dedit *Porſon* ad *Eurip.* Phoen. p. 308. ed. Lipſ. de κείμεθα *Doederlein* in Actis Phil. Mon. I. p. 64. *Philoſtrat.* p. 669. 5. ἐς γὰρ κοῖλον τὸν ἵππον . . νεκρὸς ἀπέκειτο. Ep. ἀδ. LIX. λάθρη κοιμηθεῖσα Φιλαίνιον εἰς Ἀγαμήδους Κόλπους. *Leonti. Schol.* inedit. εἰς ἐμὲ Κύπρις λούεται. *Lucill.* XII. ἢν ἐθέλῃς τὸ πρόσωπον ἰδεῖν ἐς ἔσοπτρον ἑαυτοῦ. Alia quae in promtu ſunt, nunc omitto.

P. 232. *Pallad. Ep. LXI.* 1. εἰ λίθος ἐστί. *Juvenal.* VIII. 52. *at tu Nil niſi Cecropides truncoque ſimillimus Hermae. Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod Illi marmoreum caput eſt, tua vivit imago.* — *P.* 233. *lin.* 2. pro *loco ſec.* corrige *loco pr.* τοῦτο *Id. loco ſec.*

P. 235. *lin.* 6. corr. πευθομένους. — *P.* 236. *lin.* 4. poſt ἧς inſere *Vat. Cod.* — *P.* 237. *lin.* 10. *ab ult.* poſt 385. inſere p. 669. — *Pallad.* LXXII. 3. καὶ μεταντλοῦσα πάλιν. ruenti metro ſuccurre, legens

καὶ μεταντλοῦσ᾽ αὖ πάλιν.

Haec ſaepe junguntur. V. *Davis.* ad *Maxim. Tyr.* p. 114. *Schaefer.* Meletem. p. 39.

P. 238. *Pallad. LXXIII.* iterum habetur in Vat. C. p. 669. — *P.* 239. *lin.* 9. corrige: *Imperitum hominem ſilentium decere.*

P. 240. *Pallad. LXXXIV.* 1. Vulgata τοσοίδε δὲ . . . verior eſſe videtur lectione *Br.* quamvis ex membr. Vat. derivata.

P. 241. *Pallad. LXXXV.* 7. ἠὲ καὶ αὐτοῖς. Vat. C.

P. 243. *Pallad. LXXXVIII.* 2. ἡ φύσις Vat. C. — *Ejusd.* XCI. 4. οὐ καταριθμεῖς etiam membr.

Vat. praebent; cujus lectionis mutandae nulla erat neceſſitas.

P. 245. *Pallad. XCV.* ὅτι δὴ καὶ αὐτὸ φλεγέθει. In hac membr. lectione aliud quid latere ſuspicor, quam quod *Planudes* inde elicuit. Fortaſſe verbis transpoſitis et leviter immutatis ſcribendum:

τήγανον, οὐκ ἀλόγως, ὅτι δὴ φλεγέθει κατὰ ταὐτό.

quia nimirum utrumque in eundem modum ardet.

P. 246. *lin.* 4. οὕνεκα. *Vulgo* delendum. — *P.* 248. *Pallad. CII.* 4. συρόμενον. *Plan. Stob.* φερόμενον. Vat. C.

P. 249. *Pallad. CIV.* 5. ἐπ' εὐπλοΐην. etiam eſt in Plan. et ap. Stob. Hoc reſtituendum, hiatu, quem *Br.* obtruſit *Palladae*, remoto. Od. α. 298. οἷον κλέος ἔλλαβε δῖος Ὀρέστης Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους. *Archias* XVII. ὁ Πρίηπος ἐπ' αἰγιαλίτιδα ναίω χηλήν. *Callim.* XL. ἐνθάδε νεκρὸν Εὗρεν ἐπ' αἰγιαλοὺς. ubi *Br.* αἰγιαλοῖς. fruſtra et reclamantibus membr. Cf. *Matth.* ad Hymn. Homer. p. 79.

P. 250. *Pallad. CVI.* 1. 2. duabus aut tribus literis mutatis ſcribe:

ἀχρὰς ἔην· σέο χερσὶ μυρίπνοον ὄζον ἔθηκας,
δένδρῳ πτόρθον ἐνεὶς· σὴν χάριν εἰς σὲ φέρω.

P. 251. *lin.* 4. lege εἰς σὲ pro εἴς σε. — *Pallad.* CVII. In Epigrammate, quod h. l. ex membr. edidimus V. 4. fortaſſe corrigendum:

ὁ γάρ σε μέλπων τῆς Δίκης ὕμνους χέει.

nam qui te canit, Juſtitiae hymnos fundit. — *Pallad.* CVIII. ne v. 4*tus* nullo cum praecedentibus nexu fluctuet, ſcribe:

εἰμὶ πένης ἄνθρωπος· ἐλευθερίῃ δὲ συνοικῶν
ὕβριστὴν πενίης πλοῦτον ἀποστρέφομαι.

P. 253. *lin.* 13. ἐχθροποιεῖ. In eandem conjecturam incidit cl. *Schaefer* ad Julian. Or. p. VI. me jam ſic emendaſſe ignorans. — *Pallad.* CXIII. τὴν νεότητα φυγών. Hoc ex φιλότητα eſſe depravatum, nemo facile ut credat adducetur. Scribendum ſuſpicor

τὴν κενότητα φυγὼν . . .

Ulyſſes vir gravis, et a levitate alienus.

P. 254. *Pallad. CXV.* legitur iterum in Vat. C. p. 669.

P. 257. *Pallad. CXXII.* 5. Adde *Callim.* fr. LXXXVII. ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθῆος. — *P*. 260. *Pall.* CXXXI. δεσμὸς. Vide inprimis, qui haec fuſius perſequutus eſt, *Fr. Aſt.* ad *Platon.* Phaedr. p. 317.

P. 265. *Palladae CXLIV.* 3. σκώληκα βαλεῖν. Vulgo et membr. Unde fortaſſe legendum

σκώληκα βοτεῖν.

i. e. βόσκειν. *Heſych. Schneideri* Lex. Gr. V. βοτάνη.

P. 267. *Pallad. CXLVII.* 1. βίου. Vat. C. — Mox cave quid mutes cum *Brunkio.* Omnia bene habent in lectione membranarum, modo recte diſtinguas:

Ζητῶν ἐξεῦρες βιότου τέλος εὐτυχίης τε,
ἀρχὴν ζητήσας πρὸς τέλος ἐρχομένην.

Eſt in his verbis ambiguitas ſtudioſe quaeſita: *dum honorem quaerebas ad ſummum faſtigium tendentem.* At illa honoris cupiditas non ad id, quod Geſſius volebat, ſed ad τέλος τοῦ βίου ducebat.

P. 270. *Polliani Ep. III.* 3. *Caſauboni* interpretationem in hunc ſenſum accipit *H. de Boſch* T. IV. p. 441. *gaudeo et gratulor tibi propter ſortem de corona, quae vidua eſt meritis, quippe ſortito a parenti-*

bus relicta (?), *adeoque nulla;* idque *Grotium* in verſione ſua ſecutum eſſe.

P. 270. *Polliani Ep. IV.* 1. tolle diſtinctionem poſt ἔχεις. Verba ſic junge: μάθε, πῶς οὐδὲν ἔχεις, (καίπερ) χαλκὸν ἔχων.

P. 271. *Polliani Ep. V.* 3. vitium eſſe videtur in verbis πέπλοιο ῥαγέντος. Scribe:

ἴδ' ὡς στέρνοιο ῥαγέντος . . .

Polyxena *pectus percuſſa* cum caderet, veſte texit quod pudor velari jubet.

P. 289. Sequuntur in Analectis Epigrammata *Procli* duo, quae in Animadverſionibus, neſcio quomodo, praeterii. Prius edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 385. et in Sicula p. 564. — V. 1. εὐάστην. *Br.* diverſo accentu εὐαστὴν *Dorvill.* In Ep. ἀδ. CCCCXII. iterum eſt εὐάσταις. Vulgaris regula favet τῷ ὀξυτονουμένῳ; ſed plurimae ſunt ejus exceptiones, quibus fortaſſe etiam εὐάστης annumerari debet. — V. 5. αἵματι κόχλου. *purpura. Paul. Sil.* XXII. κοσμήσεις ἁλιανθέϊ φάρεα κόχλῳ. *Leonti. Schol.* IV. κόχλου πορφυρέου. *Lucian.* Catapl. §. 16. T. III. p. 196. κἀμαυτοῦ ἔτι μᾶλλον κατεγέλων . . . μακαρίζων ἐπὶ τῷ αἵματι τῶν ἐν τῇ λακωνικῇ θαλάττῃ κοχλίδων. *Achill. Tat.* L. II. 11. p. 61. de inventione purpurae per canem: τῷ στόματι τοῦ κυνὸς περιῤῥέει τοῦ ἄνθους τὸ αἷμα, καὶ βάπτει τὸ αἷμα τὴν γένυν, καὶ ὑφαίνει τοῖς χείλεσι τὴν πορφύραν. *Gregor. Nazianz.* Or. III. p. 100. B. ἡ ποιμενικὴ κύων, ἡ τῇ κόχλῳ βρωθεῖσῃ, καὶ τὰ χείλη καθαιμαξάσῃ τῷ ποιμένι τὸ ἄνθος γνωρίσασα. — V. 6. χλαμύδα. In Cod. Dorv. χλαμίδα, ita ut dubites illud, an χλανίδα a *Proclo* fuerit. De horum vocabulorum permutatione diximus T. I. P. I. p. 21. ſq. et p. 24. ſ. — *Alterum* horum Epigrammatum (VI.) extat in Vat. C. p. 256. ſine auctoris nomine, cum lemmate: εἰς Πρόκλον καὶ Συριανὸν τοὺς φιλο-

σέφους. Ipſum *Proclum* hos verſus concinnaſſe, intelligitur ex *Marini* Vita Procli p. 75. ubi paulo integriores leguntur. Ex Ap. Lipſ. edidit *Reisk.* p. 79. nr. 587. V. 1. γένος in Vat. C. omiſſum *Marinus* ſupplet. — V. 2. ἀμοιβὸν ἔῃς. Haec verba cum forte excidiſſent in Apogr. Guy. in marg. tanquam ex conjectura poſita ſunt, cum nota: *compenſatorem, remuneratorem. Aliquid ſimile deeſſe videtur.* At ἀμοιβὸς h. l. idem eſt quod διάδοχος. quo titulo *Proclus* ornari ſolet. — V. 3. ξυνός. Cf. *Marin.* Vit. Procli c. 36. — V. 4. εἷς. *Br.* εἷς. Vat. C. Sic exhibetur etiam in *Heſiodi* Theog. 145. κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ.

P. 289. *Marini Diſtich.* 1. κεχαρισμένε. Vat. Cod. Jenſ. Hic κεχαρισμένα correxit.

P. 291. *lin. ult.* ante *Jenſ.* inſere *Vat. Cod.* — *P.* 292. *Claudianus Ep. III.* 1. Ἑλικῶνος ſervandum. *Ruhnkenii* conjectura nititur falſa plurimorum opinione, *Claudianum* noſtrum illum eſſe Stilichonis clientem, quem Muſae latinae illuſtraverunt.

P. 293. *Syneſii Ep. I.* 1. ὢ ſive ἆ μέγα θαῦμα. *Schaefer* ad *L. Bos* p. 239. corrigit: οὐ μέγα θαῦμα. Sic primos duos verſus bene cohaerere. Idem V. 7. δέξο interpretatur *accipe, disce. Intelligendi* ſignificationem verbi δέχεσθαι illuſtravit *Abreſch.* ad Aeſch. T. I. p. 368. — ζωοφόρου idem Vir doctiſſimus mecum probat prae lectione ζωδιακοῦ, excitans genethliacum carmen, ab *Huſchkio* editum in Anal. cr. p. 299. ἠέλιος μήνη τε καὶ ἀμφιθέοντες ἀλῆται Ζωοφόρον.

P. 295. *lin.* 3. *ab ultima.* poſt *Vulg.* adde: *et in Vat. C.*

P. 298. *Zoſimi Ep. III.* 2. νεφέλην. illuſtravit *Huſchke* in Anal. cr. p. 136. — V. 4. πρὸς εὐξάμενοι. Vat. C. — P. 299. *Eugenii* Ep. V. 7. ἀθροΐζεται. Eadem eſt diaereſis in fr. ap. Hephaeſtion. p. 19. Ἐρξίῃ πῆ δῆτ' ἄνολβος ἀθροΐζεται στρατός.

P. 299. *Cyri I.* Hos verſus tamquam *Moſchi* Theocriteis ſubjunxit *Valkenarius* p. 380.

P. 300. *Cyri VI.* 1. Ut hic in Μαξιμῖνος penultima corripitur, ſic in Ep. in Stat. Athl. LII. Κωνσταντῖνος. Ib. LIII. Anathem. Byzan. XXXII. 3. σὺν Κωνσταντίνῳ υἱῖ. Sic enim Vat. C. non Κωνσταντίῳ, quod *Br.* dedit. In Ep. ap. *Reisk.* p. 107. nr. 640. ὃ πρόσηξέ σοι Κωνσταντῖνος. Etiam in Κυρῖνος mediam corripuit *Leo Phil. I.* et in Ἰουστινίανος penultimam plures. Ep. ined. Vat. C. p. 58. Ἰουστινῖανον καὶ ἠγαθέην Θεοδώρην. et iterum p. 59. Ἰουστινιανῷ στρατίης ἡγήτορι πάσης. In Ῥουφίνιος antepenultima corripitur ap. *Diodor. Gramm.* Ep. VIII. τί μάτην οὔνομα Ῥουφίνιος. ubi *Br.* membr. lectionem temere mutavit. Alia in nominibus diverſorum generum admiſſa, nunc quidem praetereo. — V. 3. Scr. δέ μοι. — *P.* 302. *Cyri VII.* 1. Κῦρος ἔχει. Scr. videtur ἔθηκεν.

P. 305. *Chriſtodori* Ecphraſ. v. 35. θύρσα. Hanc formam tuetur *Sabin. Gramm.* Νύμφαις ῥόδα, θύρσα Λυαίῳ. Addendum eſt hoc vocabulum iis, quae ex maſculinis neutra fiunt in plurali; de quibus vide *Porſon* ad *Eurip.* Med. 494. *Schaefer.* ad *Dion. Hal.* p. 407. *Paſſow* ad *Longum* p. LXX. ſqq. — V. 37. Ocyus reſtitue optimam Vat. C. lectionem στεψάμενος pro στεφόμενος, quod in metrum peccat. Infra v. 367. ἀκειρογόμῳ τρίχα δάφνῃ Στεψάμενος. — P. 306. V. 45. Ut hoc loco et V. 47. genuinum Σιμωνίδῃ *Br.* perperam depravavit in Σιμώνιδες, ſic iterum in *Ep. Simon.* LVII. ἓξ ἐπὶ πεντήκοντα, Σιμώνιδες, ἤραο ταύρους. In Vat. C. eſt Σιμωνίδης. quod in Σιμωνίδῃ erat mutandum, ut legitur in *Tzetzae* Chil. I. 636. — *lin.* 9. Scr. Σιμωνίδῃ. — V. 54. bene habet, modo recte interpreteris. στρατὸν οἰκτείρων Ἑλλήνων non debet referri ad

mala morbi contagioſi, quo exercitus laborabat, ſed ad clades, quae ex Achillis et Agamemnonis ſimultate in Graecos redundaturae erant. Haec ſimultas quum ex Calchantis vaticinio originem eſſet captura, ſponte apparet, cur vates illud mente dicatur premere. — V. 58. Miror οἱ productum ante ὤπασε. Scribe:

τὰ μὴ ἑοῖ ὤπασε τέχνη

Homer. Ἰλ. v. 495. ὡς ἴδε λαῶν ἔθνος ἐπισπόμενον ἑοῖ αὐτῷ. — P. 310. V. 122. ἐδόκευε. Hoc procul dubio revocandum. Pythagoras non in terris, ſed inter coelites ſibi verſari *videbatur*. δοκεύειν *ſuspicandi*, *putandi* ſenſu *Chriſtodorus* uſurpavit iterum v. 180. ὡς δὲ δοκεύω, οὐκέτι δυστήνου μόρον Ἕκτορος. V. 336. ὡς δὲ δοκεύω Τέχνη τοῦτο τέλεσσε. V. 395. ἐγὼ δ' Ἀλκμᾶνα δοκεύω. Cf. *Hermann.* ad *Orpheum.* p. 825. — V. 128. μολοῦντος ex membr. derivatum. In Plan. eſt μολόντος, idque reſtituendum cenſet *Schaefer* ad *Sophocl.* T. II. p. 329: verbum μολέω e Graeciae uſu circumſcribens. Quare etiam ap. *Rhian.* Ep. IV. 11. pro ἐς ἀκμαίην δὲ μολεῖτε ἥβην — μόλοιτε ſcribendum exiſtimat. Paulo ante Scr. cum Vat. et Plan. ἐδίδαξεν. — P. 314. V. 195. Non video quid ἐῆς a *Br.* in textu poſitum praeſtet vulgato ἑήν. Hoc revocandum, ut *Planudis* ſaltem auctoritate nixum, dum Brunkiana lectio omni auctoritate caret. Et in hoc carmine Planudem, praeter Anthologiam Cephalae, aliis quoque ſubſidiis uſum eſſe apparet. — *P.* 316. V. 227. φόνου διψῶσαν eſt ex *Lycophr.* Caſſ. v. 1171. *Incertus* ap. *Athen.* L. X. p. 433. F. ἴσχειν κελεύω χεῖρα διψῶσαν φόνου. Cf. *Lobeck* ad *Sophocl.* Ajac. v. 50. p. 227. — P. 317. V. 245. ἔοικε δε . . ἆσθμα τιταίνων. Hoc merito probat *Schaefer* ad *Longum* p. 367. ἐοικέναι cum participio jungi poſſe docens exemplis, quae frequentiora etiam forent, ſi per librarios licuiſſet. Cf. Eundem ad *Dionyſ. Hal.*

p. 212. et *Matthiae* Gr. gr. §. 550. Not. 4. p. 795 ſq. — P. 318. V. 253. Λάμπων reſtituendum. Sic ille vocatur ap. *Apollodor.* L. III. 12. 3. — V. 264. Πολυείδου. nulla erat neceſſitas hujus formae proſcribendae, quam paſſim occurrere docuit *Heynius* ad *Apollod.* p. 251. — V. 267. χαίτῃ nunc vix auſim damnare. ἄνθεα ἄτμητα ſignificare poſſunt *cincinnos intonſos*, quibus caput et tempora Apollinis ornata erant. Hoc *Chriſtodorus* ſuo more ſic extulit, ut ipſam dei *comam* crispis cincinnorum floribus ornatam diceret. — *P.* 320. *V.* 306. οὐρεσίφοιτος. Hoc epitheto de Diana utitur *Phurnutus* de N. D. c. 34. ὀρειτίνη eadem appellatur in Inſcr. ap. *Spon.* Miſc. p. 311. — V. 308. ἰοδόκην reponendum. Sic ap. *Apollon. Rh.* L. I. 1194. ὀϊστοδόκην Φαρέτρην. Hujus generis eſt θηροφόνη Ἄρτεμις ap. *Theogn.* v. 11. quod temere mutavit *Br.* Multa his ſimilia apud optimos quosque reperiuntur, quae colligere inſtituerunt Viri DD. *Porſon.* Mede. 822. Praef. ad Hecub. p. X. *Matthiae* in Anim. ad Hymn. Hom. in Apollin. v. 32. *Schaefer* ad *Dion. Hal.* p. 23. *Lobeck* ad *Soph.* Ajac. p. 442. Sed plurima ſuperſunt in Anthologia, unius Vat. C. auctoritate reſtituenda, quorum exempla dedi in Actis Phil. Monac. Faſc. II. *P.* 321. *V.* 314. Scr. ὁ μῆ! quae eſt forma exquiſitior, illuſtrata a *Bentlejo* ad *Callimachi* fr. 293. et ab *Interpp. Heſychii* T. II. p. 747. 15. — *P.* 322. *V.* 318. Vat. C. lectio τόπερ ᾤκεεν a *Planude* non intellecta, reſtitui debet, modo ſcribas ᾤκεεν. Bene noverat Minerva formam viri, *in quo ipſa habitabat.* Jam haec cum ſequentibus egregie conſpirant. — V. 320. Plenius diſtinguendum poſt μολπήν. Tum revocata lectione Vat. Cod. diſtingue:

Σύννομος Ἀπόλλωνι πατὴρ ἐμὸς, ἰσόθεος φῶς . . . .

P. 323. *lin.* 4. corrige *armenta* pro *armato.* — V. 365. V. D. in Bibl. Lipſienſi T. LXVI. p. 77. hunc

verſum tranſponendum et cum V. 358. jungendum cenſet. Certe Cratino magis convenit quam Menandro. In ſenſu tamen haeremus. Ille ad Lycambis filias, Archilochi jambis ad reſtim adactas, reſpici cenſebat. Mihi non liquet. — P. 324. V. 377. Formam ἀλικαρνησοῦ probat *Schaefer.* Meletem. p. 2. qui et mecum Vat. C. lectionem ἀηδὼν revocandam ſtatuit. De Euripide Ep. ἀδ. DXXXV, τὸν σκηνῇ μελίγηρον ἀηδόνα. De cicada ἀδ. DCXVI. τὴν Νυμφέων παρεδῖτιν ἀηδόνα. ἀδ. DCCXVII. τὴν κυανῶπιν Μοῦσαν, ἀηδόνα τὴν μελίγηρον. ἀδ. DCCXVIII. 2. τίς μου τὴν γλυκερὴν ἥρπασ' ἀηδονίδα.

P. 327. *Chriſtodori II.* 2. ἀριφανέων vereor ut metrum ferat. — *P.* 328. *Ejusd. III.* 2. ἣν δή. *Plan.* Revocandum πρίν ex Vat. Cod.

P. 334. *Metrodori Ep. I.* 10. non βίος, ut perperam in notis expreſſum, ſed βίω eſt in Vat. Cod. id eſt, βίῳ. quod vulgatae βίου praeferendum. — *P.* 335. *Problematum arithmeticorum* nonnulla vertit et explicuit V. cl. *J. K. F. Hauff* in der Zeitſchrift für claſſiſche Literatur. I. 2. p. 104. ſqq. non recordatus, ea a *Brunkio* eſſe edita et a nobis in Animadverſionibus illuſtrata.

P. 337. *Metrodor. II.* 6. Facile hiatum vitaſſet poëta, ſi ſcripſiſſet: Εὐτέρπη· τὴν δ' ὀγδοάτην . . . Sed cf. Ep. III. 1. IV. 5. XV. 1. XXII. 2. XXX. 1. XLIII. 5.

P. 338. *Metrodor. III.* 5. ut vacillanti metro ſuccurreret, *Hermann.* ad *Orpheum* p. 768. emendavit: εἰπὲ δὲ πόσσον ἔδωκαν, ὅπως δ' ἴσα . . . Minore mutatione ſcripſeris: εἰπὲ πόσον δῶκαν, χὤπως ἴσα . . . V. 1. ſi vera eſt lectio Vat. C. ἑκάστη, Verſ. 2do ſcribendum ἶσον ἔχεν πλῆθος.

P. 343. *Metrodor. X.* 7. ἤνυσα καὶ δ' ἐγέλα. Hanc membranarum lectionem minus feliciter tractavit *Br.*

In prima voce ὄρα latere, noli dubitare; tum verò καὶ δὲ verum eſſe nequit, quamquam hae conjunctiones paſſim junguntur, et crebrius fortaſſe junctae reperirentur, ſi per editores liceret. Sed in noſtro loco ſcribendum videtur:

ἦδ' ὄρα ἡδὺ γελᾷ Γλαύκη . . . . .

Nihil in Codd. ſibi ſimilius ductibus καιδ et ἦδ. Cf. *Baſt* in Comm. Palaeogr. p. 815. De ἡδὺ γελᾷν dixi ſupra in his Addendis ad Lucill. Ep. CIV. T. II. P. II. p. 502.

P. 348. *Metrodor. XVII.* 1. υἱέος οἰχομένου Παίδες. Vat. C. quod verum: υἱέος οἰχομένου παῖδες. *quatuor liberi filii extincti.* — V. 9. ὧδὶ (ὧδε Cod.) ionismo hujus Epigrammatis adverſari monuit *Herm.* ad *Orpheum* p. 769. quid ipſe reponendum judicet, non indicans. Scribe

ὧδε δὲ λαμβανέτωσαν.

V. 15. ne καὶ in hac ſede ante vocalem corriperetur, *Herm.* l. c. p. 129. ἐς repetendum cenſebat, καὶ ἐς ἄλφιτα.

P. 350. *Problem. arithm. XIX.* Edidit Fabr. Bibl. Gr. T. IV. 4. 22. ed. vet. *Bonada* p. 425. — V. 8. In Vat. C. ſcriptura: τοῦ ΔΕΚΑΙ Η κρυερὸς μέτρον ἑλὼν βιότου — vide an haec lateant: ἥμισυ πατρὸς (ψεῦ ΕΚΑΤΗΣ κρυερᾶς) μέτρον ἑλὸν βιότου.

P. 355. *Problem. arithm. XXVI.* 8. καὶ ἐν ὥραις. Scr. καὶ εἰν. ut eſt in Vat. C. — *P.* 356. *Ib. XXVII.* 2. αἰὲν ἀναγκαίη κέντρα φέρουσα πόνων. Scr. ἀναγκαίης, idem quod ἀνάγκης. *Tyrtaeus* ap. *Pauſan.* IV. 14. ἀναγκαίης ὑπὸ λυγρῆς. *Herodot.* L. VIII. 111. δύο θεοὺς μεγάλους, Πειθώ τε καὶ Ἀναγκαίην. quae cum aliis laudat *Schaefer* ad *L. Bos* p. 535. Cf. *Rittersh.* ad *Oppian.* Cyn. I. 265. Structura verborum eſt ut ap. *Secundum*

Ep. II. μύλοιο περίδρομον ἄχθος ἀνάγκης . . κυκλοδίωκτος ἔχω. — V. 6. revoca lectionem Vat. C. quae ſenſum habet optimum. ἐρύειν h. l. non eſt *trahere*, ſed *pendere*. *Homer*. Iλ. X. 351. οὐδ' εἴ κεν σαυτὸν χρυσῷ ἐρύσασθαι ἀνώγοι. *Schol*. σταθμήσασθαι. ζυγοστατῆσαι. Cf. *Heyne* ad *Homer*. T. VIII. p. 314. — *P*. 358. *Problem*. *XXXI*. 2. nimia eſt *Brunkii* mutatio. Vitium eſt in ſolo nomine; verba autem ἔπορεν (ſive πόρεν) τὸ τρίτον ſaniſſima ſunt.

P. 360. *Problem*. *XXXIV*. 2. ἐμὴ Vat. C. — *P*. 361. *lin*. 3. *ab ult*. Scr. ἔμοιγε. — *P*. 367. *XLIV*. 3. τοῦδ' Ἀμφ. Vat. C.

P. 369. *Aſclepiodotus*. V. 3. ἔνθ' ἀποτάμνει. Propius ad ductus in Lapide, *Butmannus* V. cl. in literis ad me datis

ὧν ἀποτάμνει

a quibus collibus Libycis Nilus Thebas ſejungit. Thebae enim, quae vere ſic appellabantur, in orientali ripa fluminis erant poſitae.

P. 370. *Cyrill*. *V*. 2. τριετειόν. Fuiſſe videtur

τριέτη τὸν ἀφείλετο . . .

P. 371. *lin*. 10. Rectius ſcripſiſſem: *Juliani Ex-Praefecti*. Cf. *Hagenbuch*. in Epiſt. Epigr. p. 286. ſqq. et *Gothofr*. ad Cod. Theodor. T. V. p. 304. quem excitavit *Wyttenb*. ap. *H. de Boſch* Not. p. 490.

P. 372. *Julian*. V. 3. ἐς τρίχας ἥξοι. Hoc *Br*. ſatis pro arbitrio mutavit in ἔλθοι. Aliud quid latet, praeſertim quum repetitio verbi omnino ſit ſupervacanea. Scribendum ſuſpicor:

τὸ δ' ἔμπαλιν, ἐς τρίχας, ὦ Ζεῦ,
γήραος, ἐς ῥυτίδας σκληρὸν ἵκοιτο ῥέθος.

quod animandae orationi haud parum profuerit. — *Ejusd*. III. 3. probavit emendationem noſtram *Her-*

mann. ad *Orph.* p. 770. — *lin.* 7. *ab ult.* dele verba τῆς δέ. *Vulgo.*

P. 373. *lin.* 11. Scr. *Juliani Epigramma, cujus diſtichon cl. editor excitat, integrum edidit* etc. Perperam *Macedonii* eſſe dixi.

P. 375. *Juliani* X. 1. *Martorelli* de theca calamaria I. p. 218. ἐπιθύνοντα corrigendum cenſet. Fruſtra. *Agath.* Ep. XXXVIII. ἐπεὶ βροτὸς εἰκόνα λεύσσων Θυμὸν ἀπιθύνει κρείσσονι φαντασίῃ. V. 2. idem ἄγων in ὁμοῦ mutandum cenſet. V. 3. συνδρόμου ἴθυν ὀχῆα Idem, *regulam* interpretatus, *quae plumbum cohibet, ne a recta discedat.* Inepte ſane. — V. 5. Idem p. 223. in Vat. C. στυστήρια legi ait, unde ipſe στυπτήρια facit, quia *vox humana characteribus quaſi firmetur et adſtringatur.* Nihil vidi ineptius. — *Ejusd.* XI. 1. κύκλοισι. *Martorelli* l. c. p. 224. ἄκροισι corrigit: *plumbum ſignans ſurculos pro extremitatibus calamorum, ut recte procedant.*

P. 377. *Juliani* XV. 2. ἡ φύσις ἄπνους. aut vera eſt vacca et naturae opus; tum natura ſuo operi vitam et ſpiritum detraxiſſe putanda eſt; aut artis; tum ars viva et ſpirantia finxit opera.

P. 379. *Juliani* XXIV. 5. μετὰ σεῖο φαρέτρην. Elegantem hunc uſum praepoſitionis illuſtravit *Boiſſonade* ad *Philoſtr.* Her. p. 429. Sic *Achill. Tat.* L. VI. p. 276. εἰμὶ (ſic lege pro εἰ) παρθένος καὶ μετὰ Σωσθένην. et mox: Λευκίππη παρθένος καὶ μετὰ βουκόλους, παρθένος καὶ μετὰ Χαιρέαν, παρθένος καὶ μετὰ Σωσθένην· ἀλλὰ μέτρια ταῦτα· τὸ δὲ μεῖζον ἐγκώμιον, καὶ μετὰ Θέρσανδρον παρθένος (τὸν inſere) καὶ τῶν λῃστῶν ἀσελγέστερον· ἂν ὑβρίσαι μὴ δυνηθῇ καὶ φονεύει. In poſtremo colo fortaſſe ſupplendum: ὃς ἂν ὑβρίσαι μὴ δυνηθῇ. *Macedon.* Ep. XL. de Pandora: ἡ δὲ γυνὴ μετὰ πῶμα κατωχρήσασα παρειάς. *Agath.* Ep. LVI. καὶ σὺ μεθ' ἑσπερίην ὑψαύχενα, καὶ μετὰ Μήδων ἔθνεα . . . ἐδου-

λώϑης. Ep. ἀδ. CCCLXXIII. κεινῷ δὲ μετ᾽ ἄγρια κύματα ναῦται Χεῖρας ἀεργάζουσιν. Liban. T. IV. p. 119. ἐπανήρχου δὲ μετὰ Τροίαν· πάντως καὶ ϑυσίαν ἀνάγεσϑαι μέλλων ἐποίεις, καὶ τοὺς ϑεοὺς ἐκάλεις δοῦναί τε σοι χρονίως μετὰ Τροίαν τὰς Μυκήνας ἰδεῖν, καὶ τὸν οἶκον εὐτυχῆ. Sic etiam Latini. *Tacit.* Hiſt. L. III. 49. *Antonius nequaquam pari innocentia poſt Cremonam agebat.* Cf. *Cortium* ad *Plinium.* L. VII. 18. 1.

P. 384. *Julian. XXXVII.* 4. ἐτμήγην. Hanc formam tuetur *Callimach.* ap. *Suid.* in κύφελλα. ἐτμήγη δὲ κύφελλα. *Apollon. Rhod.* L. IV. 1052. ὅτε μοῦνοι ἀποτμηγέντες ἴασι. — *Ejusd.* XXXVIII. Rhomphaeas argenteas, quas quatuor e proceribus, Imperatoris latus tegentibus geſtare ſolebant, hoc diſticho ſignificari exiſtimat *du Cange* in Addend. ad Not. in Commen. Alex. p 599. Cf. *Eundem* p. 227. ſq. — *Ejusd.* XXXIX. 3. ἐν βίοιο Vat. C. βιότοιο Plan. — V. 5. Hoc ſolum ex his verbis effici poſſe videtur, ut Tatianus magiſtratum aliquando geſſerit. — P. 385. *Ejusd.* XLII. 1. οὔτε Cod. Vat. genuinum. — V. 4. In Vat. C. haud aliter legitur quam in Plan. Revocanda lectio cujus mutandae nulla eſt urgens neceſſitas.

P. 387. *Julian. XLVII.* 2. ἔκτουνεν Vat. C. loco pr. — *Ejusd.* XLIX. 1. Ocyus revoca lectionem membran. quam *Br.* temere immutavit: οὔτι σε πόντος ὤλεσσε καὶ οὐ πνείοντες ἀῆται. Sic plane locutus eſt *Julian.* Ep. XLII. οὔτι φύσις ϑήλεια καὶ οὐ πολιοῖο κκρήνου ἀδρανίη.

P. 391. *Julian. LVIII.* 3. τερπωλῆς δ᾽ ἀπέπ. Vat. C.

P. 395. *Julian. LXV.* 1. εἴτε καί. Vat. C. — V. 4. ὑμετέρης pro σῆς. hunc uſum exemplis illuſtravi ad Ep. ἀδ. CCCXLVIII. T. III. P. II. p. 71. — *P.* 397. *Ejusd.* LXXI. 1. πολυφλοίσβοισι codicis Vat. non eſt cur repudietur. *Fluctibus* hoc epitheton non mi-

nus congruit quam *mari* univerſo. — V. 5. δεῖγμα. De utriusque vocabuli permutatione cf. *Wyttenb.* Epiſt. cr. p. 275. *Schaefer* ad *Dion. Hal.* p. 189.

P. 401. *Marian. III.* 7. lin. 11. poſt ἔρεψεν adde: *et Plan.* ἐρέψας. *Br.* — *Ejusd. IV.* 3. ἀμβροσίοιο χροὸς. de *unguento roſaceo* plurimis verbis interpretatur *Martorelli* de theca calam. p. 11.

P. 405. *lin.* 9. *ab ult.* poſt παραὶ adde *Vat. C.*

P. 409. *lin.* 11. poſt *Cod.* adde *et Plan.* — *Hymn. in Bacch.* V. 16. pro ὀρέσκιον mallet ὀρέσκοον *Lobeck* ad *Sophocl. Ajac.* p. 244.

P. 412. *lin.* 24. poſt νηφαλέον τε inſere *Plan.* νηφαλιῆα *Vat.*

P. 414. *lin.* 2. Scr. *verbo.* pro *verbum.*

ADDENDA
ET
EMENDANDA
AD TOMUM UNDECIMUM
SIVE COMMENTARII TOMUM TERTIUM EJUSQUE PARTEM PRIMAM.

P. 9. *Orpheus V.* 62. προγένοιτο, quod ex Medic. Cod. reſtituendum dixi, exemplis firmavit *Schaefer* Meletem. p. 19.

P. 11. *Secundi Ep. III.* 2. τοσσάκις Vat. C. — *lin.* 21. corr. *quum quis* pro *ſi quis.* — *P.* 13. *lin.* 9. dele verba *Scr.* δακετῶν. Conſtructionem ἔχις . . ἡ φονίη δακέτων illuſtravit poſt *Porſon.* Suppl. ad Praef. in Eurip. Hec. p. LIV. *Schaefer* ad *L. Bos.* p. 189.

P. 13. *Tiber. Illuſtr. II.* 3. Scr. εἶτά με.

P. 16. *Irenae.* V. 6. μιγνύμενοι. Ap. Lipſ. μιγνύμενα Vat. C.

P. 20. *Joannis Barbuc. Ep. IV.* 1. *Plutarch.* Vit. Pelop. T. II. p. 217. ed. *Br.* ἐκείνη ἡ μάχη πρώτη καὶ τοὺς ἄλλους ἐδίδαξεν Ἕλληνας, ὡς οὐχ ὁ Εὐρώτας, οὐδ' ὁ μεταξὺ Βαβύκας καὶ Κνακίωνος, τόπος ἄνδρας ἐκφέρει μαχητὰς καὶ πολεμικούς.

P. 21. *Joannis Ep. VIII.* 1. Similiter *Liban.* T. IV. p. 778. ἡ δ' ἐγὼ ἡ τλήμων ὀλοφύρω οὕνεκα κόρης, Τῇ ἐπὶ πόλλ' ἔπαθον, ποθέουσά τε μαρναμένη τε. ubi ſcribendum:

ἦδ' ἐγὼ ἡ τλήμων ὀλοφύρομαι οὕνεκα κούρης.

P. 23. *Ejusd. Ep. XI.* 1. ἐσχατίης. attigit *Schaefer* ad *L. Bos.* p. 273.

P. 34. *In Aurigar. Stat. XVIII.* 1. ἴουλον ἀνθῶν. *Euſtath.* de Iſmen. p. 136 ed. Lipſ. ὁ μετ' αὐτὸν νεανίσκος νῦν πρώτως ἤνθει τὸν ἴουλον. quem locum laudat, tranſitivum verbi ἀνθεῖν uſum illuſtrans, *Schaefer.* in Append. ad *Ariſt.* Plut. p. 530.

P. 41. *Aurig. Stat. XVII.* 6. στεψάμενοι. *qui ipſi in ſtadio vicerant* ſeniores puerum Conſtantinum agonothetam ſibi ſumſerunt. Male haec olim interpretatus ſum. Cf. *Schaefer.* Meletem. p. 8. — *P.* 42. *lin.* 6. *ab ult.* De poëtarum licentia in nominibus propriis vide ſupra in his Addend. ad T. II. P. III, p. 300. *Cyri* Ep. V.

P. 46. *Agathiae Ep. III.* 1. ᾖ ſcribendum eſſe monet Schaefer Meletem. p. 98. Dubites tamen, an ſeriores in hac ſtructura optativum omnino repudiaverint. *Oppian.* Cyn. I. 67. τίς τάδε τολμήσειεν ἀείδειν ἰσοτάλαντα; Ἢ βασιλῆι λέοντι τίς αἰετὸν ἀντιβάλοιτο; ubi ſtatim ſequitur: ἰῷ πορδαλίων δὲ τίς ἂν μυραίναν ἐΐσκοι; *Philipp. Ep.* XLV. τίς γὰρ ἕλοιτο Κισσὸν ἐπὶ κροτάφοις, μὴ κεράσας Βρόμιον; — P. 47. — V. 7. ἔκτοθεν ἐρώτων. non in amoribus ponendum eſt adulterium, quibus frui liceat, ſed in criminum numero habendum.

P. 48. *Agathias IV.* 7. Scr. ἔστιν cum Vat. C. — *P.* 49. *Ejusd. V.* 1. μνήστειρα, *puella deſponſata.* Augenda hac voce Lexica. — *P.* 50. *Ejusd. VII.* 4. οὔτε ζωροτέρῳ. Male omnino *Br.* ἐπὶ interpoſuit, quo nec ſenſus indiget, et metrum corrumpitur. Cf. *Schaefer* ad *Dion. Hal.* p. 289. — *P.* 54. *lin.* 7. corrige ἐπεὶ pro ἐπῆ. — V. 15. προσώπῳ. Vat. C. quod *Br.* in μετώπῳ mutavit, neſcio quare. — V. 24. Scr. σοὶ πλέξω.

P. 57. *Agath. Ep. X.* 6. κἂν ἐδίκαζε. de κἂν cum indicativo vide *Schaefer.* in Epim. ad *Baſtii* Epiſt. cr. p. 26. et iterum in Append. ad *Ariſtophan.* Plut. p. XXXVIII. — V. 8. ἔχοι ex Vat. C. revocandum, licet vulgari Grammaticorum praecepto adverſari videatur. *Agath.* Ep. LXXXVIII. 9. εὔχεο κείνῳ, Ὄφρά μοι ἥβησας δάκρυ φίλον σταλάοι. ſic Vat. C. non σταλάῃ. *Macedon.* XXX. πιστότατος μερόπων τις ἔοι πυλαωρὸς ἐμεῖο . . . Μή τινα Νηιάδων . . . ἴδοι. ubi *Br.* iterum ἴδῃ. membr. reclamantibus. *ad.* Her. XXIII. μὴ κίνει Καμάριναν . . . μὴ ποτε κινήσας τὴν μείονα μείζονα θείης. *Achill. Tat.* L. VI. 7. p. 254. ὑπεκστήσομαι καὶ μάλα ἄκων, ὡς μὴ ὀχληρὸς εἴην. Ib. 9. p. 256. ἀλλ᾽ οὐκ ἄπει πρὸς τὸν ἐρώμενον, ἵνα αὐτὸν ἴδοις στεῤῥωτέροις δεσμοῖς δεδεμένον. Ib. 12. p. 262. βούλομαι δέ σοι καὶ τὸν Θέρσανδρον, ὅς τις ἐστὶν εἰπεῖν, ὡς ἂν μᾶλλον ἡσθείης. Et talia ſexcenta reperiuntur, quorum ut nonnulla facilem emendationem admittunt, ita plurima eandem reſpuunt. — *P.* 58. *lin.* 12. tolle lectionem ex depravato loco natam, et ſcr. μυδαλόεντα pro μυδαλέοντα, ut etiam in *Stratonis* loco, qui proxime ſequitur, corrigendum eſt. Sed omnino ſcribendum, emendatione longe faciliore,

ὄμματα δὲ σταλάοντα φυλάσσεται·

Sic Ep. LXXXVIII. δάκρυ σταλάοι. — V. 10. ἀμφιβάλοι Vat. C. non minus recte eſt poſitum, quam ap. *Theogn.* 83. τοὺς δ᾽ οὐχ εὑρήσεις διζήμενος . . οὓς ναῦς μὴ μία πάντας ἄγοι.

P. 61. *lin.* 24. non opus eſt ἢ inſeratur. — *P.* 62. *Agath. Ep. XVII.* 5. Revocandum καὶ πείθομαι. Importunum hoc loco ναί. — *P.* 63. *lin.* 22. Scr. ἐψεύσαο. — *P.* 64. *Agathiae Ep. XIX.* 5. εὑρήσεις τὰ ὅμοια. Scribendum procul dubio:

εὑρήσεις τάχ᾽ ὅμοια.

quo et hiatus tollitur, et ſenſus haud parum erigitur. In eodem contextu *Rufin.* Ep. XXXI. ἤδη καὶ λευκαί σοι ἐπισκιρτῶσιν ἔθειραι. Καὶ τάχα μοι δώσεις ὡς Ἑκάβη Πριάμῳ. — *P.* 64. *Agath.* Ep. XXI. 3. reſtitue lectionem Vat. C. ξείνην τινὰ πουχθόνα. Minime enim opus eſt, quod *Br.* cenſebat, ἔφην, interponatur. Verbum dicendi latet in πείραζον, ad quod λέγων ſubaudiri debet. *Euripid.* Phoen. V. 1471. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις, Οἱ μὲν, πατάξαι πρόσθε Πολυνείκην δορί, Οἱ δ' ὡς θανόντων οὐδαμοῦ νίκη πέλοι.

P. 68. *lin.* 10. *ut de jure reſponderet* vertit *Grotius.* In lemmate poſt νόμων adde ex Cod. Vat. ὑπομνηστικὸν πεμφθέν. — *P.* 69. *lin.* 15. de *Eubuli* fr. vide nunc *Schweigh.* ad *Athen.* T. VIII. p. 106. ſq. — *P.* 74. *Agath.* XXXII. 3. εὕρετο cur immutaverit *Br.* non apparet. Certe haec forma non minus obvia, quam εὕρατο. — *P.* 75. *Ejusd* XXXIII. 3. lectione Vat. C. κόψας fere adducor, ut *Agathiam* ſcripſiſſe exiſtimem:

ἣν μόλις εὗρε μελαίναν ἀπὸ κροτάφων τρίχα κόψας
θήκατο σοί, προτέρης λείψανον ἡλικίης.

quae ſtructura elegantia non caret, quum in vulgata oratio minus bene vincta ſit. Facile tamen neceſſariam non eſſe emendationem concedo. — *Ejusd.* Ep. XXXIV. 1. Quamquam in proſodia nominis Ἀγαθίας veteres ſibi parum conſtant, nullum tamen locum reperiri exiſtimo, ubi duae priores ſyllabae producantur. Fortaſſe ſcribendum

Ἀγαθηΐα, ἐννεὰς . . .

quod nonniſi una litera a ſcriptura Codicis recedit. Ut a Πυθαγόρας deſcendit Πυθαγόρειος et Πυθαγορήιος, ſic ab Ἀγαθίας, Ἀγάθειος et Ἀγαθήϊος.

P. 79. *Agath. Ep. XLI.* 6. τήκεται εἰ κρ. *Hermann.* ad *Orpheum* p. 785. corrigit probabiliter, τήκε-

τό οἱ κραδίη. — *P.* 83. *Ejusd. XLVIII.* ad *Philoſtrati* Heroica, quae ad hoc Epigr. comparavimus, *Boiſſonade* p. 462. excitavit *Ariſtidem* Serm. Sacr. II. 2. p. 292. quem illas thermas reſpicere ſuſpicatur. — V. 1. μολοῦντες. Vide de hac forma in his Addend. ad *Chriſtod.* Ecphraſ. v. 128. T. II. P. III. p. 310. — *P.* 87. *Ejusd. Ep. LV.* 9. τλήμονες οἱ πλουτοῦντες ποικινοῖσι συνόντες Εἰς πλέον . . . Sic Vat. C. Quae olim hic reponenda exiſtimavi — nam Brunkiana lectio nullius eſt pretii — longius ſunt arceſſita. Rectius ſcripſeris

τλήμονες οἱ πλουτοῦντες, ἐπεὶ πυκινοῖσι συνόντες
εἰς πλέον ἀρτεμίης εὔαδεν εἰλαπίνη.

Vides quam facile ἐπεὶ excidere potuerit. Eſt autem in his verbis anacoluthon non infrequens in talibus, pro ἐπεὶ αὐτοῖς συνοῦσι πυκινοῖς εὔαδεν εἰλ. quod mutavit auctor, ne dativis coacervatis ſenſus obſcuraretur.

P. 88. *Agath. Ep. LVI.* 1. Hunc pontem commemorat *Paul. Sil.* in Deſcript. S. Sophiae v. 513. τὸν πρὶν ἀνικήτοισιν ἀγηνορέοντα ῥεέθροις Μύγδονα Σαγγάριόν τις ἰδὼν Βιθυνίτιδι γαίῃ, Νῶτα λιθοτμήτοιο διαζωσθέντα γεφύρας, Κρήγυον ἡμετέρων ἐπέων οὐ ῥυθμὸν ἐλέγξει. — V. 1. μεθ' Ἑσπερίην. Conf. haec Addenda ad T. II. P. III. p. 379. *Julian Aeg.* XXIV. 5. — V. 4. αὐτὸς ἐδουλώθης. Quum membr. οὕτως offerant, legendum eſſe apparet

οὕτω ἐδουλώθης.

— *P.* 89. *lin.* 22. In fragmento *Eubuli* propius acceſſeris ad vulgatam ſcripturam, ſi ſic correxeris:

τὴν δ' εὐπρόσωπον . . . . λοπάδα τοῦδε τοῦ
θαλαττίου γλαύκου φέρουσαν εὐγενὲς
μέρος, λάβρακά θ' ἑφθὸν ἔν γ' ἅλμῃ μίᾳ.

P. 90. *Agathiae Ep. LVIII.* 5. καὶ κεῖθι. Hoc revocandum eſſe exempla declarant. *Heſych.* κεῖθι.

ἐκεῖσε· εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον. quod fruſtra in ſuſpicionem vocatur. *Aeſch.* VII. c. Theb. 795. ἐκεῖθι κ' ἦλθον. *Oppian.* Hal. IV. 274. κεῖθι δὲ πουλύποδος νόος ἕλκεται. *Achill. Tat.* L. II. 14. p. 65. κεῖθι θυηπολίην σε φέρειν κέλομ' Ἡρακλῆι· καὶ κεῖθι junctim habet *Paul. Sil.* Ep. XXXVII. — *Ejusd.* Ep. LIX. 1. εἶδον ἐγὼ τὸν πτῶκα. Sic articulo uſus eſt *Loll. Baſſ.* 1. οὐ μέλλω ῥεύσειν χρυσός ποτε· βοῦς δὲ γένοιτο ἄλλος, χὠ μελίθρους κύκνος ἐπηόνιος. Sic ibi Vat. C. Cf. *Heindorf.* ad *Platon.* Charm. p. 62. quamquam ibi paulo diverſa eſt ratio.

P. 92. *Agath. Ep. LXI.* 1. καὶ ἡ πάγχρυσος ἐφεστρίς. Reſpici videtur donum Minervae ab Hecuba ceterisque Trojanis mulieribus oblatum Ιλ. ζ. 293. — *P.* 94. *Ejusd.* Ep. LXV. 3. ᾤχετο. Vat. C. ᾤχεο. Plan. — V. 5. Scr. πολλά σοί, κλ. τ. — *Ejusd.* Ep. LXVI. 7. εἰδ' ἀπιθήσεις. Vat. C. ἀπιθήσῃς. Non uno in loco particulam εἰ ſequitur conjunctivus aoriſti primi, ſequente plerumque futuro, aut praeſente, loco futuri, aut imperativo, ſimilibusve. *Oppian.* Cyn. I. 522. εἰ δὲ τυχήσῃ . . . , ὦκα φέροι μογέων τε βαρυνόμενός τε πελάζοι. In Muſas Anal. T. II. p. 520. εἴ ποτε τερψινόοιο, φίλος, φόρμιγγος ἀκούσῃς (ſic Vat. C.) τὴν Ἐρατὼ θαύμαζε. ἀδ. CCCLXIX. εἰ τραφερῆς πάσης ἀλιτέρμονα κύκλον ὁδεύσῃς (ſic membr.) Οὔ ποτέ μοι τινὰ χῶρον ἀρείονα τοῦδε νοήσεις. *Antipater* ap. *Huſchke* An. cr. p. 236. εἰ δὲ περιδρύψῃς με παρ' ἀτραπιτόν περ ἐοῦσαν Δακρύσεις. *Philippi* Ep. L. χαλινοὺς εἴτις . . ἐναρμόσῃ γένυσσι κἀπικεντρίσῃ Ὁ σὸς πόνος, Λύσιππε, ... Τάχ' ἐκδραμεῖται. Sic et hoc loco membranae. *Philodem.* in Ep. quod edidi T. II. P. I. p. 248. εἰ δ' ἀπολείψῃς οὔθατα . . . . ἀλλ' ἑτάρους ὄψει πανα̣ληθέας. *Agath.* Ep. LXIX. εἰ πυρετῷ λήξῃ πνεῦμα δασυνόμενον Οὐκέτι τεθνήξει. Id. LXXI. εἴπερ ἐπομβρηθῇ τὸ ἀρούριον . . μηδὲ πάγος ῥήξῃ τὴν αὔλακα, μηδὲ χαλάζῃ Ἄκρον ἀποδρυφθῇ δράγματος ὀρνυμένου, μηδὲ νεβροὶ κείρωσι τὰ λήϊα, μη-

δὲ τιν᾽ ἄλλην Ἥρος ἢ γαίης ὄψεται ἀμπλακίην . . . ἀποκόψεις τοὺς στάχυας. Hic locus inprimis memorabilis, quippe in quo futurum indicativi cum conjunctivis ita jungitur, ut de vitio ſcripturae ne cogitari quidem poſſit. Quare videndum, an reliqua loca recte revocentur ad vulgarem normam, quam in plurimis *Br.* ſecutus eſt.

P. 95. *lin.* 13. Scr. γυρὸν. — *Ibid. lin. peultim.* Scr. δονήσας.

P. 96. *lin.* 19. Scr. λευκανίην pro λευκανίῃ.

P. 97. *Agathiae Ep. LXX.* 2. cauſa non eſt cur repudietur lectio membr. σκινδαλαμοφράστην, quum aeque bene dicatur σκινδαλμὸς et σκινδάλαμος. Vide *L. Bos.* Obſſ. crit. p. 186. — V. 11. non auſim εἶτα proſcribere, quod etiam V. C. tuetur. — V. 8. ἔργον Ἀριστοτέλους. *opus, ſcriptum* illuſtravit *Schaefer ad Dion. Hal.* de Comp. Verb. p. 404. ſq. — *P.* 99. *Agath.* Ep. LXXI. 11. μηδὲ κεμάδες. Scribere poſſis μὴ κεμάδες . . ut paſſim μὴ poſt μηδὲ et μήτε injicitur. Hoc loco tamen durius fuerit.

P. 104. *Agath. LXXII.* 27. ἐπεὶ κοίρανος αὐτὸς. Vat. Cod. καὶ κοίρανος αὐτὸς. Plan. Minime opus erat αὐτὸς mutari in ἀνδρῶν. Saepiſſime κοίρανος *Imperatorem romanum* ſignificat. Vide *Villoiſon* in Magar. Enc. an. VII. T. II. p. 450. — *P.* 104. *lin.* 7. *ab ult.* Scr. ὁριζομένας.

P. 106. *lin.* 11. Scr. φυλαξόμενος. Sic enim eſt in Cod. Vat. non φυλαξάμενος. et ſic iterum lin. 18. φυλαξόμενος. Futurum medii ſaepiſſime ſuccedit in locum paſſivi, aoriſtus primus aut rariſſime, aut nunquam. Cf. *Pierſon ad Moer.* p. 13. et 367. *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* I. p. 91. et alii. Caeterum ipſa Vat. C. lectio, nulla mutatione facta, reſtitui poſſe videtur:

οὐ γὰρ ἔγωγε
βήσομαι ὑμετέρῃ γαστρὶ φυλαξόμενος·

non ibo ut victima tuo ſervata abdomini. — V. 9. Scr. εἰς σὲ περ. Sed hoc quoque loco verum ſervaſſe videri poteſt Cod. Vat. et Planudea: εἰ σὲ περήσω, quod dictum, ut περᾶν κίνδυνον, *ſi te evaſero.* Quo admiſſo tautologia evitatur, qua *Br.* lectio laborat. Nam verba εἰς σὲ περήσας nihil aliud dicunt, quam quod V. 7. erat· εἴδέ ποτ᾽ εἰς τεὸν οἶκον ἐλεύσομαι. Verum igitur ſenſum expreſſit ſummus *Grotius*, cujus verſio mihi, quum Animadverſiones ſcriberem, non ſatis accurata videbatur. Nihil tamen, quod mireris, monuit *H. de Boſch*, praeſtantiſſimus Grotiani ingenii praeco et vindex.

P. 107. *Agath. LXXVI.* 1. ζυγὸν. Vat. C. Hoc reſtituendum. Cf. *Valken.* ad *Ammon.* p. 65. — *P.* 109 *LXXVIII.* 5. ἐξότου. Vulgo.

P. 111. *Agathiae LXXX.* 4. num ſcribendum: οἰκτείρω σέγ᾽, ἔφην. — *Agath.* LXXXI. 3. μοῦνον. Vat. C. quod reſtituendum.

P. 112. *Agathiae Ep. LXXXII.* 2. φέγγεα. *patriae lumina* i. e. illuſtres in patria fuerunt. Minus recte haec olim accepi. — V. 6. ἔκτανε τήνας τῇδε βιησόμενος. Nihil membran. lectione verius, modo una voce, quae excidit, revocata, legas:

ἔκτανεν, ὡς τήνας τῇδε βιησόμενος.

maritos earum interfecit, ſperans fore ut ſic earum pudicitiam expugnaret. τῇδε. οὕτως. *Euripid.* Or. 781. φεύγω τὸ δειλὸν τῇδε. — V. 12. ἐν δ᾽ αὐτῷ corr. *Jenſ.*

P. 113. *Agath. LXXXIII.* 6. τὸν θιάσου. Vat. C. — *Ejuſd.* LXXXIV. 4. Cauſa non eſt, cur a lectione membr. recedatur. κτείνω praeſens pro futuro. Conf. Addenda ad *Paul. Sil.* Ep. XXII. ἀντιβίην, in quo nec *Planudes* offendit, bene habet. Vide Addend. ad *Chriſtodori* Ecphr. v. 308. — *P.* 114. *lin.* 3. tolle *et Suida.* Nam ap. *Suidam* ἥρπασε legitur.

P. 115. *Agath. Ep. LXXXVI.* 1. Scr. cum Cod. V. οὔτ᾽ ἔμ᾽ ἄκοιτις. — *lin. ultim.* poſt *vulgo* adde *et Cod. Vat.* Cf. *Addenda ad Agathiae* Ep. X. 8. — *P.* 116. *lin.* 13. corr. *ſcribas* pro *ſcribi.*

P. 117. *Agath Ep. XCIV.* 4. ἤγετ᾽ οὐδ᾽. Vat. C.

P. 118. *lin. penult.* dele verba *qui etiam* φίλου *praebuit.* Nam in Vat. C. τεοῦ legitur, ut in Planud. Hoc revocandum. — *P.* 119. *lin.* 8. corr. γραμματόκον. Vertit hoc *Damocharidis* Ep. *Montfaucon* in Palaeogr. p. 24. cujus errores quosdam exagitavit *Martorell.* de Theca Calam. p. 193. ſq. qui V. 1. corrigere conatur γραμματικῷ. nam plumbum literas non *parere*, ſed lineas tantum ducere. Tum v. 4. εὐγραφίας. Et ſic certe *Paul. Sil.* LI. εὐγραφέος τέχνης ὄργανα. Id. LII. εὐγραφέων καλάμων. Nulla tamen neceſſitas idem epitheton *Damocharidi* quoque obtrudendi. V. 5. τρηχαλεόν τε λ. idem, ſine cauſa idonea. — V. 6. καὶ γραφικοῦ καλάμου. Idem. — *Damochar.* Ep. III. 2. τὸν χρ. Vat. C.

P. 121. *Paul. Sil.* 1. 2. περιδηρίτην, verum videtur. Cf. *Addenda* ad *Chriſtodori* Ecphr. v. 308. — *P.* 122. *Ejusd.* II. 7. ἄλλῃ. *alio modo.* Vide ad *L. Bos.* p. 333. ſq. — *Ejusd.* III. 5. τίς κεν ὑποτλαίη. corrigendum cenſet *Schaefer.* Meletem. p. 98. Cf. quae notavimus ad *Agathiae* Ep. III.

P. 124. *Paul. Sil. Ep. V.* 3. Peſſima lectio *Salmaſii* ἐν κλινοκώμῳ. ſi ejusmodi vocabulum in graeco ſermone extaret, primam ſyllabam produceret. Nec intelligitur qua ratione ſit compoſitum. Sed nihili eſt vocabulum. Ex ſcriptura membr. ἐγκλινοδώμῳ Ἡμετέρῳ . . . ſcribe emendatione longe certiſſima:

ἐπέστευεν ἐγκλιδὸν ὤμῳ
ἡμετέρῳ κεφαλὴν δηρὸν ἐρειδομένην.

quod imaginem efficit ſuaviſſimam. ἐγκλιδὸν eſt ap. *Apollon. Rh.* L. I. 790.

P. 125. *Pauli Sil. Ep. VI.* 5. 6. Scribe cum membranis, una litera immutata:

τἆλλα δὲ σιγῇ
κρυπτέον·

Eurip. Oreſt. 759. οἰστέον, τάδε. *Joann. Cinnam.* L. I. 1. p. 2. A. οὐκοῦν οὐδὲ διὰ τοῦτο παντάπασιν ἔργα σιγητέον, ἃ τῷ ἡμετέρῳ δήπου συνέπεσεν αἰῶνι. In eodem Epigrammate V. 2. pro ἐμπελάσει legendum videtur ἐμπελάσαι. ut *Ruhnkenium* emendaſſe video ex *Schneideri* Peric. cr. p. 26. Ιλ. V. 119. ἀλλ᾽ ἄγεθ᾽ ἡμεῖς πέρ μιν ἀποτρωπῶμεν ὀπίσσω Αὐτόθεν, ἤ τις ἔπειτα καὶ ἡμείων Ἀχιλῆϊ Παρστωίη, δοίη δὲ κράτος μέγα.

P. 130. *Pauli Sil. Ep. IX.* 3. ἀμαρύγματα παρειῆς. Vat. C. — V. 3. Verum videtur quod idem exhibet, ὄλβου παντὸς ὑπερπέπαται . . *omnem felicitatem ſuperatis* . . . quod majore cum vi dicitur, quam *omnes felicitate ſuperat.* — *Ejusd.* Ep. X. 1. ὡμογέροντα e membr. revocandum. Fruſtra enim ſeriores hos verſificatores ad meliorum poëtarum normam caſtigare ſusceperis. — V. 10. ἀναθηλήσει κρατὶ μελ. Subaudi σύν. quam ellipſin illuſtrat *Dorvill.* ad *Char.* p. 698. *Schaefer.* ad *L. Bos* p. 746. ſ. In μελαινομένων, ut multis aliis in locis, ι ſubſcriptum, quod in Vat. C. ſemper apponitur literis, in ν tranſiit. *Schaefer* Meletem. p. 109.

P. 133. *Paul. Sil. XIII.* 1. Θεανὼ et Θεανῶ. Utrumque inveniri, ut αἰδὼ et αἰδῶ, monuit *Schaefer* ad *Dion. Hal.* p. 43.

P. 135. *Pauli Sil. Ep. XV.* 3. ἀνῆψαι. Vat. C. — *P.* 138. *Ejusd.* XVIII. 3. μετὰ σάρκα. *carne conſumta.* Cf. notata in *Addendis* ad T. II. P. III. p. 379. *Julian.* XXIV. 5. — V. 5. ὅτε θύματα π. λαφύξῃ. Vulgo λαφύξει. De conjunctivo cum ὅτε, ſubtiliter nuper disputavit *Fr. Thierſch* in Actis Philol. Monac. Faſc. I. p. 13. ſqq.

P. 141. *Paul. Sil.* XXII. 2. φαιδρύνεις. Vat. C. quod ob futurum praecedens et ſubſequens mutari non debuit. Illam enim diverſorum temporum conjunctionem veteres non evitaſſe, plurima exempla evincunt. Conf. *Matthiae* ad Hymn. Homer. p. 144. *Porſon* ad Hecub. v. 21. *Herm.* ad *Viger.* p. 734. nr. 161. Haud ſemel autem peccavit *Brunkius*, qui in Analectis hanc temporum diverſitatem pro libidine ſuſtulit. Sic *Anyte* Ep. XII. οὐκέτι . . αὐχέν' ἀναῤῥίψω . . οὐδὲ . . ποιφύσσω. Sic membr. et *Suidas* *Br.* ποιφύξω ſcripſit. *Rhian.* Ep. IV. 7. οὐκέτι γυῖα Κινήσεις, ἀλύτῳ δ' ὡς ἀδάμαντι μένεις. *Br.* μενεῖς. *Strato* Ep. L. παῖς τις ἀναθλίβει . . ἢ τρυφεροῖς σφήξει περὶ χείλεσι. *Br.* ἀναθλίψει.

P. 142. *Paul. Sil. Ep.* XXIII. 8. ἔνθ' ἐρύσῃ. Conf. *Porſon.* ad *Eurip.* Oreſt. v. 141. — *Ej.* XXIV. 1. κούρῃ. V. C. — V. 2. ἠριπόλις. Vat. C. v. 4. τηλοτέρῳ et μά σέ. *Ibid.*

P. 143. *Paul. Sil. Ep.* XXV. 1. ἀμφ' ἐτίναξα et Γαλάτια. Vat. C. — V. 2. ἐπ' εὐξαμένῃ. Ibid. — V. 3. ὁ δὲ. *Ibid.* — *Ejusd.* XXVII. 6. ἐπὶ σπέρχων. Vat. C. Pro εἴς σε ſcr. εἰς σέ.

P. 145. *Paul. Sil. Ep.* XXVIII. 2. ὑπὸ κλάζειν. V. C. V. 5. ἐπ' ὤμοσεν.

P. 146. *Pauli Sil. Ep.* XXX. 8. βαλλόμενος. ferri nequit, non magis ac *Stephani* ἰλλόμενος. Vera lectio latet in βουλόμενος. Si reputaveris, quam ſimiles inter ſe ſint ductus ου et οσ, facile pro vero habebis, quod equidem legendum eſſe puto:

θελγοίμην ἐπὶ σοῖς ὕψεσι β ο σ κ ό μ ε ν ο ς.

Sic Ep. XI. καὶ περὶ δειρὴν Ἄσχετα λυσσώων β ό σ κ ο μ α ι ἀργυφέην. *Achill. Tat.* L. II. 37. p. 102. καὶ τοῖς ὀδοῦσι συμβάλλεται, καὶ περὶ τὸ τοῦ φιλοῦντος στόμα β ό σ κ ε τ α ι.

P. 147. *Pauli Sil.* XXXI. 1. ὑπὸ κλέπτοντες. Vat. C. — V. 4. λῃσιπόνου. Vat. C. — P. 148. *Ejusd.*

XXXIV. 8. Scr. δέ μοι. — P. 149. lin. 7. delenda verba: *notanda forma τὸ βόστρυχον.* Ejusmodi forma ſingularis numeri non extitit, quamvis βόστρυχα paſſim occurrat. Monuit de hac re poſt *Musgravium* ad *Eurip.* Helen. v. 428. nuper *Schaefer.* ad *Dion. Hal.* p. 407. Cf. *Matthiae* Gr. gr. p. 122. f. *Paſſow* ad *Longum* p. LXIX. ſqq.

P. 150. *Pauli Sil. XXXV.* 4. ὑπὸ δμηθείς. Vat. C. — *Ejusd.* XXXVI. 2. Servanda videtur membranarum lectio:

Πτηνὸς Ἔρως, πτηνὸν κεῖσε με ὥστε φέρειν.

aliis Amor inſtructus eſt, ita ut me alatum eo ferre queat. Hiatus fortaſſe non extimescendus, quippe cui ſimiles nonnulli reperiuntur in Anthologia, quos haud facile ſuſtuleris — V. 8. ἀπ' ὠσαμένη. Vat. C.

P. 151. *Pauli Sil. XXXVII.* 2. κάλλεος ἀκρήτου. Comparandus *Achilles Tat.* L. I. 16 p. 17. ἐγὼ δὲ τὴν εὐωχίαν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς φέρων, τῶν τε τῆς κόρης προσώπων γεμισθείς, καὶ ἀκράτῳ θεάματι, καὶ (idque) μέχρι κόρου προελθὼν (fort. προσελθὼν) ἀπῆλθον μεθύων ἔρωτι. — V. 3. διὰ θρέξωμεν. Vat. C.

P. 152. *Pauli Sil. XXXVIII.* 1. πρὸς ἔρεισα. Vat. C. — *Ej.* XXXIX. 1. σώζεό σοι. Vat. C. — παλίνορσον. prolepſin; quae eſt in hoc vocabulo, illuſtravit *Lobeck.* ad *Soph. Ajac.* p. 299.

P. 153. *lin.* 24. lege *nominibus* pro *nominis.* — *Paul. Sil.* XLI. 3. Scr. βόστρυχα σοί. — V. 6. ταῖς δὲ et ἀκρηβαῖς. Vat. C. — V. 8. ἐπ' ἐσπάσατο. Vat. C.

P. 154. *lin.* 5. *ab ult.* dele σοι *omittit Vat. C.* σοῖς ibi legitur. — V. 10. ἀπ' ὠσάμενος. Vat. C.

P. 157. *Pauli Sil. Ep. XLV.* 3. ἐξάλτο Vat. C. V. 3. ἀμφὶ δέαις. Vat. C. — *Ejusd.* XLVII. 2. φοινῷ: Adde Hymn. Homer. v. 361. θυμὸν φοινὸν ἀποπνείουσα. — *P.* 159. *Ejusd.* XLVIII. 2. μνᾶμας φιλοστεφάνου.

Vat. C. — V. 3. ὅ δ'. Vat. V. 5. ἀπ' ἐκόμπασε. Vat. V. 7. ἐπὶ τρύζων. Vat. V. 8. ἀπ' οἰχομένου. Vat. V. 10. νομόν. Vat. V. 11. λητῶιε. Vat. V. 12. ὕπερ. Vat. — *P.* 160. *lin.* 9. corr. *quam* pro *quae*.

P. 162. *Pauli Sil. Ep. LXII.* 2. *Martorelli* de Theca calamaria T. I. p. 211. καὶ σχιστῶν corrigit, quia in aliis hujus argumenti Epigrammatis εὐσχιδέων καλάμων reperitur. — V. 5. Idem p. 163. ἄντροις in ἄντλοις mutandum cenſet; inepte profecto. — V. 7. Idem tentat, χρόνῳ ἔντρεμεν ἤδη Κρύπτε καὶ . . . poſtquam aetate tremebat jam, et cooperiebat oculos rugoſum ſupercilium. Sive ἔκτρομος ἤδη εἷλκε . . . ſive ἔντρομος ἤδη ἦλθε . . . . omnia male et ſine cauſa idonea. — *Ejusd.* LXII. 9. πολύωπα. noſtram hujus vocabuli interpretationem ſatis tuetur analogia ſermonis. De conopeo *Paul. Sil.* Ep. LXVII. ἀνέρα δ' ὑπνώοντα μίτῳ πολύωπι καλύπτω. Apud *Homer.* Od. X. 386. δικτύῳ ἐξέρυσαν πολυώπῳ. *Martorelli* autem de Theca calam. p. 18. non confundenda eſſe contendit πολύωψ et πολυωπὸς; hoc eſſe *multis foraminibus*; illud *multis faciebus*; quo ſenſu id h. l. quoque accipi debere. — V. 10. ῥυόμενος. Idem tentat. et V. 12. διαρμόζων. — καθ' ἁρμόζων. Vat. C.

P. 163. *Paul. Sil. Ep. LII.* 5. *Martorelli* de Thec. calam. p. 162. corr. σαθεροῖο vel σαθροῖο. *vas atramenti concocti et victi.* V. 7. Idem: χυδὴν πινόντα θαλάσσην. *ſpongiam abunde bibentem aquam.* ſive χυτῆς πλήρωμα θαλάσσης. *quae aqua facile impletur.*

P. 164. *Paul. Sil. Ep. LIII.* 2. ἐπ' ἐσπασάμην. Vat. C. — *Ejusd.* LIV. 2. μόλις. *quodammodo, licet aegre*, ut Ep. LIX. ὄμματα μὲν κούρης μ ό λ ι ς ἡ γραφίς, ῥῦτε δὲ χαίτην, Οὔτε σέλας χροιῆς ἄκρον ἀπεπλάσατο. — *Ib. lin.* 4. *ab ult.* *Eubuli* locum ad mentem noſtram conſtituit *Schweigh.* T. IV. p. 577. ſ.

P. 165. *lin. penult.* Eundem locum *Alciphronis* tractans *Baſtius* Lettre à Boiſſon. p. 158. ſq. acute corrigit, κῆπον (aut κήπιον) καὶ κοράλλιον. hoc interpretatus de ſigillo Adonidis ex corallio.

P. 168. *Pauli Sil. LX.* 4. σᾶς παλάμας procul dubio elegantius eſt Brunkiano σαῖς παλάμαις. Repetenda praepoſitio, quod praecipue in comparationibus locum habet. *Plutarch.* T. II. p. 513. C. μάλιστα δὲ περὶ τοῦτο δεῖ τὴν ἀδολεσχίαν συνέχειν, ὥσπερ εἰς ἴχνος ἐμβιβάζοντα τὴν ἐρώτησιν. i. e. εἰς τὴν ἐρώτησιν, ὥσπερ εἰς ἴχνος. Ib. T. II. p. 323. E. ἀλλ᾽ ἵνα μὴ δοκῶμεν, ὥσπερ εἰς τόπον ἀμαυρὸν, τὸν παλαιὸν χρόνον . . φεύγειν καὶ ἀποχωρεῖν. *Dio Chryſoſt.* T. II. p. 102. 20. ἐμβιβάζειν τῇ ψυχῇ ὥσπερ εἰς ὄχημα τὸ μέλος. In *Plutarchi* V. Syllae c. 22. πολλοὶ τὴν τυραννίδα φεύγοντες, ὥσπερ εἰς λιμένα, τοῦ Σύλλα τὸ στρατόπεδον κατεφέροντο . . . Vir doctus Plutarchei ſermonis immemor, tentavit, εἰς τὸ τοῦ Σ στρ. ὥσπερ εἰς λιμένα. Hinc explicandus etiam locus, vulgo minus recte acceptus, in Vita *Aemilii Pauli* c. 3. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἱερεὺς κ. τ. λ. longior enim eſt, quam qui hic exſcribatur. Ibid. c. 13. καὶ περιεῖδεν (αὐτὸν) . . ὡς ἀπὸ νεοττιᾶς, ἀρθέντα τῆς βασιλείας. *Joann. Cinnam.* L. I. 1. ταῦτα ἐκεῖνοι καθάπερ ἐν ἀθανάτοις στήλαις τοῖς βίβλοις ἐντυπωσάμενοι, τῷ ἑξῆς παρέδοσαν βίῳ. Caeterum hanc brachylogiam egregie illuſtravit *Schaefer.* ad *Juliani* Or. p. XIX. et ad *Dion. Halic.* p. 327. ſq. — *Ejuſd.* Ep. LXI. 1. χθονὸς ἕδραν· ἄπλωτα . . . Egregie emendavit *Hermann* ad *Orpheum* p. 730. χθονὸς ἕδρανα.

P. 170. *lin.* 4. *ab ult.* pro *ſine vulneribus* rectius ſcripſiſſem, *non comeſum, morſibus petitum, vexatum.*

P. 174. *Pauli Sil. Ep. LXXII.* 4. ἐρημοφίλους eſſe videtur in Vat. C. ſic ſaltem eſt in Apogr. Goth. Saepiſſime ου et α confunduntur.

P. 175. *Pauli Sil. LXXIV.* Hoc carmen latinis verſibus reddidit *H. de Boſch* in Poëmat. p. 336. ſq. qui etiam de ejus fatis disputavit p. 344. ſq.

P. 190. *Pauli Sil. LXXVII.* 1. revocanda lectio τί δὲ τοῦτο. —

P. 191. *lin.* 21. corrige: *conjungant* pro *conjungere ſoleant.* De Adjectivorum, quem h. l. attigi, uſu nuper erudite disputavit *Lobeck* ad *Soph.* Aj. p. 270. ſqq.

P. 192. *lin.* 3. *ab ult.* Scr. *V.* 6. pro *V.* 5.

P. 193. *lin.* 11. lege ἡ Μακεδο. Sic enim eſt in noſtro Apogr.

P. 203. *Leontii Schol. Ep. XXII.* 1. τότε. Vat. C. Paſſim et τότε, et alia hujus generis adverbia, in quibus temporis eſt ſignificatio, participiis ſubjunguntur.

P. 205. *Arabii Schol. Ep. V.* 2. ἥρπασε, τὸν Ξένιον ... Melius fortaſſe ſcripſeris: ἡρπάσατο, Ξένιον ....

P. 208. *Macedonii Ep. I.* 5. τὸν ἔρωτα ex Cod. revocandum. — *P.* 209. *Ejusd. III.* 3. κραδίηι Vat. C. Scribendum videtur:

κραδίη δὲ βυθῷ πελεμίζεται οἴστρῳ.

i. e. ἐν βυθῷ. — V. 5. Scr. ἀλλά με.

P. 210. *Macedonii Ep. IV.* 3. Scr. πείθετό μοι. — *P.* 212. *Ejusd. V.* 5. 6. In alium ſenſum haec accepit *Grotius*, vertens:

> *Ut videt, horrescit: congreſſus deſiit: inde*
> *Illa habet, unde queat creſcere, luna nihil.*

Ejusd. Ep. VI. 1. Scr. δέ μοι. cum Vat. et Plan.

P. 215. *lin.* 13. corrige *hepatarium.* — *Maced.* Ep. VIII. 1. ἐπὶ θυμεῖς. Vat. C. — P. 216. l. 20. peſſime exhibitus *Philemonis* verſus, qui ſic ſcribendus erat;

ὡς τοῦτ' ἐγένετο, κήδεα τις πέσσων λίθος.

Sed poſtrema haec verba omnino videntur delenda eſſe. Cf. *Heynius* ad Ιλ. ω. T. VIII. p. 728.

P. 217. *Macedonii Ep. XII.* 3. ἀζαλέον. eſt potius *durum*, *inflexibilem*, *retorridnm*, quod monuit *Lobeck ad Sophocl.* Ajac. p. 317. *Homer.* Ιλ. ο. 26. θυμὸς ἀζηχής. *Schol.* δυσμάλακτος καὶ ἄτεγκτος, ἀπὸ τοῦ ἄζην ἔχειν, ὅ ἐστι ξηρασίαν. — V. 7. ἦν .. λυθείης. Excitavit h. l. *Schaefer.* Meletem. p. 87. ἦν cum optativo jungi poſſe docens. At in noſtro quidem loco vereor, ut genuinam lectionem teneamus. — *Ejusd.* Ep. XIII. 2. Scr. σὺ δέ μοι. — V. 5. κεντρομανὲς nunc mallem de hamo *valde acuto*, *tenaciter igitur inhaerente* explicare. Eſt enim in his compoſitis ſignificatio multitudinis, copiae, vehementiae. Conf. *Matthaei* ad *Chryſ.* Or. I. p. 7. *Cuper.* Obſſ. I. 19. p. 134.

P. 219. *Macedonii Ep. XV.* 1. ἐγὼ δέ πάλιν σευ ἐλέγξω. peſſima lectio. In ſcriptura Vat. C. et Plan. ἐγὼ δέ σε πάλιν ἐλέγξω. . . . fortaſſe latet hoc:

ἐγὼ δέ σε πᾶσιν ἐλέγξω . . .

interpolatam tuam faciem ita conſpicuam dabo, ut qualis ſit omnes intelligant. Vitium eſſe in una voce πάλιν rhythmus hexametri, cujus reliqua pars optime incedit, abunde docet. — V. 3. lacunam ſic fortaſſe melius impleveris

τοῦτο καὶ ἡδυλύρης ποτὲ Πίνδαρος εἶδος ἐλέγχον
εἶπεν ἄριστον ὕδωρ . . . . . .

τοῦτο pro διὰ τοῦτο. *Hanc ob cauſam Pindarus aquam, quae faciem explorat, appellavit optimam* . . .

P. 224. *Macedonii Ep. XXI.* 6. μαρνάμεναι ἐθέλω. Ex ſcriptura Vat. Cod. μαρναμένην ἐθέλῃς, legendum eſſe apparet,

μάρναμαι ἣν ἐθέλῃς.

et ſic emendavit *Herm.* ad *Orpheum* p. 771.

P. 226. *Macedonii Ep. XXIV.* 2. ἐπὶ μεμφ. Vat. C. — *Ejusd.* XXV. 2. χεῖρας ἀεργηλὰς legendum propoſuit etiam *Stephan.* ad Epigr. ſelect. p. 303. — V. 5. εἰς ἔτι. Vat. C. bis. — *P.* 227. *Ejusd.* XXVI. 4. λέγεις. Vat. C. et tres Aldd. λέγοις. Aſc. et Steph. — *Ejusd.* XXVII. 1. ἐπὶ εἴδμονα. Vat. C.

P. 230. *lin. ult.* corrige: *amoenitatem.* — *Macedon.* Ep. XXX. 4. ἴδοι membr. revocandum videtur. Cf. Addenda ad *Agathiae* Ep. X. 8. T. III. 3. p. 57. — *P.* 231. *Maced.* XXXI. 1. θεμείλου V. C. (male impreſſum θεμείθλου.) quam formam tuetur *Huſchke* in Anal. cr. p. 294. In ἀδ. CCCCI. ἄῤῥηκτον κρηπῖδα σιδηροδέτοισι θεμείλοις. — *P.* 232. *Ejusd.* XXXII. 4. Narrat *Lydus* de Menſib. p. 96. ἐν ἀκρωρείᾳ τοῦ Τμώλου ſuo adhuc aevo monſtrari γονὰς Διὸς Ὑετίου Δεύσιον dictas. Quo loco noſtra de Jovis in Tmolo incunabulis conjectura abunde confirmatur. — V. 10. Scr. δέμε. ut eſt in Plan. et Vat. C. Ultimum diſtichon ſic vertit *Grotius: Tot me res decorant: nocuit contraria ſaepe Quod fortunatis urbibus arma tuli.*

P. 235. *Macedon. Ep. XXXIV.* 1. 2. *H. de Boſch.* in Not. p. 469. nullas ſe hic aſperas offendere ſalebras dicens, ſimplicem ſenſum hunc eſſe ait: *Avarus ſe manibus tenuiſſe et contrectaſſe theſaurum ſomniaverat, qua re ita erat laetatus, ut, cum Chaerea Terentiano, ſe interfici pateretur, ne hoc gaudium contaminet vita aegritudine aliqua. Poſtquam vero ſomno ſolutus hujus rei vanitatem intellexerat, ſapientior factus et nihil haec amplius curans, more, bonis ſolito, dormitum ivit.* Fateor mihi ne ſic quidem rem ſatis expeditam videri. Mirabilis certe ſubita in avaro animi mutatio, quem, neſcio quomodo, ex ſtulto ſapien-

tem videmus factum. Dicamus ſaltem, eum, quum ſomno diſcuſſo (ἐξ ὕπνου) priſtinam circa ſe paupertatem videret, ſponte iterum obdormiviſſe, ſperantem, fore, ut tale ſomnium ipſi iterum obveniret.

P. 237. *Macedonii Ep. XXXVII.* 1. αὐτὸς ἀκοῦσαι. Rectius fortaſſe ſcripſeris

καὶ ἤθελον ἀντεσακοῦσαι

viciſſim apud me audire optabam mortem conjugis. — V. 3. Scr. δέ μοι.

P. 239. *lin.* 8. corrige *Si* pro *Sic.* *Macedon.* Ep. XL. Diſputavit de hoc Epigrammate cl. *Heinrich* in Indice Scholarum in Academia regia Chriſtiana-Albertina an. 1806. habendarum. Cujus de eo ſententiam, quia ejusmodi ſcriptiones non in multorum manus venire ſolent, ipſis doctiſſimi viri verbis exponamus: „Quo ſtatim appareat, unde pendeat ſententia, adhuc obſcura, ſcribendum in fine diſtichi primi, τῶν Ἀγαθῶν, majuſcula litera. Nam hoc dicit haud invenuſtus verſificator, ridere ſe, quum adſpiciat dolium Pandorae; neque tamen eam ipſam criminari, ſed potius inſtructa alis Bona; haec ſicut de coelo illata mox ſuper terram volaſſent, ita in terram quoque debuiſſe decidere; et vero etiam Pandoram, expalleſcentem recto dolio, gratiam vultus ac pulchritudinem perdidiſſe; indeque factum utrumque, ut inanis ſit arca Bonorum, et habeamus mulieres ſeneſcentes. — Haec ſane eſt mens poëtae et luſus ſententia; quae quam arguta aut frigida, quam bene vincta antithetis videatur, aut contra, jam non quaeramus. Nunc ſufficit intellexiſſe, ſententiam hic diverſam haberi a tralaticia fabula, fingereque poëtam, non Mala abſcondita in πίθῳ, imo exoptatiſſima vitae Bona. Diverſitatem dixeris non levem ſcilicet! Sed in promtu eſt vetuſtiſſima auctoritas figmenti Homerici de illis duobus do-

liis in aula Jovis, quorum alterum mala tenet, alterum bona: δοιοὶ πίθοι, δώρων κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων. Ιλ. ω. 527. Quo ex fonte derivata prodiit ingenioſe effičta fabula Babrii, a Tyrrwhitto primum mutila exhibita in Diſſert. de Babrio. ed. Londin. p. 12. poſtea integra et nitidiſſima ex alio Codice ejusdem libelli p. 48. Ζεὺς ἐν πίθῳ κ. τ. λ. Quam fabulam, qui attentius legerit, in illa facile agnoscet exemplum, quod plerumque Macedonius ſuum fecit. Sed ipſum modum imitationis ac licentiam, qùum exponere longum ſit, pro ſe quisque exigat ſuopte ſtudio accuratius. Atque etiam reliqua nunc facile eſt expedire; quae expedienda item curioſis relinquamus: quippe in his quoque literis valet interdum illud, πλέον ἥμισυ παντὸς. Adjiciamus tamen nonnulla, quae ad uſum ſermonis pertineant, acutius inſpiciendum. Quod de Bonis, e dolio emiſſis, dicitur, πωτῶνται, id recte habet: quandoquidem iſta usque volant, nec perveniunt in terram. Deinde in verbis μετὰ πῶμα notari debet vis rarior praepoſitionis: *poſtquam* operculum *detractum erat;* quam ad normam loquuntur etiam Latini, ut Lucan. Pharſal. V. 473. *poſt pignora tanta;* et contra eadem virtute ponitur *ante,* Latinorum uſu proprio. Vide Burmann. ad Lucan. l. c. et ad ejusd. VI. 145. Poſtremo, ne in ultimo diſticho forte moroſior aliquis dubitet de hac clauſula verſus, καὶ αὐτὴν, habet ea ipſa plurimum antiqui coloris, qui, ut nativus ſua aetate erat, ita ſerioribus eſt inſtar elegantiae. Quo de genere hoc ſolum exemplum laudemus ex Odyſſea ζ. 83. ubi de mulabus, φέρον δ' ἐσθῆτα καὶ αὐτήν. — Verum ſic necdum omnia acta videantur, ut liceat, quod in proverbio eſt, manum de tabula. Redeamus paulisper ad caput Epigrammatis, expendamusque iterum diligentius iſta priora verba: *Pandorae adſpiciens rideo dolium.* Quorſum hoc pertinet? Videlicet illuc,

unde poëta ludendi occaſionem ſumſit. Atque ut paucis cuncta dicamus; excidit lemma verſiculis aptum: Εἰς εἰκόνα Πανδώρας. Signa Pandorae non inaudita, quamvis rara. Vetus exemplum apud Pauſaniam I. 24. 7. et nonnulla in gemmis, quae intermortuas delicias priorum temporum etiamnum ſaepe teſtantur." Hactenus Vir doctiſſimus, cui, quod nos in ſecundo diſticho interpretando in rectam viam deduxit; gratias agimus. De vi praepoſitionis μετά, quam idem attigit, ſupra plura dedimus in Addend. ad *Julian. Aeg.* Ep. XXIV. T. II. 3. p. 379.

P. 239. *Macedonii Ep. XLI.* 1. in emendatione a me propoſita non ferendus hiatus, quem facit ἀμφότεραι ἤνυσα. V. 3. 4. nemo *Brunkio* crediderit, ſic *Macedonium* ſcripſiſſe ut ipſe pro arbitrio edidit. Vulgata certe lectio οὐδὲ γὰρ ὑμέας non erat cur mutaretur, quum μεταβῆναί τινα probe dictum videri queat.

P. 240. *Eratoſthenis Ep. II.* 1. reſtituenda videtur lectio Vat. C. καὶ γὰρ ἀκοίτῃ κείνῃ ἐφωμάρτει. *illa maritum praecedentem ſequebatur.* — V. 6. ἐπὶ βλῆτος. Vat. C.

P. 242. *Michaelii Ep. V.* 4. καὶ σοφίης. rectius retuleris ad *Agathiam*, quam ad civitatem: imaginem et civitatis erga illum amorem, et ipſius viri ſapientiam teſtantem. — V. 6. Scr. ἔστησεν.

P. 244. *Sophronii Ep. I.* 3. σὸν quod *Br.* ex Cod. Planud. inſeruit friget. Scribe, ſervata lectione V. C., duobus tantum vocabulis transpoſitis:

ἐνθάδε νῦν προσιὼν, ξεῖνε, στῆσον πόδα· δεῦρο . .

V. 4. Scr. δέ με. — *Ejusd.* II. 1. recte vidiſſe videtur *Stephanus* καὶ legendum eſſe pro δέ, quae paſſim confunduntur. Τι autem ex ſequente litera π ortum videtur. Scribendum nimirum, ni fallor:

τύμβε, τίς ἢ πόθεν ἦν, καὶ παῖς τίνος . . . .

P. 245. *Sophronii Ep. III.* 3. Temere in hunc locum graſſatus eſt *Br.* et ipſe quod verum eſſe non vidi, ἔσχεν, quod Planudea exhibet, a *Planude*, et ipſo in hujus verſiculi ſenſu caecutiente, invectum eſſe ne dubites. Revocata Vat. C. lectione ἕξει, omnia recte procedent:

θνητὸν γὰρ λάχε σῶμα, καὶ εἰ βίον ἄφθιτον ἕξει,
ἀθανάτους πρήξεις τε κατὰ χθόνα ῥέξεν ἀπείρους.

Sepultus eſt Joannes; nam mortale corpus nactus, mortalitatis leges fugere non poterat, etſi nunc vita immortali fruetur, et olim, dum in terris eſſet, innumera immortalia facta edidit. Sic copula in verſu poſtremo minime abundat. Quae quod poſt alterum demum vocabulum collocata eſt, in ſcriptore illius aevi minime offendere debet.

P. 247. *Leontis Phil. Ep. I.* 1. in Κυρῖνος mediam corripuit. Cf. Addenda ad *Cyri* Ep. VI. 1. T. II. P. III. p. 300. — *Ejusd.* Ep. III. 3. Hunc verſum omittendum eſſe etiam *Purgoldo* in mentem venit in Obſſ. crit. p. 281.

P. 249. *Leontis Phil. Ep. IV.* 1. σώφρονα βίον. peccatum in metrum fortaſſe ferri debet in verſificatore illius aevi. Multa ſunt ſimilia in ſenariis Poëtarum inter Byzantinos ſcriptores editorum, quae ſi quis tollere ſusceperit, nae is operam perdat. Quod olim legendum propoſui σώφρονα βίοτον, id nunc minus probo, quum in ejusmodi poêmatiis pedes triſyllabi raro admittantur. V. 2. ὥσπερ ἐμφαίνει. nimia eſt *Brunkii* mutatio. Scribendum videtur, una litera mutata

ὅσπερ ἐμφαίνει λόγος

Hiſtoria de Clitophonte, quae amoris acerbitatem et vitae ſanctimoniam lectoribus ob oculos ponit, et Leucippes caſtitas omnes extra ſe rapit et admiratione per-

cellit. Poſt λόγος minor ponenda diſtinctio. — V. 7. εἴπερ . . θέλῃς. mutare non auſim. Illa enim aetate conjunctioni εἰ non dubitabant addere conjunctivum. Cf. *Thom. Mag.* p. 267. *Locell.* ad *Xen. Epheſ.* p. 186. et quae ſupra congeſſimus in Addendis ad *Agath.* Ep. XXVI. 7. T. III. 1. p. 94. — Φίλος etiam ex Vat. C. revocandum. — V. 8. male hunc verſum tentavi. Senſus eſt: ne ea, quae ornandi et delectandi cauſa, ut in tabula picta, ſunt addita, ſed ipſum argumenti finem conſidera. ἡ θέα πάρεργος ipſa ſunt ornamenta, quibus oculi alliciuntur et tenentur.

P. 251. *Leontis Ep. VII.* 1. In hoc verſu cur *Br.* a vulgata lectione, quam et Vat. C. tuetur, receſſerit, non apparet. Rectiſſime ſcribitur:

μὴν ὑπάτων πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος αὔλακα τέμνει.

Nam brevem ſyllabam in hoc verſificatore equidem non curaverim, quamquam hoc quidem vitium facile evitaſſet, ſcribens: πρῶτος μὴν ὑπάτων, ὁ δὲ δεύτερος . . . . V. 3. ῥοδοδάκτυλον ex membr. et vett. edd. revocandum.

P. 252. *Leontis Ep. VIII.* 2. περισκελὲς illuſtrat *Lobeck.* ad *Ajac.* p. 317. noſtro loco non omiſſo. V. 4. reſtitue lectionem Vat. C. εἰ δ' αὖ κυβιστήσει τις.

P. 254. *Epigr. Byzant. I.* 4. ἡ πόλεως προπάροιθε κροτέειν πολέμους. Haec Vat. C. lectio, unde minima mutatione ſcripſeris:

ἡ πόλεως πρόπαρος συγκροτέειν πολέμους.

P. 257. *lin.* 4. adde *et Plan.* — *P.* 258. *Ep. VIII.* 2. ἀρεταῖς reſtitui debet. *Grotius* vertit: *ſpem pueris urbique decus, laudemque poëtis, Armaque virtuti divitiasque bonis.* — *lin. penult.* poſt *editor* adde: *ne metrum rueret.* Sequentia verba: *Fortaſſe tamen . . . . videtur.* tollenda. — *P.* 261. *lin.* 12. dele verba *ſine*

cauſa idonea. Veriſſime ſic emendavit *Huetius*, cujus correctionem membr. Vat. confirmant.

P. 268. *lin.* 10. Scr. ἢ pro ἠ.

P. 273. *ἀδ. Her. II.* 3. Scr. δέ μοι.

P. 275. *ἀδ. Her. VII.* 4. In Vat. eſt μέγα πῆμα φάνει. unde illud reſtituendum, quod in Animadverſionibus poſui, aut potius,

σοὶ δ' αὐτῷ μέγα πῆμα φάνῃ . . .

P. 276. *in Arſenii* diſticho v. 1. ſaltem ſcribendum: ἀλλ' εἴγ' ἐν παλ. — *lin.* 16. τί ῥήγιον. Vat. C. Non placet τὶ initio coli, ſed ſcribendum videtur

ἔντεσιν ἀθανάτοις· ἢ ῥίγιον ἔσσεται ἄλγος

V. 4. ὅσσοταν. Vat. C. in quo vix dubites, quin lateat:

ὅσσον ὅτ' ἔντεα . . . .

θεὸς eſt Θέτις. Haec prius arma Achilli attulerat, Trojanis trementibus; nunc Minervam vident, Achilli eadem arma induentem; idque eos non minore dolore percellere Helenus ait.

P. 277. *Ep. ἀδ. XV.* 2. δολοφρονέουσι γυναιξί. Exempla hujusmodi enallages dedit *Valken.* ad *Euripid.* Hipp. p. 205. ſ. *Segaar* in Act. Traject. T. I. p. 90. *Nicander.* Ther. 329. καρφομένη θρὶξ Σκίδναται, ὡς γήρεια καταψυχθέντος ἀκάνθης. Vide inprimis *Herm.* ad *Orpheum.* p. 346.

P. 279. *ἀδ. Her. XXI.* Optime *Grotius* in Prolegg. ad Anthol. T. I. p. XV. *Calamitas illa, quam lugens Alpheus inducitur, ad quae tempora referri debeat, dubitavi. Facit Nicetas Choniates ut putem morientis Graeciae eſſe foetum, cum Balduini circa tempora noſtrates homines Elidem bello vaſtarunt.* Locus *Nicetae*, ad quem *Grotius* reſpicit, eſt in Hiſt. Byz. Scr. T. XV. p. 322. ſ. ubi, deploratis Graeciae

cladibus a Latinorum copiis ei illatis, ad Alpheum convertitur, eumque, ne patriae luctum ad Arethuſam conjugem perferat, precatur. Caeterum hos verſus longioris operis eſſe fragmentum non tam certum videri debet, quam *Brunkio* viſum eſt. Immo veriſimile eſt, eos, ut reliqua in hoc capite, a verſificatore quodam ingenii exercendi cauſa ſcriptos eſſe. — V. 4. ἀμετρήτοις. Vat. C. — V. 17. αὐτὴν ἐς φιλότητα non videtur tentandum. *Leon. Tar.* LXXX. ἄμπελος ὡς ἤδη κάμακι στηρίζομαι αὐτῷ Σκηπανίῳ. *Nicand.* ap. *Athen.* L. III. p. 126. B. ἀλλ᾽ ὁπότ᾽ ἢ ἐρίφοιο νεοσφαγὸς ἠὲ καὶ ἀρνὸς. Ἢ αὐτοῦ ὄρνιθος.

P. 284. ἀδ. *Her. XXXI. Amphilochius* in Epiſt. XCIII. p. 120. de cinaedis; ἄνδρες, γυναῖκες, ἄῤῥενες, θηλυδρίαι, Οὐκ ἄνδρες, οὐ γυναῖκες . . . ὃ μὲν γάρ ἐστιν, οὐ μένουσι τῷ τρόπῳ, ὅ δ᾽ αὖ κακῶς θέλουσιν, οὐκ εἰσὶν φύσει.

P. 287. *Ep.* ἀδ. *III.* 1. Scr. ἀλλά με.

P. 288. *Ep. VI.* 4. μή που κνίσματ᾽ ὄνυξιν ἔχει. Bene habet haec lectio, quam *Br.* perperam mutavit. Vide *Schaefer.* Meletem. p. 116. et ad *L. Bos.* p. 595. qui hanc enuntiationem interrogative efferendam eſſe monet. — *Ep.* VII. 5. Tribus aut quatuor literis leniter immutatis hoc diſtichon reſtituendum videtur in hunc modum:

ἐν φανερῷ φωνεῦσιν· ἐμὴ χάρις· — ἀλλ᾽ ἀποχώρει·
δὴν ὅτι πρὸς τὸ καλὸν καὶ σὺ, μάταιε, φέρῃ.

Amores quidem ſecundum poëtam judicant. Tamen ille, quum ſe ne ſic quidem cauſam obtinere poſſe ſperet, puero abeundi libertatem concedit: *At abi tamen! quando jam diu eſt, quod tu quoque ad pulchra tendis.*

P. 289. *Ep* ἀδ. *VIII.* 5. οὐ μούνοις δ᾽ ἐπὶ . . . Vat. C. quod revocandum. V. 6. ἄρκυσι. Locis ad hanc

conjecturam in Animadverſſ. allatis, adde *Heliodor.* L. II. 25. p. 140. de muliere formoſa, ἄφυκτόν τινα καὶ ἀπρόσμαχον ἑταιρίας σαγήνην ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπεσύρετο. *Theophyl.* Epiſt. LXXXIV. ἐρωτικοῖς δικτύοις οὐχ ἑάλως, Σωσίπατρε.

P. 293. *lin.* 3. Scr. εἷς δέ με παρθενικῆς, εἷς δέ μ' ἔκουσε. Vat. C. et hoc reponendum. — *P.* 294. *Ep. XIV.* 1. εἶπα καὶ πάλιν. Sic Vat. C. Inſertum τε languet. Scribendum videtur:

εἶπα καὶ αὖ πάλιν εἶπα . . .

iterum iterumque dixi. De αὖ πάλιν exempla vide in *Schaeferi* Meletem. p. 39. — *P.* 299. *lin.* 5. Scr. *Apogr. Lipſ.* pro *Vat. C.* Nam in hoc Cod. αἰτοῦντι legitur. — *P.* 301. *Ep. XXV.* 4. ἔχων. Hoc ſervari debet, licet τί δέ μοι (ſic ſcr. cum Vat. C.) μέλει, praeceſſerit. Saepe enim nominativus participii alium caſum ſequitur. Ut *dativum* ap. *Aelian.* V. H. XIII. 23. ἀπήντησε γὰρ αὐτῷ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκοπῆναι . . . ὡς μέν τινές φασιν, ἐξ ἐπιβουλῆς λίθῳ βληθείς· ὡς δὲ ἄλλος διαφοιτᾷ λόγος, βακτηρίᾳ παθὼν τὸ πάθος. Vide *Bökh.* ad Platon. Min. p. 102.

P. 305. *Ep. XXXI.* 6. χείματι. Sic emendaveram ad *Leonid. Tar.* Ep. XC. T. I. P. II. p. 142. — *P.* 307. *Ep. XXXIV.* 6. ad ductum membr. ſcribendum videtur

κάλλος ἐνὶ χθονίοις ἠδύ τε κἀθανάτοις.

i. e. ἐν χθονίοις τε καὶ ἐν ἀθανάτοις. — *P.* 308. *Ep. XXXV.* 3. Fortaſſe hic quoque verſus inter duas perſonas dividi debet, verbis ſic diſtributis:

ἀλλ᾽· ἔρχευ· μὴ μέλλε· μένουσι σε· — πρῶτον ἐκεῖνον εὑρήσω, χ᾽ ἥξω.

Ep. XXXVI. 8. σφετέρῳ. poſitum videtur pro σῷ. Tum ſenſus: quum pedis vitium texeris eleganti crepida,

nihil impediet, quominus pulchritudine tua, quaſi ex omni parte ſit perfecta, laeteris. — Vera autem ſcriptura ἀγαλλόμενος.

P. 309. *Ep.* ἀδ. *XXXIX.* 1. Adde *Gregorii Nazianz.* Ep. LXV. in *Muratorii* Anecdot. p. 60. in Caeſarii ſui mortem: ἀλλ᾽ ἔπτατο ἐκ βιότοιο, Ὡς ῥόδον ἐξ ἀνθῶν, ὡς δρόσος ἐκ πετάλων. ubi brevitatem roſae reſpici nemo non videt. Editor tamen inepte patrocinatur lectioni Cod. Medic. ἐξ ἀκανθῶν.

P. 311. *Ep.* ἀδεσπ. *XL.* 5. 6. Paucis literis mutatis, Vat. C. lectione reſtituta, lego:

α. ὄντως σ᾽, Ἑρμαφρόδιτε, πεπύγικεν; γ. οὐ μὰ τὸν Ἑρμᾶν,
αἰπόλε· β. ναὶ τὸν Πᾶν᾽, αἰπόλε, κἀπεγέλων.

Tres ſunt interlocutores, quorum alter ſe Satyrum quendam, qui θεὸς appellatur V. 1. paedicaſſe gloriatur. Quo audito primus ſe ad calvum illum θεὸν convertit his verbis: num hic verum dicit? num te revera paedicavit? Jam ille id factum eſſe negat. Alter autem id factum eſſe denuo affirmat. — Attigit hoc Epigramma cl. *Heinrich* in Commentatione de Hermaphroditorum, artis antiquae operibus illuſtrium, originibus et cauſis: Hamburgi 1805. p. 42. qui, ut noſtra de ſcriptura Ἑρμαφρόδιτε ſententiam comprobat, ita quod nos hoc Epigramma optimae aetatis eſſe diximus, id minus probat. Me nondum poenitet judicii; neque illud doctiſſimi viri de Hermaphroditis ſententiae valde repugnare exiſtimo.

P. 314. *Epigr.* ἀδ. *XLVI.* 1. diſtingue, quod verſus poſtulat rhythmus:

αὐτὸ τὸ πῦρ καύσειν διζήμενος, οὗτος ὁ νύκτωρ . . . . .

— Ep. XLVII. 4. ἐπὶ βαλλ. Vat. C.

P. 316. *Ep.* *L.* 1. Scribe reſtituta lectione membr. una ſyllaba inſerta, altera deleta:

Τρεῖς εἰσὶν Χάριτες· σὺ δὲ δὴ μία ταῖς τρισὶ ταύταις.

Suſtuli articulum αἱ temere additum, et poſt δὲ inſerui δή, quod ſaepiſſime excidit. Cf. Addit. Anim. ad Athen. p. 332.

P. 317. *Ep. LIII.* 1. Similiter *Gregor. Nazianz.* de Virginitate v. 499. Opp. T. II. p. 64. C. de Jove: ἄθρει δὴ πρώτιστον ὅσ' ἔπλετο μαργοσύνῃσι, Ταῦρος, κύκνος, ὄφις, χρυσὸς, πόσις, ὄρνις, ἅπαντα.

P. 320. *Ep. LVIII.* 3. ὑπὸ πόρφ. Vat. C. In I. hujus Epigrammatis verſu γε, quod *Planudes* inſeruit, ut verſum expleret, vereor ut locum habeat. Hic quoque legerim: σὺ δὲ δὴ στείχουσα . . .

P. 323. *lin.* 18. εἰ ταύτῃ δοκεῖς eſt in edit. *Wyttenbachii.*

P. 324. *Ep.* ἀδ. *LXV.* 1. Scr. τί πρὸς σέ. V. 3. in hoc verſu emendando *Br.* a vero vehementer aberravit. Scribe ſyllaba deleta, quam gloſſatoris peperit ſolertia:

ἐλπίζειν ἔστιν; ζητεῖς δὲ τί;

V. 4. δύνασαι. V. C. δύναμαι. Plan. — *P.* 330. *lin.* 15. Verſum *Philiſtionis* longe minore mutatione correxeris ſic:

ὦ τὰν, τί γὰρ τάφον στεφανοῖς κόσμῳ κενῷ;

P. 332. *lin.* 4. *ab ult.* Adde: *Plan.* p. 175. *St.* 256. Ω.

P. 335. ἀδ. *Ep. LXXXIII.* 3. τὸν γείτονα Ἐριννύς. Vat. C. Ad haec membranarum veſtigia nihil fortaſſe acceſſerit propius, quam quod legendum ſuſpicor:

τόν γ' εἶραν Ἐριννῦς.

corollam, ſertum, quod Erinnyes nexuerunt. *Heſych.* εἶραι. συνάψαι. συῤῥάψαι Ep. ἀδ. DLXV. αἱ δὲ . . Αἴτια

καὶ μακάρων εἶρον ἀμειβόμεναι. — *lin. penult.* dele verba: *quod vulgato non eſt deterius.* Omnino enim deterior eſt lectio, quae in metrum peccat.

P. 337. *lin.* 21. οὐχὶ φιλοῦσα. rectius, puto ſcripſiſſem: οὐ φιλέουσα Τύχη . . . *P.* 338. *lin* 8. Scr. σάλπιγδ' ἄν. Sic enim eſt in Cod. Vat. — 4. ἄγκιστρον δ' ἁλιεῦσ' conjecit *H. van Eldick* ap. *de Boſch* T. IV. p. 500. *Brunkianae* lectionis falſitatem ſi nihil aliud, hiatus arguit.

P. 339. *lin.* 10. Scribe: *celaret* pro *celet.* — Ep. XCII. 2. ad μὴ *Schaefer* ad *Lamb. Bos.* p. 636. ſubaudit προθῇς. In fine idem corrigit: αὐτὸν ἰδεῖν ἐθέλω. — *Ep.* XCIII. 1. In ſimili ſono verborum βουλεύειν et δουλεύειν ludit *Lyſias* p. 498. ed. *Taylor.* καί τοι δικαίως γ' ἂν ὅστις φανερῶς, ὥσπερ οὗτος, προὔδωκε τὴν ἐλευθερίαν, οὐ περὶ τοῦ βουλεύειν, ἀλλὰ περὶ τοῦ δουλεύειν . . ἐκκλησιάζεται.

P. 340. *lin.* 21. Scr. κενεόν.

P. 341. *Ep. ἀδ. XCVII.* 2. γάλα μοι τὸ πρίν. Vat. C. unde colligas, alios legiſſe ἐπεὶ γάλα μοι πρὶν ἔδωκας, alii ſic, ut vulgo habetur. — P. 343. Ep. XCIX. 1. ἂν ἀφέλῃ. Vat. C.

P. 345. *lin.* 22. εἶπε τοῖς ὅλοις. ſinceram eſſe hanc lectionem docuit *Schweigh.* Tom. IV. p. 592. contra *Caſaubonum*, qui τοῖς κώλοις conjecerat.

P. 346. *Ep. ἀδ. CX.* In hujus Epigrammatis imitationem *Michael Neander* carmen compoſuit in chriſtianos in Erotem. Gr. Linguae p. 399. cujus primum diſtichon hoc eſt:

εἰμακροσηκοφόροι, ἀνυποκριταλυποπρόσωποι,
δουλαχρηστολόγοι, ἱεραμισθοδόται.

P. 348. *lin. penult.* poſt *et alii*, adde: *Schaefer.* ad *L. Bos.* p. 63.

P. 350. *Ep. CXI.* 4. κεῖται. fortaſſe ſervandum. Fit enim interdum, ut verbi numerus accommodetur

ad numerum praedicati. Cf. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 596. *Heindorf.* ad *Platon.* T. III. p. 244. — *P.* 352. *Ep. ἀδ. CXIV.* 1. ὦ Λατοῖ. In Λατῴα, quod reponendum exiſtimabam, falſa lectione in Ep. *Leon. Tar.* Ep. II. in errorem inductus, ultima producitur, ut ſtatim Ep. CXV. Λατῴα, σὺ δὲ παιδός . . . et ap. *Mnaſalc.* Ep. II. ἄνθεμα Λατῴα δήιον Ἀρτέμιδι. Veram lectionem vidit *Graefius* ad *Meleagr.* p. 150.

Ζῶμά τοι, ὦ Λατῷ, καὶ ἀνθεμόεντα κύπασσιν,

ut etiam in Ep. *Leonidae Tar.* II. 3. ſcribendum.

P. 354. *Ep. CXVI. b.* 3. lectionem Vat. C τοὺς ἐν ἐρίθοις μόχθους ſatis tuetur *Antip. Sidon.* Ep. XXII. 5. κερκίδα δ' εὐποίητον, ἀηδόνα τὰν ἐν ἐρίθοις. — *P.* 355. *Ep. CXVII.* 2. μηδὲν ἔχῃς in ludicro carmine verum puto. Nemeſis, quae bonorum fructu homines privat, eos impedire videtur, quominus quidquam boni accipiant. Sic fere Aeſopus in Ep. T. I. p. 76. ἢν τι πάθῃ τις Ἐσθλὸν, ἀμοιβαίην ἐκδέχεται Νέμεσιν.

P. 356. *Ep. CXXI.* 3. κεντροπαγῆ. Conjecturae noſtrae κεντρομανῆ patrocinatur etiam *Macedonii* Ep. XIII. quod *Br.* pro ſua lectione excitavit. Ibi enim in Cod. Vat. non eſt, ut ap. *Br.* κεντροπαγὲς ἄγκιστρον, ſed κεντρομανές. — V. 4. recte emendaſſe mihi videor Ἀμυκλαῖται — ſed ne verſus hiatu laboret, ſcribendum fortaſſe:

σῷ δ' ἄρα παιδί γ' Ἀμυκλαῖται βασιλῆες . . .

Deorum Amyclaeorum mentio injicitur in Inſcr. ap. *Spon.* Miſc. Erud. Ant. p. 374. nr. CXXVII. ubi legendum:

κοῦρος ἐπικαλέω σε θεῷ φίλος, οὐκέτι θνητὸς,
ἠίθεος, κούροισιν ὁμηλικίῃ πανόμοιος,
πλωτήρων σωτῆρσιν Ἀμυκλαίοισι θεοῖσιν.

P. 361. *Ep. ἀδ. CXXV.* 3. ὀδῷ ἔπι. ne te hiatus offendat, ſic habetur *Alcae. Meſſ.* Ep. VIII. 1. Ἰῷ ἔνι. *Plato* Ep. XXII. εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι. *Erycius* XV. ἀτρυγέτῳ ἔνι. *Crinag.* XL. μόρῳ ἔπι. *Antip. Theſſ.* XLIX. γαληναίῳ ὑπ' ὀλέθρῳ. et in aliis locis. — V. 4. ὡραίων. damnare non auſim. Eſſe poſſent boves Panis cura et cuſtodiā nitidi et florentes. Certe *Theodorid.* Ep. IV. 4. ὡραίους ἄρνας dicere non dubitavit.

P. 362. *Ep. ἀδ. CXXVII.* 1. 2. Scribendum videtur:

Τὸ ξόανον τὸ περισσὸν Ἀλεξιμένης Ἀφροδίτᾳ
εἵσατο, τῇ πάσης ναυτιλίης φύλακι.

P. 363 *lin.* 6. *ab ult.* Scr. λιμνορυῆ pro λιμνοφυρῆ.

P. 365. *Ep. ἀδ. CXXXII. b.* 2. νεμέα στεψάμενος corr. *Schaefer* ad *L. Bos* p. 722. — *P.* 366. *Ep. CXXXIV.* τῶ πολέμω. vulgo τῶι πολέμωι, unde fortaſſe rectius emendaveris τῶν πολέμων.

P. 367. *Ep. CXXXV.* 1. Ἀπολλωνίας. Non opus erat mutatione τοῦ Ω in O. Similis licentiae exempla laudavi in Comment. de Memnoniis in Opp. Societatis Literar. Monacenſis T. II. p. 48. — *Ep.* CXXXVII. 1. δέξο ἄναξ. Fortaſſe hiatu ſublato ſcribendum:

δέξ' ὦναξ Κρονίδα . . . .

ut ſtatim Ep. CXXXVIII. 1. τἀγάλματα rectius fuerit quam τὰ ἀγάλματα.

P. 371. *Ep. ἀδ. CXLVI. Hermann.* ad *Orpheum* p. 786. „Suſpecta fuit antiquitas hujus carminis Wolfio vel ob ſolum ἑαυτῷ in Prolegomenis ad Homerum „p. 56. Firma manebit Wolfii ſententia, etiamſi illud „argumentum, cujus mentionem feci, ei eripiatur. „Certe qui ad ineptam particulam γέ, ad lectionem, „quae apud Pauſaniam eſt, θάλαμόν γ' ἐλλέξατο, ad „illud, quod γὲ et οἱ ſaepiſſime permutantur, cujus

„rei exempla dedi in indice ad Orpheum, attenderit, „ejus aſſenſionem facile me impetraturum ſpero, ſi „hunc verſum ſic olim ſcriptum fuiſſe contendero:

„Ἀλκμήνην, θάλαμόν οἱ ἐλέξατο τοῦτον.

„Quod in fine verſus legitur ἑαυτῷ, aut, ut ſupra qui„busdam exemplis oſtendimus, explicatio eſt prono„minis οἱ, quae vocabulum, quod ultimum in verſu „erat, expulit, aut corruptum eſt ex verbis ὃν αὐτῷ, „ut oratio hoc modo continuata fuerit:

„θάλαμόν οἱ ἐλέξατο τοῦτον, ὃν αὐτῷ
„Ἀγχάσιός τ' ἐποίησε Τροφώνιος ἠδ' Ἀγαμήδης."

P. 372. *lin.* 6. *ab ult.* Non opus erat monere de prima ſyllaba in Ἀπόλλωνι producta. Hoc Homero praeeunte apud optimos quosque ſaepe fit obvium.

P. 374. *Ep. CLIV.* σχεδία de ponte uſurpatum exemplis illuſtravit *Schaefer* ad *Lamb. Bos* p. 77.

P. 378. *Ep. CLXII. b.* V. 1. ἀνέθηκα. *Valkenar.* in Annot. crit. ad Loca quaedam N. T. p. 330. corrigit ἀνέθηκεν. Idem V. 2. ſic reſtituit, ut apud *Br.* exhibetur. — Quae deſunt in fine ſic ſupplevit *Grotius* in Anthol. T. III. p. 395. ὃν γε διάξω Ἔξω σοὶ ψυχὴν αἰὲν ὀφειλέτιδα. *nunquam non animae debitor hujus ero.*

P. 383. *Ep. ἀδ. CLXIX.* 9. De particula δέ, in hunc modum poſita μὲν non praecedente, vide inprimis *Heusde.* in ſpec. crit. p. 75. *Heindorf.* ad *Plat.* T. II. p. 31. et 421. — *P.* 384. *Ep. CLXX.* Vertit *Grotius* T. III. p. 399. *ſeu juvenes docuit, ſive in certamina venit, Ante alios ſemper ſerta decusque tulit.*

P. 385. *Ep. ἀδ. CLXXI.* 2. nomen Ἄνακος illuſtrat *Koen.* ad *Gregor.* p. 279. (592. ed. Lipſ.) — V. 4. ἐν Σικυῶνι. a *Br.* invectum improbans *Porſon* ad Eurip. Med. 44. τοῖς Σικυῶνι corrigendum cenſebat. Neutrum placebat *Schweighäuſero* in Anim. T. VII. p. 425.

quum ex *Athenaei* narratione appareat, in *Helicone* illud monimentum fuiſſe repertum, non *Sicyone*. Quare ipſe ſervandam cenſet lectionem, quam Codd. praeſtant, τᾷ Σικυῶνι καλὸν, hoc ſenſu: *munus Sicyoni honorificum*. — *Ep*. CLXXIII. Sub *Satyri* nómine hoc Epigramma laudat etiam *Grotius* in Mantiſſa Quarta p. 423. — V. 4. Quum copula deſideretur, legendum exiſtimo,

κἄνθεσιν ἀκλινῶν Πὰν ἀνάγει καλάμων

ſive καὶ θέσιν . . .

P. 386. *Ep*. ἀδ. *CLXXIV*. *Hermann. ad Orpheum*. p. 466. „Recentiſſimi tantum, et in his vix alius, „niſi aliquis imperitior, videntur γαίη dixiſſe, ut in „Epigr. incertorum 727. 729. Vitioſa haec forma „tollenda eſt ex epigr. incerti poëtae 174. ubi ſic edi„tum: μῆτερ ἐμή, γαίη Φρυγίων κ. τ. λ. Miror interpun„ctionem Brunkianam placere potuiſſe Jacobſio. Nam „quid hoc eſt, γαίη Φρυγίων? Magis etiam miror, non „animadvertiſſe criticos, quam inepte Phrygiam allo„quatur poëta, quum Rheam debeat. Quid enim Phry„giae dedicet cymbala ſua gallus? An vero, ut cepiſſe „videntur hunc locum, Rheam appellat terram Phry„giam? Dindymenen vocat Dindymum? Abſit. Immo „ſcribendum eſt:

„μῆτερ ἐμὴ Ῥείη, Φρυγίων θρέπτειρα λεόντων
„Δίνδυμον ἂν μύσταις οὐκ ἀπάτητον ὄρος.

„i. e. ἀνὰ Δίνδυμον. Cod. Vaticanus Δινδυμόνης.“

P. 388. *Ep*. ἀδ. *CLXXV*. 4. χορδά. *Joſ. Scalig*. in not. mſt. — V. 7. τὠτρεκὲς οὐκ ἔμενε. Legendum videtur:

εἰς ἀκοὰς ῥυθμῶν τὠτρεκὲς οὐκ ἔνεμε.

Multa in hoc Epigr. *Br*. ad veteris Doriſmi normam temere mutavit, quae aliquando mollioribus, quas Codd. offerunt, formis cedent.

P. 395. *lin.* 12. lege *promontorium* pro *patrimonium.* — *Ep. CLXXXV.* 7. omnes hujus verſus lectiones emendatricem manum produnt, unde veriſimile fit, inſcriptionem in hac parte fuiſſe aut mutilam aut obſcuram. Plurimas tamen veritatis partes in Cod. Vat. lectione mihi agnoscere videor. Fac in marmore lectum fuiſſe ductibus paulo obſcurioribus

ΒΟΙΔΙΟΝ ΔΕ ΚΑΛΕΥΜΑΝ ΕΓΩ ΤΟΤΕ·

duabus literis leviter immutatis

ΒΟΗΔΙΟΝ ΔΕ ΚΑΛΗ ΜΑΛ' 'ΕΓΩ ΤΟΤΕ.

veram fortaſſe lectionem reſtitueris. Saepe in Inſcriptionibus confuſa E et H, N et Λ. Jam quum pro *καλὴ μάλ'* lectum eſſet *καλεμαν* aut *καλεύμαν*, facile apparet, quomodo ex uno errore omnes illae vitioſae lectiones enata fuerint, quas in Animadverſionibus recenſuimus.

P. 397. *Ep. ἀδ. CLXXXVIII.* 5. *Hermann. ad Orpheum* p. 786. „Non commemoravit Jacobſius Vul„canii conjecturam, *ἀνθ' ὧν συγγενέες τοῦθ' οἱ βρέτας*, „quae ne uſui repugnaret, certe ſcribendum erat *τόδε* „*οἱ.* Sed non potuit omnino ita ſcribere poëta, quum „Chaeremon, homo, ut Agathias teſtatur, humili loco „natus, non videatur a cognatis ſuis impetraſſe ſtatuam. „Et quod gravius eſt, civitas ei, non privati hunc ho„norem decernere debebant. Quare ſublato vitio, „quod e ſimilitudine literarum *ω* et *ες*, ut in codicibus „ſcribi ſolent, ortum erat, reponendum puto:

„*ἀνθ' ὧν σύγγνω οἱ τοῦτο βρέτας*

„*civitas ei decrevit hanc ſtatuam.*“ — *Ep. ἀδ.* CLXXXIX. V. 1. Videtur *μὲν* delendum eſſe, ne ad *συνίζησιν* prorſus inauditam confugiendum ſit.

P. 400. *Ep. ἀδ. CXCI.* 1. Hunc Creſcentem *Reineſius* eundem eſſe putat, qui commemoratur ap.

Ammian. Marcell. L. XXVIII. c. 6. p. 544. ed. *Valeſii.* Conſulendus in primis *Gothofredus* in Proſopop. V. *Creſcens.*

P. 401. *Ep. CXCIII.* Loca de hoc anathemate vide ap. *Heindorf.* ad *Platon.* T. I. p. 215. et *Fr. Aſt* ad *Platon. Phaedr.* c. 12. p. 250.

P. 402. *Ep. CXCIV.* Extat etiam ap. *Pocock* in Inſcr. Antiq. p. 47. ubi plurima vitioſe deſcripta. Errores viri doctiſſimi, qui in tota illa Inſcriptionum Collectione plurimi ſunt, nihil attinet exſcribere, quum ne unam quidem lectionem, quae vulgata ſit melior, inde lucremur.

P. 403. *Ep. ἀδ. CXCVI.* De aquis Hierapolios in Phrygia eſt Ep. in *Chandleri* Inſcript. nr. LXXX. p. 31. *Th. Smith* Not. VII. Eccl. Aſiae p. 37. Cf. *Holſten.* ad *Stephan. Byz.* p. 143. *b.*

P. 404. *Ep. CXCVIII* 3. ἀρύσαι edidit *Schneider* in *Vitruvio* T. I. p. 220. — V. 5. χρόα *Schneider.* In Cod. Guelpherb. ſcriptum: νάμασι μητ᾽ ἐπὶ λουτρὰ βατιτ εχραμ, in quibus vocibus βάλης χέρα latere ſuſpicatur doctiſſimus *Vitruvii* editor. — V. 6. τερπνῆς. hoc epitheton cod. Franeck. omittit; etiam Guelph. lacunoſus in his. — V. 8. In Cod. Guelph. literae a librario graeci ſermonis ignaro ita pictae ſunt, ut legi poſſint: Μελαμ ιτουσαμενος ατσενσ προιτιαας ἀρτεμειας. unde *Schneiderus* efficit: λουσάμενος στῆσεν Προιτίδας ἀρτεμέας. Verbum λουσάμενος enim ſervari debere ob alluſionem ad Λουσοί. Haec et ſequentia ſic conſtituit *Schaefer* ad *Longum* p. 412.

Φεῦγε δ᾽ ἐμὴν πηγὴν μισάμπελον, ἔνθα Μελάμπους,
ῥυσάμενος λύσσης Προιτίδας ἀρτεμέας,
πάντα καθαρμὸν ἔβυψεν ἀπόκρυφον, εὖτ᾽ ἄρ᾽ ἀπ᾽ Ἄργους
οὔρεα τρηχείης ἤλυθεν Ἀρκαδίης,

καλλείψας ἀγάπαζε τεὸν φίλον· οὐ γὰρ Ὀδυσσεὺς
ἤλιτεν εἰς σὲ θέλων· βριαρὴ δέ σ᾽ ἔπεφνεν Ἀθήνη,

χαρίαις ὑμνῳδίαις Ὑμέναιον Ἑλένης.

Nr. 51. Cod. p. 438. Edidit *Hüschke* Anal. cr. p 285. — V. 2. ἀριστεύειν jungo cum ἐδίδαξεν, quamvis, quod sic Chironi tribuitur; ap. *Homerum* Ιλ. λ. 782. ad Peleum refertur: Πηλεὺς μὲν ᾧ παιδὶ γέρων ἐπέτελλ᾽ Ἀχιλῆϊ Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. — V. 3. μῆνιν. ductum ex Ιλ. π. 281: ἐλπόμενοι παρὰ ναῦφι ποδώκεα Πηλείωνα Μηνιθμὸν μὲν ἀποῤῥίψαι, φιλότητα δ᾽ ἑλέσθαι. Vtrumque locum suppeditavit cl. *Hüschke.*

Nr. 52. Cod. p. 438. Est in Anal crit. p. 282. ubi in lemmate φίλον θῆναι uncinis inclusum est. Membr. φιλωθῆναι praebent; quod sincerum est. *Suid.* φιλωθέντες . . . φιλωθῆναι· φίλος γενέσθαι· ἔλεγε τὸν νεανίαν ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν καὶ φιλωθῆναί οἱ. Καὶ αὖθις: φιλωθεὶς ἐν τῷ τέως τῷ ἐπισκόπῳ, τῇ ἐκκλησίᾳ ἐξέπεμψε. Exciderunt itaque in lemmate ea, quae ad Ulyssem pertinebant. Conf. Od. XI 543 — 56[illegible]. Ex quo Homeri loco hi versus derivati sunt. — V. 4 Ζεὺς δέ. *Cod.* Odyss. l. c. v. 537. οὐδέ τις ἄλλος Αἴτιος; ἀλλὰ Ζεὺς Δαναῶν

ἤλιτεν εἰς σὲ θέλων· βριαρὴ δέ σ' ἔπεφνεν Ἀθήνη,
Ζεύς τε πατὴρ, καὶ Μοῖρα. καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννὺς
Αἴθε δὲ τεύχεα ῥίψεν ἐς ἁλμυρὰ βένθεα πόντου
δῖα Θέτις, καὶ νεῖκος ἀπέσβεσε σεῖο μενοινῆς.

53. Α Λ Λ Ο.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους Νέστωρ ἀκούσας Ὀδυσσέα ἐπανελθόντα.

Ἐσθλὸς ἀνὴρ φύγε πόντον ἀπηνέα καὶ μετὰ μόχθου
ἐς πάτρην ἀφίκανεν, ἐμοῦ δέ κε φέρτερος εἴη,
εὖ δεδαὼς πτόλιάς τε καὶ ἔθνεα καὶ νόον ἀνδρῶν.

54. Α Λ Λ Ο.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Πολλὰ καμὼν νόστησεν ἀνὴρ τλήθυμος Ὀδυσσεὺς,
ἀλλ' ἔμπης κλέος ἔσχεν ἀνὰ χθόνα καὶ κατὰ πόντον
ἀνδράσιν ἐσσομένοισιν ἀεὶ πτολίπορθος Ὀδυσσεύς.

στρατὸν αἰχμητάων Ἐκπάγλως ἤχθηρε· τεὶν δ' ἐπὶ μοῖραν ἔθηκεν. Ipsa verba sumta ex Ιλ. τ. 87.

Nr. 53. Cod. p. 438. Edidit *Huschke* Anal. cr. p 285. cujus haec sunt ad V. 3. „In margine ἤθεα repositum pro ἔθνεα. Probo vulgatam propterea quod sequitur νόον ἀνδρῶν. Hoc *mores hominum* vertit *Horatius* Epist. I. 2. 19. secutus Homerum: *Qui domitor Trojae* etc. Ita in Epist. IV. Euripidea distinguuntur, καὶ πόλεις, καὶ ἔθνη, καὶ ἰδιῶται πολλοί. Alteri tamen lectioni respondet locus *Heliodori* II. p. 97. πολλαὶ μὲν αἱ πόλεις, πολλῶν τε ἀνθρώπων ἤθη τε καὶ νοῦς εἰς πεῖραν ἥκουσιν."

Nr. 54. Cod. p. 438. *Huschke* Anal. cr. p. 286. notis non additis. In V. 3. obscurior est verborum nexus in ἀλλ' ἔμπης. Sic

55. ΑΛΛΟ.

Τί εἴποι ὁ Πρίαμος τοῦ Ἑλένου διδόντος βουλὴν τοῖς Ἕλλησιν ἵνα ληφθῇ Τροία.

Τὰ δῶρα λαμπρὰ προςφέρεις τῇ πατρίδι.

56. ΑΛΛΟ.

Τί εἴποι Περσεὺς μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ κήτους, τῆς Ἀνδρομέδας μὴ θελούσης αὐτὸν λαβεῖν.

Σεῖο νόον πέτρωσεν ἀμείλιχα δέσμια πέτρης,
καὶ λίθον ἐκτελέσειε τεὸν δέμας ὄμμα Μεδούσης.

57. ΑΛΛΟ.

Τί εἴποι Ἱπποδάμεια μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Οἰνομάου, Πέλοπος μὴ θελήσαντος αὐτὴν λαβεῖν.

accipienda videntur: Multa quidem mala Ulysses pertulit, at tamen gloriam inde praemium retulit. Vulgari significatione pro ἀλλ' ὅμως est ἀλλ' ἔμπας ap. *Eurip.* Alcest. 505 — 509. *Aratum* Phaen. 294.

Nr. 55. Cod. p. 439. *Huschke* Anal. cr. p. 286. De Heleno Trojae expugnationem praedicentis, veterum loca indicavimus ad *Tzetzae* Posthom. v. 571. et 573. p. 152. s.

Nr. 56. Cod. p. 439. *Huschke* Anal. cr. p. 287. Andromedam a Perseo liberatam liberatori suo nubere noluisse, ab aliis non traditur. In epico carmine aliquo hoc fuisse, aut in tragoedia verisimile est. — V. 1. Forma δέσμια carent Lexica.

Nr. 57. Cod. p. 439. *Huschke* Anal. cr. p. 287. Nota historia de Oenomao, Hippodamiae consilio, Myrtili machinationibus interfecti. Cf. *Tzetza* ad *Lycophr.* v. 156. et qui fontem fabulae τὰς μεγάλας Ἠοίας laudat, *Pausan.* L. VI. 21. 6, 7. *Philostr.* Imagg I. 17. p. 788. *Phi-*

Ἀπεστράφης νῦν ὡς λαβὼν ἐξουσίαν·
ταύτῃ γὰρ οὐ πέφυκε συντρέχειν Ἔρως·
Ἔρως γὰρ ἄλλην ἀνταμείβεται τρίβον.

58. ῾ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ.

Παντάρβην φορέουσα πυρὸς μὴ τάρβει ἐρωήν·
ῥηϊδίως Μοίραις καὶ ταδόκητα πέλει.

59. ΣΤΡΑΤ.

Κεῖτο δ' ὁμοῦ σάκος, ἔγχος ...... θώρηξ, κόρυς, ἵππος.

60. ΑΛΛΟ.

Ἀσπίς, τόξα, βέλεμνα, κόρυς, ξίφος, ἄλκιμον ἔγχος.

loſtr Jun. 9. p. 873. in cujus capitis ſine ſcribendum procul dubio: καὶ τὰ μέλλοντα περὶ τὴν Πέλοπος οἰκίαν ἐκ Μοιρῶν γίγνεσθαι, pro γίνεται. Hippodamiam post Oenomai caedem a Pelope repudiatam esse, aliunde non constat. — V. 2. ταύτῃ. *potentiae cupiditati* procul dubio, quae ab Amore aliena esse solet. Pro *conspirare* συντρέχειν posuit *Eurip.* Orest. v. 1215. *Heliodor.* L. I. p. 68. λόγος πρὸς τὸ βούλημα συντρέχων. Id. L. IV. p. 249. συντρέχωμεν τῇ βουλήσει τῶν κρειττόνων. — V. 3. ἀνταμείβεται, pro simplici ἀμείβεται.

Nr 58. Cod. p. 442. Est in *Heliodori* Aethiop. L. VIII. 11. T. II. p. 250 ed. Bip. V. 2. ταδόκητα. an τ' ἀδόκητα, ne ſyllaba in craſi corripiatur. — De adverbio ῥηιδίως cum πέλει conjuncto ne dubites, conſer *Heusdium* in Specim. p. 6 *Schaefer.* ad Dion Halic. p. 76.

Nr. 59. Cod. p. 442. Margini adſcriptum στρατ. fortaſſe nihil aliud ſignificat quam στρατιώτου. Edidit hunc verſum cum duobus ſequentibus, *Huschke* Anal. cr. p. 288. In V. 1. excidit vocabulum, fortaſſe ἀκίς.

61. ΑΛΛΟ.

Ἰός, τόξα, σάκος, κυνέη, δόρυ, φάσγανα, θώρηξ.

62. ΑΔΗΛΟΝ.

Γῆμε Κριτωνιανός με, Σόλων ἐτέκνωσεν, ἐκλήθην
Μελτίνη, πλάσθην ἀνδρὸς ἐμοῦ παλάμαις.

63. ΑΔΗΛΟΝ.

Χιονέην τρίχα Παιήων ἐκέλευέ με χρυσῷ
δαιδάλλειν ἀγανοφροσύνῃ, ἐτέλεσσα δὲ χαίρων,
οὕνεκεν ἐξ ἐμέθεν τόδε οἱ θυμῆρες ἔκρινεν.

64. ΑΛΛΟ.

εἰς βίβλον.

Εὐμενέως πρώτοιο δεδεγμένος ὄργια βίβλου
φιλοπόνου, γραφίδεσσι δεδεγμένα βένθεα μύθων,
κοιράνου Αὐσονίοισι διδάσκαλε, ἵλαος εἴης.

Nr. 62. Cod. p. 444. Nondum videtur editum. V. 1. vitiose legitur in membr. κριτωνίαν ὅς με σόλον ἐτέκνωσεν θηλήθην. quod leni mutatione restitui. Inter θηληθην et εκληθην perparum interest, quum litterae θ et ε, η et κ facillime permutentur. Scriptum est hoc distichon in Meltinam, Solonis filiam, quam maritus Critonianus sua manu fictam posuerat.

Nr. 63. Cod. p. 444. Hi quoque versus videntur inediti. In verbis nihil est difficultatis, sed quo referenda sint, et de cujus crine agatur, non apparet. V. 2. ἀγανοφροσύνῃ jungendum videtur cum ἐκέλευεν.

Nr. 64. Cod. p. 444. Nec hos versus vidi editos. Scripti sunt ad praeceptorem imperatoris romani, nescio cujus, et pro libri cujusdam dedicatione habendi sunt. V. 1. εὐμενές. Cod. quod in εὐμενέως mutavi. — ὄργια. Cf. Anim. T. II. P. III. p. 320. — V. 3. δεδεγμένα. Corrigendum videtur δεδειγμένα: verbo-

65. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Δράμασιν ἐν πολλοῖσι διέπρεπες, ὅσσα Μένανδρος
ἔγραφεν, ἢ Μουσέων σὺν μιῇ ἢ Χαρίτων.

66. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἐς γάμον ἔζευξέν με νεοζεύκτοιο Προκίλλης
τὸν νυμφῶν θαλάμοις αἰὲν ἀειδόμενον,
Εὐξάμενος τάδε Μῆνις ὁ Κωμικός· ὦ Ὑμέναιε,
ἔρχεο καὶ νύμφῃ καὶ γαμέοντι φίλος.

67. ΠΑΛΛΑΔΑ τοῦ ΜΕΤΕΩΡΟΥ.

εἰς τὸν Μαρίνης οἶκον.

Χριστιανοὶ γεγαῶτες Ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχοντες,
ἐνθάδε ναιετάουσιν ἀπήμονες· οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς
χώνη φόλλιν ἄγουσα φερέσβιον ἐν πυρὶ θήσει.

rum reconditorum orgia stilo prodita et in lucem prolata. Aristophan. Ran. 1064. Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ᾽ ἡμῖν κατέδειξε. *Lucill.* Ep. LXXVIII. οἱ καταδείξαντες βιβλία.

Nr. 65. Cod. p. 444. Non novi editum. Pars esse videtur Epigrammatis in comoedum, cujus nomen cum priore disticho periit.

Nr. 66. Cod. p. 444. Hoc quoque Epigramma non videtur editum. V. 1. ἔξευξεμέ. Cod. ἔζευξεν voluit, quamquam vel sic sensus minime expeditus. Hymenaeus loquitur, quem Menis Comicus, nuptias cum Procilla celebrans, invocaverat. In ἔζευξεν aliud quid latet.

Nr. 67. Cod. 447. Edidit *Reiskius* in Anthol. p. 144. nr. 723. post *Jensium*. Notabilis est in lemmate titulus τοῦ μετεώρου *Palladae* tributus. Agitur de statuis deorum dearumque ad Christianorum cultum translatis, et sic servatis, idque in domo *Marinae*, quam aliunde non novi.

68. ΑΔΗΛΟΝ.

εἰς Ἰσαύρους.

Αὔραις ἰσαθέουσιν, ὅθεν λάχον οὔνομα τοῦτο.

69. ΑΔΛΟ.

εἰς κολόκυνθον.

Εἰπέ μοι, ὦ κολόκυντε, τίνος χάριν εἰςέτι καὶ νῦν
οὐ σικύων ἐφάνη διερὸν γένος, οὐ κολοκύντων;

Epigramma inprimis memorabile, ex quo colligas, factum fuisse interdum, ut simulacra veterum deorum, mutatis fortasse attributis, in aedibus sacris collocarentur. Cujus usus an alibi mentio fiat, ignoro; certe doctissimi viri, quos consului, in veteribus ecclesiae christianae monimentis nihil se hujusmodi reperisse affirmabant. Quae enim error seriorum temporum, aut pia fraus in hoc genere peccavit, huc non faciunt. Quanta vero cura etiam christiani Imperatores priscae artis opera ab interitu servare studuerint, multis exemplis allatis docuit *Fea* ad *Winkelmanni* Histor. Art. T. II. p. 416 s. not 1 T. III. p 278 sqq inprimis autem huc facit distichon, quod infra exhibebimus, nr. 131.

Nr. 68. Cod. p. 448. Edidit *Jensius* nr. 74. *Reisk* nr. 724. p. 144. qui *Palladae* esse existimat. *L. Holsten.* ad *Stephan. Byz.* V. Ἴσαυροι. p. 148 hunc quoque versum ex Cod. excitat, et *Berkelius* p. 424. qui comparavit praeterea *Ammian. Marcell.* L. XIV. c. 2. p. 9. ed. Val. de Isauris agentem: *raptim igitur properantes, ut motus sui rumorem celeritate nimia praevenirent, vigore corporum ac levitate confisi, per flexuosas semitas ad summitates collium tardius evadebant.*

Nr 69. Cod. p. 448. Post *Jensium* (nr. 75.) edidit *Reiske* nr. 725. p 144. — V. 1. ὦ κολόκυντε. Servavi scripturam Cod. qui

Ὁ κολόκυνθος πρὸς ταῦτα·

Ζηνὸς ἐπομβρήσαντος ἐπεκλύσθησαν ἄρουραι,
ἡμετέρην δ' ἀέκουσαν ἔτι κρύπτουσι γενέθλην.

70. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὸν ἀπὸ κόντου κατερχόμενον θηριομάχον.

Κόντον ἀνὴρ κατέπηξε, δέμας δ' εἰς ἠέρα ῥίψας
ἰδνώθη προκάρηνος, ἀνεγρομένου δ' ὑπένερθεν
θηρὸς ὑπερκατέβαινεν ἐϋστρέπτοισι πόδεσσιν·
οὐδὲ λάβεν· λαοὶ δὲ μέγ' ἴαχον· ἔκφυγε δ' ἀνήρ.

in lemmate tamen κολόκυνθος exhibet. Utroque modo scribitur. Cf. *Athenae.* L. II. p. 59. 6. *Stephan.* Thes. Gr. L. T. V. p. 1259. *F. Bodae. a Stapel.* ad *Theophrast.* L. VII. p. 783. *Reiskius* V. 1. κολόκυνθε dedit. V. 2. κολοκύνθων. Vat. Ibidem post σικύων inseritur γένος, quod cum *Reiskio* omisi.

Nr. 70. Cod. p. 448. Edidit *Jensius* nr. 75. *Reiskius* p. 144. nr. 726. θηριομάχοι sunt, qui cum bestiis in arena pugnant, praecipue cum leonibus, qui θῆρες appellantur prae caeteris. *Schol. Apoll. Rhod.* I. 1243. *Alberti* ad *Hesych.* p. 1712. 37. Iidem vulgo vocabantur κυνηγοί, et amphitheatrum, in quo pugnabant, κυνηγέσιον. Vide *du Cang.* Lex. Gr. med. aevi. p. 764. Is, de quo hoc Epigramma agit, de conto, terrae infixo, in quo corpus librabat, belluam irritasse videtur. Quae quum se erexisset, ille se de conto celeri saltu dejecit et bestiam effugit. — V. 2. ἀνεγρομένοιο δ' ὕπερθεν. Vat. unde *Reiskius* ὑπαίθεν fecit, *subtus* vertens. Lenius videbatur, quod in textu posui. — V. 4. οὐδὲ λάβεν, ὁ θὴρ τὸν ἄνδρα sc. dura tamen brevitas. — μετίαχον. Cod. quod cum *Reiskio* emendavi.

71. ΑΔΗΛΟΝ.

ἔχει τὰ ΚΔ γράμματα.

Ἀβροχίτων δ' ὁ φύλαξ θηροζυγοκαμψιμέτωπος.

72. ΑΛΛΟ.

ὅμοιον.

Ἀβρὸς δ' ἐν πρόχοαις Κύκλωψ φθογγάζετο μύρμηξ.

73. ΑΛΛΟ.

τὰ εἴκοσι τέσσαρα στοιχεῖα.

Τρηχὺν δ' ὑπερβὰς φραγμὸν ἐξήνθιζε κλώψ.

74. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Ῥιγηλὴ πάντως ἔνοσι χθονός, εἴτε σε πόντου,

No. 71. 72. Cod. p. 448. Habet Planud. p. 23. St. cum lemmate: στίχοι ἔχοντες τὰ εἴκοσι τέσσαρα στοιχεῖα. — V. 2. φθογγάζεται Vat. φθογγάζετο. Plan. Hanc verbi formam ex *Jone* excitat *Schneiderus*.

Nr. 73. Vat. C. p. 449. Hunc versum alibi non vidi editum.

Nr. 74. Vat. C p. 452. Edidit cl. *Chardon de la Rochette* in *Mag. encycl.* an. V. 4. p. 317. et iterum in *Mélanges*. T II. p. 313. — V. 1. πασῶν ἐνοσίχθονος. *Vat.* Fluminis nomen latere in voce ῥιγηλὴ existimabat cl. editor, aut legendum: ῥιγηλῆς παῖς ὢν ἐνοσίχθονος, *fili timende Neptuni*. Voce in duas divisa, et πασῶν in πάντως mutato, hunc versum sanari posse existimabam. Poëta, nova sibi domo exstructa, terrae motum, rem ipsi omnium maxime timendam, deprecatur. Jam veteres philosophos terrae motum modo a ventis, in terrae visceribus inclusis, modo ab undis derivasse, satis constat Cf. *Plutarch.* de Plac. Phil. L. III. 15.

εἴτ' ἀνέμων αἴρει ῥεῦμα τιναςσόμενον,
οἰκία μοι ῥύευ νεοτευχέα· δεῖμα γὰρ οὔ πω
ἄλλο τόσον γαίης οἶδ' ἐλελιζομένης.

75. ΕΜΠΕΔΟΚΛΕΟΥΣ.

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε,
θάμνος τ', οἰωνός τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς·
ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλιος ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητὸς

Seneca Nat. Quaest. II. 1. *Jan. Bake* ad Posidonii Reliqu. p. 82. s. *Schneider* Anmerk. zu den Eclog. Physic. p. 108. sqq. — V. 2. ἐῤῥει. Vat. quod emendavi praeeunte *Rochetto*, ut et mox V. 4. οἶδ' ἐλελιζομένης, pro εἰδελελιζομένης, ut in Cod. legitur. — V. 3. οἰκεία. Vat. Pro οὔ πω vide an οὔ τι legendum sit.

Nr. 75. Vat. p. 453. Est in *Planud.* p. 117. ed. St. Duos priores versus excitat *Diogen. Laert.* VIII. 77. et plurimi alii, quos laudat *Sturzius* in fragm. Empedoclis p. 466. sq. qui et varietatem lectionis enotavit. — V. 2. ἔμπυρος. In hac voce, quam Vat. C. tuetur, explicanda, vehementer trepidant Interpretes, qui peculiare quoddam piscium genus anquirunt, quod ἔμπυρον vocari potuerit; alii ad conjecturam confugiunt. At verum sensum, quod nec *Menagium* fugit, explicuit *Aristoteles* de Respiratione c. 14. Ἐμπεδοκλῆς οὐ καλῶς τοῦτ' εἴρηκε, φάσκων τὰ θερμότητα καὶ πῦρ ἔχοντα πλεῖστον τῶν ζώων ἔνυδρα εἶναι. V. 3-7. ex *Diogen. Laert.* VIII. 62. p. 531. habentur in Plan. p. 117. St. ubi et alii quinque versus adduntur. Cf. *Sturz.* p. 646. s. Legebantur initio τῶν καθαρμῶν. — V. 4. ἀν' ἄκρα πόληος. Vat. ut et alii. πόλιος in vett. edd. Plan. quod probavit *Brunck.* in Lectt.

πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥςπερ ἔοικεν ταινίαις τε περίστεπτος, στέφεσίν τε θαλείοις.

76. ΑΔΗΛΟΝ.

εἰς τοὺς Ἴβηρας καὶ Ἀρμενίους ὅτι ὑπετάγησαν τῷ τῶν Ῥωμαίων βασιλεῖ.

Ἀρμενίων τάδε φῦλα καὶ ἄλκιμον ἔθνος Ἰβήρων,
Χριστοῦ ζῆλον ἔχοντες ἑκούσιον ἐς ζυγὸν ἦλθον,
θεσμῷ ὑπεδρήσσοντες ἀνικήτων βασιλήων.

77. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς λουτρὸν ἐν Σμύρνῃ.

Χῶρος, τίς μερόπων σε λιπαυγέα τὸ πρὶν ἐόντα
πλούσιον ἐν φέγγει θήκατο λουομένοις;

p. 216. ubi similis Synizesios exempla dedit. — V. 7. περίστρεπτος. Vat. περίστεπτος. Diog. Laërt. Cf. supra ad nr. 50. — θαλείαις. ed. Flor. θαλείης. *Diog.* *Scaliger.* in not. mst. στέφεσίν τε τεθαλώς. Optime habet lectio codicis στέφεσιν θαλείοις, i. e. θαλεροῖς. *Eustath.* ad Odyss. p. 759. s. ἐπὶ δ' ὀφρύσι σελίνων στεφανίσκους θέμενοι, θάλειαν ἑορτὴν ἀγάγωμεν. quae *Anacreontis* esse docemur ex *Athen.* XV. 4. p. 674. C.

Nr. 76 Vat. Cod. p. 456. Quae ad hoc Epigramma illustrandum faciunt, petere licet ex *Sozomen.* Hist. Eccl. II. 7. p. 368. II. 8. p. 370. ubi Iberi traduntur ad Constantinum Imperatorem legatos misisse, συμμαχίαν καὶ σπονδὰς φέροντας, ἀντὶ δὲ τούτων ἱερέας τῷ ἔθνει ἀποσταλῆναι δεομένους. Cf. *Le Quien* Orient. Christ. T. I. p. 1333. et 1356. — V. 1. τάδε φῦλα. Ex his verbis fortasse suspiceris, hos versus tabulae pictae fuisse adscriptos, quae Armeniorum et Iberorum ad Imperatorem romanum legationem repraesentaret.

Nr. 77. Vat. C. p. 461. Edidit *Huschke* in Anal. crit. p. 274. — V. 1. „χῶ-

τις δὲ καὶ αἰθαλόεντι ῥύπῳ πεπαλαγμένον ἄρτι,
κεῖνον αἰστώσας, Φαιδρὸν ἔδειξε δόμον·
Φρηνοόφηος πᾶσι Θεοδωρίας, ὡς ἐτεὸν δή,
κἂν τούτῳ καθαρὴν δεικνύμενος κραδίην·
ὃς γὰρ ἐὼν πόλιος κτεάνων ταμίης τε πατήρ τε,
κέρδεσιν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἐμίηνε χέρας·
ἀλλὰ θεὸς Φιλόπατριν, ἐρισθενές, ἄφθιτε Χριστέ,
πήματος αὐτὸν ἄτερ σῶζε τεῇ παλάμῃ.

78. ΙΩΑΝΝΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Ἵππον εὔῤῥείτην χρονίῃ μάστιγι δαμέντα

ρος. Apud hos serioris aetatis scriptores universe significat aedificium qualecunque, ut templum etc. Anal. T. III. p. 139. ep. XXVIII. χῶρος ἐγὼ θεσμοῖσιν ἀνειμένος. Agathias Ep. LII. χῶρος ἐγὼ τοπρὶν μὲν ἔην στυγερωπὸς ἰδέσθαι. *Leontius* ep. XI. ἵππων χῶρον ἀεθλοφόρων. *Agathias* in Praefat. v. 118. ὅσσα περ ἢ γραφίδεσσι χαράξαμεν, ἤ τινι χώρῳ." *Huschke.* — V. 3. ῥύπῳ πεπαλ. *Antip. Sid* Ep. 61. πίνῳ πεπαλαγμένον ἔσθος. *Callimach.* Lav. Pall. 7. λύθρῳ πεπαλαγμένα πάντα. V. 4. αἰστώσας i. e. ἀφανίσας. — Φαιδρὸν ἔδειξε. *illustrem reddidit.* Eadem vi Ep. ἀδ. in Stat. Aurig. XXII. οὐ μόνον ἐν σταδίοις σε κατέστεφε πότνια Νίκη, Ἀλλὰ καὶ ἐν πολέμοις δεῖξεν ἀεθλοφόρον. — V. 5. In corruptissima voce, quae hunc versum incipit, latet nomen patris *Theodoriae*; nam πᾶσι in παῖς mutandum esse, in oculos incurrit, et monuit *Huschke.* — V. 7. πόλιος πατήρ. sic *summus* in urbibus *magistratus* appellabatur. Conf. *Du Cange* Lex. Gr. med. p. 1131.

Nr 78. Cod. Vat. p. 463. cum lemmate: εἰς τὸ δημόσιον λουτρὸν τὸ καλούμενον ἵππον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Edid. *Huschke* in Anal. cr. p. 276. — V. 1.

χρυσείῳ πολύολβος ἄναξ ἤγειρε χαλινῷ.

79. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Δάφνης εὐπετάλοιο φερώνυμόν ἐστι λοετρόν.

80. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

ἐν κώμῃ τῆς Σμύρνης.

Οἷον ἔτλης καὶ τοῦτον, Ἀγακλείδη, μέγαν ἆθλον,
θυμῷ τολμητῇ κῦδος ἄριστον ἑλών·
νύμφης ἀρχαίης Βάσσης πολυκαγκέα χώρην
ὕδασι καὶ λουτροῖς θῆκας ἀφνειοτέρην.

81. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ,

τοῦ ΜΙΝΩΤΑΥΡΟΥ,

εἰς κόγχον ἔχουσαν Ἀφροδίτην.

Ἃ μέγα σοί, Διόνυσε, χαρίζομαι· εἰς ἐμὲ Κύπρις
λούεται· ἐξ αὐτῆς σοὶ τὰ κύπελλα φέρω.

ἵππος. ipsa aqua est, quae natura sua incitata (quam χρονίην μάστιγα appellat) volvitur. χαλινὸς autem aedificium est, in quo aqua ad balneum continebatur.

Nr. 79. Cod. Vat. p. 463. Edidit *Huschke* l. c.

Nr. 80. Vat. Cod. p. 471, *Huschke* Anal. cr. p. 276. s. In Agacliden quendam, qui locum olim aridum aqua et balneis instruxerat. — V. 3. Βάσσης. Pro depravato habebat cl. editor, qui *Heynii* conjecturam profert, βήσσης, *convalle*, legentis. Mihi nomen videtur Nymphae, cui ille locus sacer erat. — πολυκαγκέα. μεγάλως κατάξηρον. *Hesych.* Idem est h. l. quod δίψιον. Cf. *Homer.* Ιλ. λ. 641.

Nr. 81. Cod. Vat. p. 472. Edidit *Huschke* in Anal. cr. p. 273. — V. 1. Διόνυσε. Haec concha itaque, cui Venus insculpta, poculi usum praestabat. — V. 2. ἐξ αὐτῆς. ob conchae ex mari originem.

82. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Βιβιανοῦ τόδε ἔργον, ὃν ἀντολίαι δύσιές τε
μέλπουσιν γεραρῶς εἵνεκεν εὐνομίης.

83. ΑΛΛΟ.

Τόνδε τύχης ἀνέγειρε δόμον Δημήτριος ἀρχός,
τὴν πόλιν οἰκτείρας ὡς παῖς Ἱερίου·
αὐτοῦ καὶ βουλῇ τάδ' ἐδείματο, οὔτε πόληος
οὔτ' ἔτι δημοτέροις χρήμασιν, ἀλλ' ἰδίοις.

84. ΑΛΛΟ.

εἰς καμάραν.

Μεσσαλινοῖο γόνος τόδε θέσκελον ἔκτισε τόξον.

Nr. 82. Vat. Cod. p. 473. Nondum videtur editum.

Nr. 83. Cod. p. 473. Edidit *Huschke* in Anal. cr. p. 279. — V. 1. ἀνέγειρε. *exstruxit;* nisi est, *instauravit.* Cf. Anim. T. III. P. II. p. 75. — V. 2. ὡς παῖς Ἱερίου. indicare videtur, Demetrium, patri Hierio, viro patriae amantissimo, similem, illius et exemplum et consilium in exornanda patria esse secutum. — V. 4. ἰδίοις. Comparavit cl. editor Epigr. ἀδ. CCCXLV. de balneo: τεῦξέ μιν οἰκείοις χρήμασι καὶ δαπάναις.

Nr. 84. Cod. Vat. p. 474. Edidit *Huschke* in Anal. crit. p. 271. qui haec notavit: „Messalinus architectus memoratur etiam in Inscriptione ap. *Chandlerum* p. 11. quae extat in Anal. Bruck. Lectt. et Emend. p. 288. Mirum autem τόξον h. l. dici pro *fornice*, quod a *Ducangio* non est notatum, ad exemplum Romanorum, qui fornicem passim vocant *arcum.* Ovid. Metam. III. 29. *Est specus in medio, virgis ac vimine densus Efficiens humilem lapidum compagibus ar-*

85. ΑΔΗΛΟΝ.

Δῶρον Τερμησσοῖο δικασπολίης χάριν ἁγνῆς
Εὐσέβιος θεράπων θῆκε θεῷ τὸ γέρας.

86. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Δένδρεον ἱερὸν εἰμί· παρερχόμενός με φυλάσσευ
πημαίνειν· ἀλγῶ, ξεῖνε, κολουομένη·

cum. *Arcus latinum non est*, notabat Scholiastes ineditus ap. Spanhemium de Usu et Praest. Numism. p. 857. ad Ciceronis *fornicem Fabianum*. Nimirum post Ciceronis aetatem demum invaluit haec significatio, et translata tandem est ad graecam vocem τόξον." Hoc sensu διατόνια τοξοειδῆ dicta ap. *Athen.* L. V. p. 205. F.

Nr. 85. Cod. Vat. p. 475. Edidit *L. Holstenius* ad *Stephan. Byzant.* p. 320. *Huschke* in Anal. crit. p. 209. — V. 1. Τερμησσοῖο. Sic recte Cod. quum in nonnullis Apographis Τερμήσσοιο legatur. Eadem urbs Pisidiae a nonnullis Τερμισσὸς appellatur, de qua scriptura docte disputavit cl. Analectorum editor. — V. 2. *Spanheimius*, qui hoc distichon debebat Holstenio, de Usu et Pr. Numism. T. III. p. 27. dedit: εὐσεβίης θεράπων θῆκε θεῷ τὸ γέρα. *pietatis cultor hoc Deo praemium dedicavit.* Sine causa idonea. Eusebius munus, quod a Termessensibus ob jus insigni cum integritate dictum acceperat, deo dicat; et quidem, ut *Spanhemio* videtur, Solymo, patrio Termessensium heroi, cujus ipse sacerdos (θεράπων) fuit. — θῆκε pro ἀνέθηκεν, illustrat *Huschke* l. c.

Nr. 86. Vat. C. p. 475. Edidi in Exercitationibus crit. T. II. p. 81. *Chardon de la Rochette* in *Magas. encycl.* an. V. T. IV. p. 332. *Huschke* An. crit. p.

μέμνεο, παρθένιός μοι ἔτι φλόος· οὐχ ἅπερ ὠμαῖς
ἀχράσιν· αἰγείρων τίς γένος οὐκ ἐδάη;
εἰ δὲ περιδρύψῃς με παρ' ἀτραπιτόν περ ἐοῦσαν,
δακρύσεις· μελέῳ καὶ ξύλον Ἡελίῳ.

87. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Εὐρώταν ὡς ἄρτι διάβροχον, ἔν τε ῥεέθροις
εἵλκυσ' ὁ τεχνίτης ἐν πυρὶ λουσάμενον·

236. Scriptum in populum arborem, juxta viam praetereuntium injuriis obnoxiam. — V. 3. μέμνεο π. μοι ἐπιφλόος. Vat. quam lectionem tuetur cl. *Rochettus*, ἐπίφλοος de tenuissimo libro explicans, qui corticem ambit; μέμνεο autem; *memineris*. Est haec forma ap. *Herodot.* L. V. 105. Conjeceram ipse μίμνει παρθένιός μοι ἔτι φλόος. quorum posterius saltem etiamnum verissimum puto. Causa enim gravissima, cur viatorum manus avertat, haec est, quod *etiamnum* virginali illa pelle circumdata sit. — V. 4. αἰήρων. Vat. quod emendavi praeeunte *Schneidero*. — V. 5. περιδρύψῃς. hoc mutare non sum ausus. Vide ad nr. 121. V. 3. Mox παρκτραπίην, quod est in membr. in παρ' ἀτραπιτὸν mutavi, probante *Schneidero* et *Huschkio*. περ positum ut ap. *Homerum* Od. α. 314 μή μ' ἔτι νῦν κατέρυκε, λιλαιόμενόν περ ὁδοῖο. *Orph.* Argon. 63. ἡ δέ οἱ εὐχωλῇσιν ἐφέσπετο κηδομένη περ.

Nr. 87. Vat. C. p. 475. Edidit *Huschke* Anal. crit. p. 205. *Chard. de la Roch.* Mag. encycl. an. V. T. VI. p. 176. Scriptum est in aeneam Eurotae statuam, opus ob mollitiem admirabile. — V. 1. ἔν τε ῥεέθροις. dictum per periphrasin pro ἔτι ῥέοντα. — V. 2. εἵλκυσε. *duxit*, de fabrili opere, i. e. *finxit*. Similis est usus in Herodoteo ἑλκύσαι πλίνθους. L. I. 179. p. 84. —

πᾶσι γὰρ ἐν κώλοις ὑδατούμενος ἀμφινένευκεν
 ἐκ κορυφῆς ἐς ἄκρους ὑγροράτων ὄνυχας·
ἁ δὲ τέχνα ποταμῷ συνεπήρικεν· ἆ τίς ὁ πείσας
 χαλκὸν κωμάζειν ὕδατος ὑγρότερον;

88. ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Θεσσαλαὶ αἱ βόες αἵδε· παρὰ προθύροισι δ' Ἀθάνας
 ἑστᾶσιν, καλὸν δῶρον, Ἰτωνιάδος·

τεχνήτης. Vat. — V. 4: ἐκ κορυφῆς ἐξ ἄκρους ὄνυχας, comparavit *Huschke* Homericum Ιλ. ψ. 169. ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, et formulam ἐκ ποδὸς εἰς κεφαλήν, apud Comicos et Comicorum imitatores paſsim obviam. Cf. *Abresch.* Lectt. Ariſtaen. p. 64. Depravatam vocem ὑγροράτων olim in ὑγρὸς ἐὼν censebam mutandam, probante *Huschkio*; *Rochettus* ὑγροραγῶν corrigit, imaginem ita formatam fuiſse existimans, ut aqua ex omnibus membris destillare videretur. Mihi tamen verior videtur ſententia *Huschkii*, qui poëtam ludere existimat in ambigua verbi ὑγρὸς significatione, quod non modo de humidis, sed de iis etiam rebus dicitur, quae flexibiles sunt et ad sensum molles. Locis à viro doctissimo allatis adde *Rufin.* Ep. VI ὕδατος ὑγροτέρῳ χρωτὶ σαλευόμεναι. *Nicetas Chon.* de Statuis ap. Banduri. L. VI. § 517. p. 11. καίπερ δρεσώδης ὁρωμένη κἂν τῷ χαλκῷ καὶ ὑγραινομένη πρὸς ἔρωτα. Vide an scribendum sit: ὑγροβατῶν, quod verb. ab ὑγροβάτης derivatum et de eo dici potest, qui per aquas, et qui molli gressu incedit. — V. 5. ars cum vero fluvio contendit. — ἆτις ὁ πείσας. Vat. — V. 6. κωμάζειν. pro *incedere* dictum, ut Ep. ἀδ. CCLXXXVIII. ἐκ πυρὸς εἰς Οὔλυμπον ἐκώμασας.

Nr. 88. Vat. C. p. 478. Edidit *L. Holstenius* ad *Steph. Byz.* p. 151 *Huschke* in An. cr. p. 203. Lemma: εἰς βόας χαλκοῦς. — V. 1: προθύροις. Vat. quod

πᾶσαι χαλκεῖαι, δυοκαίδεκα, Φράδμονος ἔργον;
καὶ πᾶσαι γυμνῶν σκῦλον ἀπ' Ἰλλυρίων.

89. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Ὠ'γινόμοι Σώτων καὶ Σίμαλος, οἱ πολύαιγοι,
οἷα βαθυσχίνων, ὦ ξένε, παρολκιδαν.
Ἑρμᾷ τυρευτῆρι καὶ εὔγλαγι τὸν χιμάραρχον
χάλκεον εὐπώγων' ὧδ' ἀνέθεντο τράγον.

emendavit *Huschke.* De Minerva Itonidi dixit ad h. l. *Holstenius.* Nos in Animadverss. T. I. P. I. p. 285. et P. II. p. 83. — V. 3. Φράδμονος. Hunc artificem ex *Pausania* et *Columella* in Catalogum suum retulit *Junius* p. 164.

Nr. 89. Vat. C. p. 478. In signum capri aëneum a caprariis Mercurio dicatum. — V. 1. ωγινομοι. Vat. Σίμαλος an alibi occurrat, ignoro equidem; non tamen putem Σιμύλος corrigendum esse. — V. 2. ὤξενε παρολκιδαν. Vat. ὦ ξένε scribendum esse, nemo dubitabit. Alterum difficilius est. Latet nomen loci, in quo illi capellarum pascebant greges, βαθυσχίνῳ illo, *lentisci fruticetis* repleto, quibus capras delectari constat. *Theocrit.* Εἰδ. V. 128. ταὶ μὲν ἐμαὶ κύτισόν τε καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδοντι, Καί σχῖνον πατέοντι. ubi *Schol.* κύτισος, αἴγιλος καὶ σχῖνος, θάμνοι εἰσὶν οἷς ἐπινέμονται αἱ αἶγες. Est apud *Hesychium* vox ῥαχάς. χωρίον σύνδενδρον καὶ πετρῶδες. de qua voce si satis constaret, legeris fortasse haud inepte:

παρ ῥαχάδων.

In ejusmodi regionibus pascuntur caprae. *Leon. Tar.* Ep. XCVIII. ποιμένες, οἱ ταύτην ὄρεος ῥάχιν οἰοπολεῖτε, Αἶγας κεὐείρους ἐμβατέοντες ὄϊς. — V. 3. εὐγλαγιτόν. Vat. εὔγλαγι τὸν χ. jam scripsit in Lex. V. εὔγλαγος, *Schneiderus*, cum quo hoc Epigramma communicaveram. — V. 4. εὐπώγον ωδ. Vat.

90. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

εἰς ποτήριον οἰκείας θυγατρὸς παρθένου.

Χεῖλος Ἀνικήτεια τὸ χρύσεον εἰς ἐμὲ τέγγει·
ἀλλὰ παρασχοίμην καὶ πόμα νυμφίδιον.

91. ΦΩΚΑ ΔΙΑΚΟΝΟΥ.

Οἰνοχόῳ φίλον εἰμὶ μόνῳ δέπας, οὕνεκεν αὐτῷ
Βάκχον ἀολλίζω τὸν περιλειπόμενον.

92. ΑΔΗΛΟΝ.

εἰς καμάραν τοῦ Φόρου πρὸς τὴν δύσιν.

Μηνᾶς χρύσεον ἔργον ἐδείματο πᾶσιν ὁδίταις,
κυδαίνων πτολίεθρον ἐριχρύσων βασιλήων.

Nr. 90. Cod. Vat. p. 480. Edidit *Huschke* Anal. crit. p. 272. qui de sinceritate nominis Ἀνικήτεια dubitat. — εἰς ἐμέ. ut supra nr. 81. εἰς ἐμὲ Κύπρις λούεται. Ep. ἀδ. DCLXXVII. 3. κεῖμαι ἐς αὐχμηροὺς καὶ ἀλαμπέας Ἀΐδος εὐνάς.

Nr. 91. Vat. Cod. p. 482. Edidit *de Bosch.* in Anth. Plan. T. III. p. 438. cum hac summi Interpretis versione: *Pocla ministranti poclum non gratius ullum; Namque illi e vino colligo quod superest. Huschke* in Anal. crit. p. 272. Lemma est in Codice: εἰς φιάλην ἐν ᾗ συνάγονται τὰ περιττά.

Nr. 92. Vat. C. p. 483. Edidit *Huschke* in Anal. crit. p. 269. Scriptum in fornicem a Mena in foro exstructum. *Constantin. Porphyr.* in Basilio nr. 91. κατὰ τὴν ἀγοράν, ἣ Φόρος προσαγορεύεται. *Suidas.* Φόρος. τὸ πωλητήριον, ὁ τόπος ἐν ᾧ πωλοῦνται τὰ ὤνια. *Du Cang.* Lex. Gr. med. p. 1690. et in CPoli christ. T. I. p. 75. Post hoc distichon in Cod. sequitur titulus: εἰς ἑτέραν καμάραν, lacuna relicta; unde Epigramma periisse apparet.

93. Α Λ Λ Ο.

Τόνδε καθιδρύσαντο θεῷ περικαλλέα βωμόν,
λευκῆς καὶ Πτελέου μέσσον ὅρον θέμενοι
ἐνναέται χώρης σημήϊον· ἀμμορίης δὲ
αὐτὸς ἄναξ μακάρων ἐστὶ μέσος Κρονίδης.

94. Α Δ Ε Σ Π Ο Τ Ο Ν.

Τέκτονά με σκοπίαζε σοφῶν κοσμήτορα μύθων
ἰθύνοντα τέχνην εὐεπίης κανόνι.

Nam id quod sequitur, quod etiam in Cod. proximum est, in aram scriptum, non in fornicem.

Nr. 93. Vat. Cod. p. 483. Edidit *Huschke* Anal. crit. p. 269. quem fugit hoc tetrastichon editum esse in *Demosthen.* Or de Haloneso. I. p. 87. ed. R. Χεῤῥονήσου οἱ ὅροι εἰσὶν οὐκ Ἀγορά, ἀλλὰ βωμὸς τοῦ Διὸς τοῦ Ὁρίου, ὅς ἐστι μεταξὺ Πτελεοῦ καὶ λευκῆς ἀκτῆς, οὗ ἡ διωρυχὴ ἔμελλε χεῤῥονήσου ἔσεσθαι, ὥς γε τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τοῦ ὁρίου δηλοῖ· ἐστὶ δὲ τουτί. Τόνδε κ. τ. λ. — V. 3. ἀμμορίης. pro ὁμορίης positum existimatur.

Nr. 94. Vat. Cod. p. 484. Edidit *Huschke* An. crit. p. 280. qui haec notavit: „In rhetorem, qui eloquentiam ad artis regulam exigebat. Nota metaphora! *Theognis* v. 543 χρή με παρὰ στάθμην καὶ γνώμονα τήνδε δικάσσαι, Κύρνε, δίκην. Vide Valken. ad Ammon. p 108. Etymol. M. in voce Κανών — ὥσπερ γὰρ ὁ τέκτων κέχρηται κανόνι διὰ τὸ ἐπανορθῶσαι τὸ ἀποτελούμενον, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς κεχρήμεθα τῷ κανόνι διὰ τὸ ἐπανορθῶσαι τὰς λέξεις. Epigr. Byz. XXVII. ὡράων σκοπίαζε σοφὸν σημάντορα χαλκόν." Adde *Lucian* T. III. p. 160. τίς ἡ τάξις τῶν ὀνομάτων, ὅσα τε πρὸς τὸν ὀρθὸν κανόνα τῷ συγγραφεῖ ἀπηκρίβωται. *Plutarch.* T. II. p. 302. E. ὁ Πυθέας τὸν Δημοσθένους (λόγον) ἔλεγεν ἐλλυχνίων ὄζειν

95. Α Λ Λ Ο.

εἰς εἰκόνα Μαρκιανοῦ βασιλέως.

Μορφὴν τήνδ' ὁράᾳς ζώῳ ἐναλίγκιον ἵππῳ
Μαρκιανὸν φορέοντι βροτῶν βασιλῆα γενέθλης.
δεξιτέρην δ' ἐτάνυσσε, θέοντα δὲ πῶλον ἐπείγει,
δυςμενέος καθύπερθεν, ὅτις κεφαλῇ μιν ἀείρει.

96. Α Λ Λ Ο.

Οὗτος Ἰουστῖνος Σοφίης σχεδόν· ἀμφότεροι δὲ
χρύσεον ἔργον ἔτευξαν ἀπ' Ἀσσυρίοιο θριάμβου.

καὶ σοφιστικῆς περιεργίας ἐνθυμήμασι πυκνοῖς, καὶ περιόδοις πρὸς κανόνα καὶ διαβήτην ἀπηκριβωμέναις.

Nr. 95. Vat. C. p. 485. Edidit *Huschke* An. cr. p. 280. Commemoratur statua Marciani in Tribunali cum aliorum Imperatorum statuis posita. *V. Banduri* Antiqq. CP. nr. 255. *Codin.* nr. 41. *Heyne* in Comment. Soc. reg. XI. p. 49. Insidebat imperator in equo cito, dextra projecta; humi jacebat barbarus. — V. 4. ὅστις. Vat. quod in ὅτις mutavi cum *Huschkio*, quanquam ap. *Homerum* quoque Od. λ. 47. quidam legerunt: ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅστις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

Nr. 96. Vat. Cod p. 487. cum lemmate εἰς Ἰουστῖνον καὶ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα. Edidit *Huschke* Anal. crit. p. 281. Erant hae statuae in portu Sophiae, olim Juliani, a Justino Imperatore purgato. Commemorantur ab *Anonymo* in Antiqq. Const. L. III. §. 126. ap. *Banduri* p. 45. — V. 2. χρύσεον ἔργον de portu illo accipiendum videtur, ut χρύσεος omnino de rebus splendidis usurpari solet. — ἀπ' Ἀσσυρίοιο. Persae intelliguntur, cum quibus Justinus bella gessit, sed parum feliciter. Vide Anim. T. III. P. I. p. 266. sq.

97. ΑΛΛΟ.

Θεῖον Ἰουστῖνον, καθαρὸν φρουρήτορα θεσμῶν,
Δομνῖνος καθαροῖς ἐν προθύροισι Δίκης.

98. ΑΛΛΟ.

Εἰς λουτρόν.

Νύμφαι Νηϊάδες, μετανάστιοι, οὐχ ἅμα πάσας
ἥξειν ᾠϊόμην χεύμασιν ἡμετέροις·
εἰ δὲ τόσην τὸ λοετρὸν ἔχει χάριν, οὐδὲν ὀνήσει
ὁ φθόνος, εἰ Νύμφαι πᾶν ἀπέλειπον ὕδωρ.

Nr. 97. Vat. C. p. 487. Εἰς Ἰουστῖνον. *Huschke* An. cr. p. 281. In statuam Justini Imperatoris, in porticu Magni Praetorii collocatam, auctore Domnino, de quo vide Anim. T. II. P. III. p. 407. ad *Paul. Sil.* Ep. LXV. T. III. P. I. p. 170. — V. 2. καθαραῖς esse videtur in Cod.

Nr. 98. Vat. Cod. p. 487. Edidit *Huschke* An. cr. p. 277. qui illud aenigmatis instar esse monuit. Scriptum videtur in balneum, aquarum copia olim abundans, nunc iis destitutum, amoenum tamen. V. 1. μετανάστιοι, idem quod μετανάστριαι, quae suis sedibus relictis in alium locum se contulerunt. Cf. Anim. T. II. P. III. p. 406. T. III. p. 114. — V. 2. ἥξειν. Fortasse εἴξειν. *non existimaveram, vos simul omnes cum aquis vestris cessuras esse.* — V. 3. οὐδὲν ὀνήσει. Vir doctus apud cl. editorem, qui V. 2. φεύξειν corrigebat et ὑμετέροις, sensum totius Epigrammatis sic concepit: Non putabam, vos omnes hoc balneum derelicturas esse. Nec tamen illa vobis invidia multum proderit, quum hoc balneum vel sine aqua tantum amoenitatis habeat.

99. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ξεῖνε, τί νῦν σπεύδεις ὁρόων ἀκεσώδυνον ὕδωρ;
εὐφροσύνης τὸ λοετρόν· ἀποῤῥύπτει μελεδῶνας·
μόχθον ἐλαφρίζει· τόδε γὰρ ποίησε Μιχαήλ,
ὃς κρατερῆς βασιληΐδος αὐλῆς ἡγεμονεύει.

100. ΑΛΛΟ.

Εἰς Μινσώριον τῶν Εὐβούλου.

Ἀντία Τηλεμάχοιο καὶ ἐγγύθι Πηνελοπείης
τίπτε πολυφράδμων πολυταρβέα χεῖρα τιταίνεις;
οὐκ ἐρέει μνηστῆρσι τεόν ποτε νεῦμα, τιθήνη.

Nr. 99. Cod. Vat. p 487. *Huschke* in Anal. crit. p. 277. Serioris hoc auctoris tetrastichon, nec in idem balneum videtur scriptum. — V. 1. ἀκεσώδυνον. *aquas salubres.* Excitatur hoc vocabulum ex Epist. Hippocr. p 1272. — V. 2. ἀποῤῥίπτει. Cod. quod una litera mutata emendavi. Eundem errorem ex *Orphei* Arg. v. 1372. sustulit *Ruhnkenius* Ep crit. p. 274. Κίρκης ἐννεσίησιν ἀποῤῥύψεσθαι ἔμελλον Ἀρές. Vulgo: ἀποῤῥίψεσθαι. — V. 3. Μισαήλ. Vat. — V. 4. Quanto meliores forent numeri vocibus transpositis: ὃς κρατερῆς αὐλῆς βασιληΐδος ἡγεμονεύει! Vix tamen hoc librarii peccatum esse existimaverim.

Nr. 100. Cod. Vat. p. 487. *Huschke* Anal. cr. p. 278 τῶν Εὐβούλου. In *Xenodochio Eubuli,* ut videtur. Vid. *Du Cang.* CP. Chr. L. IV. p. 163. De μινσωρίοις, *missoriis*, vide notata in Animadverss. T. III. P. II. p 87. In illo, qui his versibus describitur, Ulysses erat, Euryeleae, quae ipsum agnoverat, ne quis esset aliis indicaret, manu nutuque significans. V. 1. τηλέμαχοι. Vat. et πινελοπείης. — V. 2. πολυφράδμων. i. e. πολύμητις, perpetuum Ulyssis epitheton.

101. ΑΛΛΟ.

εἰς ἐνδυτὴν ἑαυτοῦ.

Ἐν τῇ τραπέζῃ τῶν ἀχράντων θυμάτων
παθῶν τυθέντας τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ γράφω·
οὕςπερ γὰρ αἰτῶ προςσκέπην ἔχειν Πέτρος,
φρικτοῦ τέθεικα τοῖς σκεπάσμασιν τόπου.

102. ΑΛΛΟ.

Εἰς δίσκον ἄλλον ἐν τῷ αὐτῷ.

Καὶ Πέτρος ἄλλος τὸν τάφον τοῦ κυρίου

Nr. 101. Cod. Vat. p. 487. εἰς ἐνδυ. ἑαυ. ἐνδυτὴ est *instratum arae*, interdum etiam *auleum sacrarum aedium*, quod plurimis exemplis allatis docuit *Du Cang.* Lex. Gr. med. aev. p. 385. sq. In hisce instratis pictae interdum conspiciebantur historiae. *Anonymus post Theophanem* p. 439. καὶ προσεκύνησαν τὴν ἐνδυτὴν τὴν ἔχουσαν τὴν ἁγίαν γέννησιν τοῦ Κυρίου. In eo, cujus his versibus fit mentio, martyrum quorundam passiones repraesentatae fuisse videntur, si recte conjicio V. 2. legendum esse: πάθη τυθέντων τῶν ὑπὲρ Χρ. *repraesento cruciatus eorum qui pro Christo immolati sunt.* Quo ἑαυτοῦ in lemmate referendum sit, non video. Sed hoc in ἐν τῷ αὐτῷ (ἐν αὐ) mutandum videtur. *Petrus* nomen est ejus, qui ἐνδυτὴν aut texuit, aut dedicavit; et sensus V. 3. 4. esse debet: *quos enim ego, Petrus, custodes mihi esse precor et propugnatores, eos in tegumento sacrosancti loci (altaris) posui.* Luditur in vocibus προςσκέπη et σκεπάσμασιν. V. 4. φρικτοῦ. ob mystica sacra. *Orpheus* Arg. 469. ἔνθα καὶ ὄργια φρικτὰ θεῶν, ἄρρητα βροτοῖσιν.

Nr. 102. Vat. Cod. p. 487. Etiam hoc videtur ineditum. Agitur de Petri cujusdam fabri disco, in

τὸν ζωοποιὸν εἰςιδεῖν μὴ συμφθάσας,
ἔγλυψα δίσκον, μνήματος θείου τύπον,
ἐν ᾧ τὸ Χριστοῦ σῶμα κύψας προςβλέπω.

103. Α Λ Λ Ο.

Εἰς ποτήριον ἐν τῷ αὐτῷ.

Κρατὴρ νοητὸς πνεύματος θείου βλύσει
κατανύξεως ῥοῦν ἐγχέω ταῖς καρδίαις.

104. Α Λ Λ Ο.

Τὸν βραχὺν ἰχθυβολῆες ὑπὸ σχοίνῳ με Πρίηπον,
στειλάμενοι κώπαις τὰν ὀλίγαν ἀκάταν, ...

quo sepulcrum Christi repraesentatum erat. Etiam hoc anathema in Eubuli Xenodochio fuisse videtur. — V. 2. *μὴ συμφθάσας.* Haec depravata videntur. Num *εἰσιδεῖν πᾶσιν*, *omnibus videndum*, eo consilio, ut omnes id videre possent; tum *φθάσας ἔγλυψα* foret, *celeriter, intra breve tempus* sculpsi.

Nr. 103. Vat. C. p. 188. Nec hoc editum vidi. In calicem videtur scriptum Sacrae coenae adhibitum. — V. 1. *βλύσει* a *βλύσις*, quam vocem Lexica ignorant. Ejusdem est analogiae *φλύσις*. Gloriatur calix, quod divini spiritus scaturigine poenitentiae rivos in hominum animos inducat.

Nr. 104. Vat. C. p. 191. Sine lemmate. Quum *Archiae* Epigramma praecedat, nostrum quoque eidem poëtae tribuendum videtur. Edidit *Huschke* An. cr. p. 228. qui hujus Epigrammatis membra non bene inter se cohaerere monet. Ut nunc haec leguntur *Πρίηπον* pendet a *τίετε*, at quae interjecta sunt, orationis filum turpiter rumpunt. Nullus dubito post V. 2dum excidisse distichon. — V. 2. *ἀκάταν.* Hanc formam Lexica ignorant. Cl. Editor

δίκτυα δ' ἀπλώσασθε, πολὺν δ' ἁλινηχέα βῶκα,
καὶ σκάρον, οὐ θρίσσης νόσφιν ἀρυσσάμενοι,
γλαυκὸν ἐνιδρυνθέντα νάπῃ σημάντορα θήρης
τίετ', ἀπ' οὐκ ὀλίγων βαιὸν ἀπαρχόμενοι.

105. ΑΡΧΙΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

Πᾶνά με τόνδ' ἱερῆς ἐπὶ δισσάδος, αἰγιαλίτην
Πᾶνα, τὸν εὐόρμων τῇδ' ἔφορον λιμένων,

ἄκατον reponendum existimat. In iis, quae exciderunt, Priapus piscatores exhortatus esse videri debet, ut ipsius opem muneribus promissis implorent. Quo facto largam illis pollicetur praedam — V. 3. δίκτυα τ' ἀπλ. Vat. δ' ἀπλ. scripsi. Expressit haec *Agathias* Ep. LVII. μοῦνον ἐνορμίταο παραὶ βωμοῖσι Πριήπου Ἢ σκάρον, ἢ βῶκας Φλέξον ἐρευθομένους. — V. 5. γλαυκόν. Si sincera est lectio, Priapi signa, non minio tantum, sed coeruleo quoque colore tincta fuisse videri debent. Sed vereor, ut lectio sincera sit.

Nr. 105. Vat. C. p. 491. Edidit *Huschke* An. crit. p. 226. Pan in litore positus navigantibus faustos ventos pollicetur. — V. 1 τόνδ' ἱερῆς. Verba in mendo cubantia cl. editor sic refingenda suspicatur: Πᾶνά με τόνδε πέτρης ἐπὶ λισσάδος. comparans *Suid.* in λισσάδας πέτρας. *Aeschyli* Suppl. 794 ἢ λισσάς, αἰγίλιψ . . . πέτρα. *Theocrit.* Eid. XXII. 36. κράναν ὑπὸ λισσάδι πέτρῃ. Adde *Apollon. Rhod.* L. II. 731. τῇ δ' ὑπὸ πέτραι λισσάδες ἐρρίζωνται ἁλίβροχοι. *Eurip.* Androm. 534. στάζω λισσάδος ὡς πέτρας λιβάς. Hoc igitur fortasse verum est. Fieri tamen possit etiam, ut *Archias* scripserit: Πᾶνά με τὸν δειρῆς ἐπὶ λισσάδος... quod ut minus notum facilius corrumpi potuit. Idem δειρὴ quod δειράς. *Suidas*: δειρὰ καὶ δειράδες· οἱ ταραχώδεις τόποι

οἱ γριπῆες ἔθεντο· μέλω δ' ἐγὼ ἄλλοτε κύρτοις,
ἄλλοτε δ' αἰγιαλοῦ τοῦδε σεληνοβόλοις·
ἀλλὰ παράπλει, ξεῖνε· σέθεν δ' ἐγὼ οὕνεκα ταύτης
εὐπλοΐης πέμψω πρηὺν ὄπισθε νότον.

106. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τᾷδ' ὑπὸ τὰν ἄρκευθον ἴτ' ἀμπαύοντες, ὁδῖται,
γυῖα παρ' Ἑρμείᾳ σμικρὸν ὁδοῦ φυλακί·
μὴ φύρδαν· ὅσσοι δὲ βαρεῖ γόνυ κάμνετε μόχθῳ
καὶ δίψᾳ, δολιχὰν οἶμον ἀνυσσάμενοι·
πνοιὴ γὰρ καὶ θῶκος εὔσκιος· ἁ δ' ὑπὸ πέτρᾳ
πίδαξ εὐνήσει γυιοβαρῆ κάματον.

τῶν ὀρῶν. *Hesych.* δέρα. ὑπερβολὴ ὄρους· οἱ δὲ τὰ σιμὰ τῶν ὀρέων. *Dosiadae* Ara l. 11. λισσαῖσιν ἀμφὶ δειράσιν. — αἰγιαλίτης. Vat. — V. 3. μέλω. *curam ago*, quem verbi usum attigit *Dorvill.* ad *Char.* p. 252. — V. 5. ταύτης εὐπλοΐης. haec non satis intelligo, nec sinceram scripturam existimo. Fortasse: ταύτης εὐνοίης. ut haec ad piscatorum illorum, qui signum illud posuerant, pietatem referatur.

Nr. 106. Vat. C. p. 491. Edidi olim in Animadvss. T. III. P. II. p. 21. post *Huschkium* in Anal. cr. p. 232. Comparandum inprimis Ep. ἀδ. CCLX. — V. 2. ὁδοῦ φυλακί. i. e. ἐνοδίῳ. de quo vide *Petavium* ad *Themist.* Or. IV. p. 54. A. p. 392. — V. 3. μηφυρδανοσσον. Vat. quod emendavit cl. *H.* *non omnes sine discrimine.* *Philostr.* in Ep. Anal. T. II. p. 400. Ἀχαιοὶ φύρδην Τευθρανίας νεῦνται ἀπ' ἠϊόνος. *Aeschyl.* Pers. 810. — βάρη γόνυ. Vat. — V. 4. δίψα. Vat. — V. 5. σύσκιος. Vat. σν et εν passim confusa, ut in Ep. *Philippi* IX. 6. εὐμέθου et συμαίθου. In eodem Epigr. quod obiter moneo, V. 1. corrigendum: ἡ γυιὴ πόδας.

ἔνδιον δὲ φυγόντες ὀπωρινοῦ κυνὸς ἆσθμα,
ὡς θέμις, Ἑρμείην εἰνόδιον τίετε.

107. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Ἀρχέλεως, λιμενῖτα, σὺ μέν, μάκαρ, ἤπιον αὔρην
πέμπε κατὰ σταθερῆς οἰχομένην ὀθόνην,

pro vulgato γυρῇ. — αἵ θ' ὑπό. Vat. — V. 7. ἔνδιον. *Hesych.* εἴδεος. θάλπους. καύματος. Εἴδεος ἐνδίοιο. καύματος μεσημβρινοῦ· *Tibull.* I. El. I. 27. *Sed Canis aestivos ortus vitare sub umbra Arboris, ad rivos praetereuntis aquae.*

Nr. 107. Vat C. p. 492. Edidit *Huschke* Anal. cr. p. 222. qui de Epigrammatis initio haec notavit: „Fortasse duo priora verba conjungenda sunt, ἀρχέλεως λιμενῖτα, *conditor urbis, praeses, dux coloniae, in portu posite.* Haec ratio placebat eruditissimo Heynio, qui Apollinem intelligebat." Si ejusmodi forma locum habet in hoc Epigrammate, (et certe Atticum νεὼν est in Inscript. Triop. II. v. 44.) malim equidem, ἀρχὲ νεώς, *navis praeses et custos,* ut hoc vocabulum accipiatur de Pane vel Priapo. Fortasse tamen aliud quid latet. Hoc mihi intelligere videor, poëtam tribus aut certe duobus diis salutem suam commendare; uni, qui in ipso portu abeuntibus favebat; secundo, in extremo littore collocato; Apollini denique, poëtis benevolo, de cujus aede quod itineris relinquebatur, peracturus est. Verba κατὰ σταθερῆς accipienda videntur de *mari tranquillo,* et tantum non immoto, quale in portubus bene constructis esse solet (ἀκυμάντους εἰς λιμένας. *Automed.* Ep. XI.). Sic ἀὴρ εὔδιος καὶ σταθερός. ap. Dionys. Hal. T. VI. p. 969. cui similia dedit *Schaefer* ad Dion. de Comp Verb. p. 338. Subaudiendum θαλάσσης. — V. 2. οἰχομε-

ἄχρις ἐπὶ Τρίτωνα· σὺ δ' ἠόνος ἄκρα λελογχὼς
τὴν ἐπὶ Πυθείου ῥύεο ναυτιλίην·
κεῖθεν δ' εἰ Φοίβῳ μεμελήμεθα πάντες ἀοιδοὶ,
πλεύσομαι εὐαεῖ θαρσαλέως Ζεφύρῳ.

108. ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Γώβρυ, Διώνυσος σε καὶ ἡ φιλεράστρια Κύπρις
τέρποι, καὶ γλυκεραὶ γράμμασι Πιερίδες·

νην ὀθόνην a πέμπε pendet, unde apparet, aut hoc, aut ἤπιον αὔρην depravatum esse, nisi forte in ἀρχέλεως participium latet cum ἤπιον αὔρην jungendum. Nihil haec difficultatis haberent, si legeretur:

Εὐχομένοις, λιμενῖτα, σὺ μὲν, μάκαρ, ἤπιον αὔρην
πέμπε κατὰ σταθερῆς οἰχομένη γ' ὀθόνῃ....

Ubi jungendum σταθερῆς γε. — V. 3. ἐπὶ Τρίτωνα. *usque ad altum. Suidas:* Τρίτωνος, Ποσειδῶνος. θαλάσσης. — σὺ δ' ἠίονος. Vat. Hoc etiam ad Pana poterit referri, qui et λιμενίτης erat, et ἀκρολοφίτης. Et σὺ μὲν . . σὺ δὲ, de una eademque persona interdum usurpatur. — Πυθείου. *Apollinis templum. Suid.* Πυθεῖον, τὸ μαντεῖον. V. 5. Haec erat tertia quasi statio itineris: prima per portum usque ad litus; altera usque ad templum quoddam Apollinis; ab eo inde, Phoebo favente, se ad finem itineris perventurum esse sperat. — ἀοιδήν. Vat. quod in ἀοιδοὶ mutavi, adstipulante editore cl. — V. 6. εὐαέϊ. Vat. male, quum in εὐαὴς media producatur.

Nr. 108. Vat Cod. p. 493. Edidit *Huschke* Anal. crit. p. 247. — V. 1. Γώβρυ. depravatum videtur nomen. — φιλελάστρια. Vat. quod emendavit cl. editor. Habet hanc formam *Philodem.* Ep. XVII. σὺ δ', ὦ

ὧν μὲν γὰρ σοφίην ἀποδρέπτεο· τῆς δ᾽ ἐς ἔρωτας
ἔρχεο· τοῦ δὲ φίλας λαβροπότει κύλικας.

109. ΑΔΔΑΙΟΥ.

Ἢν τινὰ καλὸν ἴδῃς, εὐθὺς τὸ πρῆγμα κροτείσθω·
βάζ᾽ ἃ φρονεῖς· ὀρκῶν δράσσεο χερσὶν ὅλαις·
ἢν δ᾽ εἴπῃς· τίω σε, καὶ ἔσσομαι οἷά τ᾽ ἀδελφός·
αἰδώς σου κλείσει τὴν ἐπὶ τοὔργον ὁδόν.

φιλεράστρι᾽ ἄκοιτις. — V. 3. ἐσέρωτας. Vat. Ad sensum confert cl. editor *Pindar.* ap. *Stobae.* Tit. CCXI. p. 711. Τοὺς φυσιολογοῦντας ἔφη Πίνδαρος ἀτελῆ σοφίας καρπὸν δρέπειν. Multa his similia sunt in Anthologia. Vide Animadverss. T. I. P. II. p. 136. et T. II. P. II. p. 254. Forma verbi δρέπτεσθαι obliterata in Ep. *Luciani* XXXVII. 4. ubi Br. ἑτέρων δρεψαμένων τὸ μέλι. Vat. C. δρεπομένων. Scr. δρεπτομένων.

Nr. 109. Vat. C. p. 493. *Huschke* Anal. crit. p. 260. Simplicem et compendiariam viam in puerorum amore suadet *Addaeus.* — V. 1. κροτείσθω i. e. συγκροτείσθω. *Liban.* T. IV. p. 590. 10. καὶ γάμον δεύτερον, ὡς ἂν εἴπῃ τις, ὑπὸ δευτέρων ἐθνῶν ἐκρότησα. ubi *Reiskius* συνεκρότησα corrigit sine causa idonea. Cf. *Casaubon.* ad *Athen.* p. 328. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 85. *Matthaei* ad Jo. Chrysost. Homil. T. II. p. 78. — V. 2. βάζε ἅ. Vat. — ὀρκῶν. Hoc verum esse nequit. Nam et jusjurandum simplex hic puerorum sectator ineptis illis nugis accensere debuit, quibus tempus incassum teritur. Quare nondum me poenitet conjecturae, quam eruditissimis probavi duumviris, *Huschkio* et *Schneidero*, ὀρχέων δράσσεο χερσὶν ὅλαις. Cf. *Straton.* Ep. LXIV. ubi hoc distichon excitavimus. — V. 4. ἐπὶ τουργον. Vat. ἔργον de re venerea, ut *Achill. Tat.* I. p. 28. σὺ δὲ μηδὲν εἴπῃς

110. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Μὴ πόδα γυμνὸν ἔρεσσε δι' ὑλάεσσαν ἀταρπὸν
Αἰγύπτου· χαροπῶν φεῦγε διὲξ ὀφίων·
ἀγρεῦ δουνακοφοῖτα· τὸν ἐκ χέρσου δὲ φύλαξαι
ἰόν, ὁ τοξεύειν ὄρνιν ἐπειγόμενος.

111. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Φρὴν ἱερὴ μεγάλη Ἐνοσίχθονος, ἔσσο καὶ ἄλλοις
ἠπίη, Αἰγαίην οἳ διέπουσιν ἅλα·

πρὸς παρθένον ἀφροδίσιον· τὸ δὲ ἔργον ζήτει. et paulo post: ἐὰν δὲ αἰτήσῃς τὸ ἔργον. et sic saepe. Cf. Anim. T. II. P. III. p. 97. *Bergk*. ad *Alciphron*. p. 112.

Nr. 110. Vat. C. p. 493. *Huschke* Anal. cr. p. 235. Ad aucupes; ut sibi in Aegypto a serpentibus caveant. — V. 1. μὴ πόδα γ. ἔρεσσε: *ne moveas pedem*. Sic *Bianor* nr. 116. V. 1. τὸ γεωτόμον ὅπλον ἐρέσσει . . ἡ δάμαλις. *Euripid*. Iphig. in Aul. 138. ἀλλ' ἴθ' ἔρεσσε σὸν πόδα. — δι' ὑλάεσσαν. Aptius mihi videbatur: δι' ἰλυόεσσαν ἀταρπόν. Quam conjecturam quum communicassem olim cum *Schneidero* viro doctissimo, hic adscripsit: „ibi minime latent serpentes, sed in silvis. At contra Aegyptus paludosa fit a Nilo, et in ripis latent ibi aspides." — V. 2. δι' ἐξ. Vat. δ' ὑπ' ἐξ, emendabat *Huschke*. Mihi vera videtur Cod. lectio, sic ut διὲξ scribatur, ut ap. *Apollon. Rhod*. I. 1014. 1157. II. 187. 351. 558. *Serpentes ibi insidiantes effugere stude*. — V. 3. δουνακοδηφατον. Vat. Quid sensus postularet, non latebat *Schneiderum*; quo duce veram lectionem restituit *Huschkii* sagacitas: ἀγρεῦ δουνακοφοῖτα, τόν. δουνακοφοίτης est *qui cum arundine incedit*; quam vocem ex hoc Epigr. *Schneiderus* in Lexicon retulit.

Nr. 111. Vat. Cod. p. 494. Edidit *Huschke* An.

κἤμοὶ γὰρ Θρήϊκι διωκομένῳ ὑπ' ἀήτῃ
ὤρεξας πρηεῖς Ἀσπασίῳ λιμένας.

112. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Καὶ μύρμηκι χολὴν καὶ σέρφῳ φασὶν ἐνεῖναι·
εἶτα χολὴν μὲν ἔχει ζῶα τὰ φαυλότατα·
ἐκκεῖσθαι δ' ἐμὲ πᾶσι, χολὴν μὴ ἔχοντα, κελεύεις;

crit. p. 218. qui haec erudite notavit. „φρὴν Ἐνοσίχθονος, ut apud *Homerum* Ιλ. Β. 851. Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ. *Alexand. Aetolus* ap *Athenae.* L. XV. p. 699. C. Ἀγαθοκλῆος λάσιαι φρένες." — V. 3. Θρήϊκι ἀήτῃ: *Antip. Sid.* Ep. CII. ὁ Θρῆϊξ ἐτύμως Βορέης βάλεν εἰς ἅλος οἶδμα. *Apollon. Rhod.* L. I. 820. ἄνεμοι Θρήϊκιοι. Vid. *Mitscherl.* ad *Horat.* T. I. p. 243. — διωκομένῳ ὑπ'. Hiatus offensioni esse non debet, qui in littera ω ante vocalem; praepositionum inprimis, passim occurrit in arsi. Vide exempla in Actis Phil. Monac. Fasc. III. p. 281. V. 4. πρηεῖ ἀσπασίω. Vat. Verissime emendavit cl. Editor. πρηεῖς Ἀσπασίῳ λιμένας: *Posidippus* Ep. VI. τὴν δὲ θαλάσσης ψαύουσαν πρηεῖς εἴχοσαν αἰγιαλοί. *Aspasius* occurrit in *Alcaei Mess.* Ep. XX.

Nr. 112. Vat. Cod. p. 496. *Huschke* Anal. crit. p. 261. qui V. 1. pro καὶ ἐρίφῳ, praeclare emendavit: καὶ σέρφῳ. *et formicae sua bilis et Serpho.* *Schol.* ad *Aristoph.* Vesp. 351. Κρατῖνος μύρμηκά φησι τὸν σέρφον· οἱ δὲ ζωΐφιον κωνωπῶδες· ἀφ' οὗ ἡ παροιμία· ἔστι κἂν μύρμηκι κἂν σέρφῳ χολή. παρεγγυῶσα μηδὲ τῶν μικρῶν καταφρονεῖν. *Suidas* in V. σέρφος. idem proverbium excitat. *Diogenianus* Cent. I. 12. priora tantum verba profert: κἂν μύρμηκι χολή. Sunt qui σερφὸς scribant; ut ap. *Hesychium.* — V. 3. ἐκκεῖσθαι. *omnium injuriis expositum esse. V.*

ὡς μηδὲ ψιλοῖς ῥήμασιν ἀνταδικεῖν·
τοὺς ἔργοις ἀδικοῦντας· ἀποφράξαντα δεήσει
λοιπὸν ὁλοσχοίνῳ τὸ στόμα, μηδὲ πνέειν.

113. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ τὸ φρονεῖν πλουτεῦσι περίστασις. ὄχλος, ἀνάγκη·
ζώνη ποικίλη καὶ κολάκων ἀνάγκη.

114. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐ δαψιλῶς μὲν, ἀλλ' ὅμως κἀγὼ τρέφω.
παῖδας, γυναῖκα, δοῦλον, ὄρνιθας, κύνα·
κόλαξ γὰρ οὐδεὶς τοὺς ἐμοὺς πατεῖ δόμους.

Stephan. Thes. Gr. L. II. p. 165. B. C. ἀφύλακτον ἐκκεῖσθαι ταῖς ἡδοναῖς dixit *Themistius* Or. I. p. 5. B. — V. 5. τοὺς ἔργοις. Vat. — V. 6. ὁλοσχοίνῳ. *Suidas.* ὁλοσχοίνῳ· Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας. Θεόφραστος δὲ τρία εἴδη σχοίνου φησίν· ὧν ὁ τρίτος μεγέθει καὶ εὐσαρκίᾳ διαφέρων ὁλόσχοινος καλεῖται. *Photii* Lex. ὁλόσχοινος, ἡ σχοῖνος. καὶ Δημοσθένης καὶ οἱ ἄλλοι.

Nr. 113. Vat. C p. 502. Non vidi editum. Obscurum distichon et corruptum; in quo nec metrum constat, nec sensus. Hoc dicere videtur: Sapere divitibus molestum esse; περίστασις. θλίψις. ἀνάγκη. μερίμνα. *Hesych.* Plurima congessit *Gataker* ad Marc. Ant. L. IX. 13. p. 271. — ὄχλος pro ὄχλησις, illustravit *Piers.* ad *Moer.* p. 290. — V. 2. Frustra h. v. corrigere sum conatus. Alii videant. Difficile tamen divinando assequi, quid Palladae ingenium voluerit.

Nr 114. Cod. Vat. p. 502. Edidit *Huschke* Anal. cr. p. 263.

115. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

εἰς ἄρχοντα.

Ἐπεὶ δικάζεις καὶ σοφιστεύεις λόγοις,
κἀγὼ φέρω σοι τῆς ἐμῆς ἀηδόνος
ἐπίγραμμα σεμνόν, ἄξιον παῤῥησίας·
οὐ γὰρ σὲ μέλπων τῆς Δίκης ὕπνους ἔχει.

116. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Ἠνίδε, καὶ χέρσου τὸ γεωτόμον ὅπλον ἐρέσσει,
καὶ τὸν ὑπουθάτιον μόσχον ἄγει δάμαλις,

Nr. 115. Cod. Vat. p. 503 Edidi in Animadverss. T. II. P. III. p. 251. Sunt autem hi versus praefationis loco habendi, et praefigi debebant Epigrammati *Palladis* CVII. — V. 1. λόγοις. Quum Sophistam in sermonibus agas i. e. docte et eleganter dicas. — V. 2. ἀηδόνος. *ingenium poëticum* esse videtur h. l. De *carminibus* frequentius usurpatur. Vide Animadverss. T. I. P. II. p. 302. — V. 4. depravatissimum versum sic emendandum esse suspicor:

ὁ γὰρ σὲ μέλπων τῆς Δίκης ὕμνους χέει.

nam qui te canit non tam te, quam ipsam Justitiam canere videtur. De verbis χέειν et ἔχειν passim confusis dixi in Addit. Anim. ad Athen. p. 330.

Nr. 116. Cod. Vat. p. 504. *Huschke* Anal. cr. p. 233. In bovem simul aratrum trahentem, et vitulum lactantem. — V. 1. ὅπλον ἐρέσσει. i. e. κινεῖ, ἕλκει. Vide ad nr. 110. — γεωτόμον. In Ep. ἀδ. CCXXIX. χάλκεος ἧς, ἐπὶ σοὶ δὲ γεωτόμος εἷλκεν ἄροτρον . . . *agricolam* significat. — V. 2. τὸν ὑπουθατίαν μόσχει Vat. ὑπουθάτιον μόσχον emendavit cl. Editor, et sic in Lex. retulit *Schneiderus*. Comparat *Huschke* Crinagor. Ep. XXII. ἐκ δὲ γάλακτος Θηλῆ

βούταν μὲν τρομέουσα διάκτορα, τὸν δὲ μένουσα
νήπιον, ἀμφοτέρων εὔστοχα φειδομένη·
ἴσχε', ἀροτροδίαυλε, πεδώρυχε, μηδὲ διώξῃς
τὰν διπλοῖς ἔργοις διπλὰ βαρυνομέναν.

117. ΑΔΗΛΟΝ.

Πᾶσα γυνὴ φιλέει πλέον ἀνέρος, αἰδομένη δὲ
κεύθει κέντρον ἔρωτος, ἐρωμανέουσα καὶ αὐτή.

118. ΚΑΛΛΙΚΤΗΡΟΣ.

Αἰσχυλίδα Θεόδωρε, τί μοι μεμάχηνται ἄριστοι;

praetuli *θρήνων*, ob sequens, *λῆξον ὀδυρμῶν*, pro quo *Pocock.* habet ΛΕΞΟΝ ΟΔΥΡΜΟΝ. — V. 4. Κ ΗΚΟΠΕΤΩΝ. *Poc.* Postrema denique verba, quae corruptissima sunt, ΟΙΚΙΟΝ ΑΠΟΣΤΙ . . . . ΕΤΑΙ. sic, ut vides, emendavimus ad mentem viri perspicacissimi, *Fr. Buttmanni*, qui certam hanc emendationem per literas mecum communicavit.

8.

Ἄρτι σε τὸν θάλλοντα νέοις ἐπὶ γυμνάδος ἔργοις,
ἄβας καλλίστοις ἄνθεσι τερπόμενον,
ἤΐθεον, Πρώταρχε, πατὴρ ἐκαλύψατο τύμβῳ,
ὀστέα δ᾽ ὀγκωθεὶς οὗτος ἔδεκτο τάφος·
πρόσθεν δ᾽ ὁ πρέσβυς πυκινῷ δεδμημένος ἄλγει
Ἰσιάδ᾽ ὠκύμορον μύρετο θυγατέρα·
αἰάξας δ᾽ ἄπληστα παλίνδρομον ἔλλαβε πένθος
Πρώταρχος· γαμετὴν γὰρ στονάχησ᾽ ἰδίην.
λάϊνα δ᾽ ὤγκωσεν τάδε σήματα· τὰς γὰρ ἀφ᾽ ὑμῶν
ᾅδης γηροτρόφους ἐλπίδας ὠρφάνισεν.

Edidit hanc Inscriptionem, in insula Chio repertam, *Jac. Tollius* in Epist. Itiner. p. 5. notis illustravit *Henninius* Ibid. p. 20. et *Leichius* in Sepulcr. p. 12. et 32. Eandem invenit *Reiskius* in Cod. Lipsiensi, cui nonnulla sunt attexta, quibus Vat. membranae carent, eamque inseruit Anthologiae p. 109. nr. 648. sine notis lectionisve varietate. — V. 1. *γυμνάδος* pro *γυμνασίου*, ut in Ep. *ἀδ.* DCCXXII. et DCCXXIII. et ap *Lycophr.* v. 866. *ἥξει δὲ ταύρου γυμνάδας κακοξένους, Πάλης κονίστρας.* — Pro *νέοις Henninius* mallet *νέων.* — V. 5. ΠΙΝΥΤΩΙ. *Toll. Henninii* exemplari Vir doctus adscripserat *πικνυῷ* i. e. *πυκινῷ.* Notus versus

Homeri Ιλ. θ. 124. Ἕκτορα δεινὸν ἄχος πύκασεν φρένας. — V. 7. ΑΙΞΑΣ. *Toll.* αἰάξας emendaverunt *Reiskius* et *van Eldick* in Suspic. p. 33. — V. 8. Πρωτάρχου. mallet *Henninius*, qui tamen ipse intellexit, fieri potuisse, ut pater et filius eodem essent nomine. — ΣΤΕΝΑΧΗΣΕ ΛΙΗΝ. *Toll.* στονάχησε φίλην tentavit *Eldickius.* στονάχεσσ᾽ ἰδίην. *Reisk.* Postremum recepi. Non minus tamen facile fuerit: ΣΤΟΝΑΧΗΣΕΝ ΕΗΝ i. e. ἑήν. — V. 9. ΟΓΚΩΣΕΝ. *Toll.* ὤγκωσεν *Henninius* corrigit, *ob metrum*, ut ait, quod tamen in altera quoque lectione salvum est. — Idem ἀφ᾽ ἡμῶν scribendum existimat *ob sensum;* perperam. Cippus loquitur, non puer puellaque sub tumulo conditi.

9.

Ἀσίδος εὐρείης προφερέστατον οὖδας ἁπάντων,
χαίροις χρυσόπολι Ἱεράπολι, πότνια Νυμφῶν
νάμασιν, ἀγλαΐησι κεκασμένη * * * *

Edidit *Chandler.* in Inscr. p. 31. nr. LXXX. *Stephan. Byz.* Ἱερὰ πόλις· μεταξὺ Φρυγίας καὶ Λυδίας πόλις, θερμῶν ὑδάτων πολλῶν πλήθουσα. Plura *Strabo.* XIII. p. 629. sq. de iisdem thermis.

10.

Βιττὼ καὶ Φαινὶς φίλη * ημερη, αἱ συνέριθοι,
αἱ πενιχραὶ γραῖαι, τῇδ᾽ ἐκλίθημεν ὁμοῦ·
ἀμφότεραι Κῷαι, πρῶται γένος· ὧ γλυκὺς ὄρθρος,
πρὸς λύχνον· ᾧ μύθους ᾔδομεν ἡμιθέων.

Est ap. *Gruter.* p. 1039. 10. unde *Fleetwood.* p. 322. qui ineptam, ut solet, interpretationem addidit.

V. 1. Βιττὼ ejusdem artis mulier est ap. *Antipatr. Sid.* Ep. IX et in Ep. ἀδ. CXVI b. — Depravata verba ΦΙΛΗ ΗΜΕΡΗ *Fleetwoodius* in φίλαι ἡμέριαι mutanda existimabat. Num scribendum:

Βιττὼ καὶ Φαινὶς, φιλίη μερὶς,

par amicum. De persona μερὶς dictum in Ep. *Damaget.* XII. ἦν δ' ὡνὴρ Μουσῶν ἱκανὴ μερίς. *Tymn.* Ep. IV. ἀχρεῖον σκυλάκευμα, κακὴ μερίς. — V. 4. Similiter de Platthide lanifica *Leonid. Tar.* LXXVIII. v. 3—6.

11.

Γλαυκία ἐστὶ τάφος· παῖς δ' ἀνέθηκε νέος,
δείξας ἐκ μικροῦ, πρὸς πατέρ' εὐσεβίην·
οὐκ ἔφθης, ὦ τλῆμον, ἰδεῖν γόνον, οἷος ἂν ἦν σοι
γηραιῷ τεύχειν οὐ τάφον, ἀλλὰ βίον.
ἡ φθονερὰ δ' ὑμᾶς πάντ' ἀδικοῦσα τύχη
μητρὶ μὲν ἐν γήρᾳ δάκρυ θήκατο, τῇ δὲ γυναικὶ
χηρίαν, δυστήνου παιδὸς ἅμ' ὀρφανίῃ.

Hanc inscriptionem, in sepulcro prope Massiliam repertam, edidit, notisque illustravit *Villois.* Mag. Encycl. an. V. T. II. cum versione gallica *Millin* Voyage dans le midi de la France. T. III. p. 150. Nomen *Glauciae* invenitur ap. *Gruterum* T. III. p. 1070. et ap. *Murator.* T. III. p. 1538. nr. 10. V. 1. ΝΕΟ . . *Marm.* — V. 2. ΔΕΙΖΑΣ ΜΕΙΚΡΟΥ. *Marm.* — V. 4. τεύχειν βίον hoc loco filius dicitur, qui seni patri τὰ θρεπτήρια solvit. — V. 6. ΕΝ bis positum in marmore. Matrem Glaucias reliquerat anum, conjugem viduam, filium orbum. — τῇδε exhibuit editor; voces dividendae erant, ut feci. — V. 7. χηρίαν pro χηρείαν. Hujus versus vitium dubitare licet, utrum

versificatoris imperitiae, an marmorarii festinationi tribuendum sit. Equidem hoc malim credere. Facile correxeris

χηρείαν, ΣΤΥΓΝΗι παιδὸς ἅμ᾽ ὀρφανίῃ.

12.

Γράμματα Παῤῥασίοιο, τέχνα Μυός· ἐμμὶ δὲ ἔργον
Ἰλίου αἰπεινᾶς, ἂν ἕλον Αἰακίδαι.

Athenaeus in Excerpt. ex L. XI. a *Casaubono* ex Cod. Hoescheliano editis p. 782. 22. T. IV. p. 215. ed. *Schweigh.* Ἔνδοξοι δὲ τορευταί, Ἀγαθοκλῆς, Κράτης, Στρατόνικος, Μυρμηκίδης ὁ Μιλήσιος, Καλλικράτης ὁ Λάκων, καὶ Μῦς, οὗ εἴδομεν σκύφον Ἡρακλεωτικόν, τεχνικῶς ἔχοντα Ἰλίου ἐντετορευμένην πόρθησιν, ἔχοντα ἐπίγραμμα τόδε· γράμμα Πηρασίοιο. Quod posui γράμματα Παῤῥασίοιο, adstruxi in Exercitt. critt. T. II. p. 23. sq. allato loco *Pausaniae*, ex quo apparet, Myn sculptorem solitum fuisse coelo persequi, quae Parrhasius graphio adumbraverat. Sed illam emendationem occupavit *Merrikius* in Dissert. ad Tryphiodor. p. XL. not. *m.* qui γράμμα τὸ Παῤῥασίοιο corrigit. Novissimus *Athenaei* editor (Tom. VI. p. 52.) qui nostram emendationem probat, haec notavit: „Vocabulum ἔργον in „eodem rudi satis epigrammate, *argumentum operis* „dicitur; si modo vera illa scriptura. Sed nec usus ser„monis convenit, et reclamat versus: nam foedus ille „hiatus, ἐμμὶ δὲ ἔργον, ne in vilissimo quidem versi„ficatore ferendus. Quare πέρσις, non ἔργον, scriptum „olim fuisse facile tibi persuadeas.“ Haec nimis festinanter Vir doctissimus. Simplex est epigramma, non rude; nec hiatus in δὲ ἔργον pro vitio haberi debet. Sic certe *Homerus* Ιλ. η. 465. et τ. 242. τετέλεστο

δὲ ἔργον Ἀχαιῶν. Ιλ. κ. 39. 303. τόδε ἔργον. Ιλ. ρ. 179. ἴδε ἔργον. Od. 6. 221. οἷον δὴ τόδε ἔργον. ut plurima alia loca praeteream, in quibus aliae breves vocales praecedunt hanc vocem. Hanc principis poëtarum auctoritatem secutus *Theognis* v. 1121. dixit ἐσθλὰ δὲ ἔργα. et *Apollon. Rh.* IV. 419. εἴ τοι τόδε ἔργον ἐφανδάνει. Ib. 794. αἰεὶ τάδε ἔργα μέμηλεν. in quorum locorum priore *Brunkius* τόδε γ' ἔργον edidit citra necessitatem. Paralip. ex Cod. Vat. nr. 82. p. 669. Βιβιανοῦ τόδε ἔργον. Quibus exemplis se tuetur etiam Ep. *Phalaeci* IV. 1. φεῦγε θαλάσσια ἔργα . . quamquam leni verborum transpositione corrigi possit; ἔργα θαλάσσια φεῦγε. Cf. *Hermann.* ad Orph. p. 725. et 736. Jam quod alterum attinet, quod ἔργον sermonis usui convenire negat vir doctissimus, haec quoque difficultas tolletur, si ἔργον de belli *aerumnis* et *laboribus* acceperis.

13.

Δεύτερον εἰς ἔτος ἄρτι παρερχόμενόν με κραταιὴ
Ἑλλάδικον ὀλίγου νοῦσος ἔπαυσε βίου.

Edidit *Pocock* inter Inscriptiones Athenis repertas p. 51. nr. 14. qui in versu minore corruptissime: ΕΛ-ΛΑΔΙΝΕΚ ΟΝΙΟΥ. De altera voce quin eam recte emendaverim, dubitare noli. Saepe in marmoribus ΑΙ pro Ν est habitum et contra. Hinc ap. *Sponium* in Miscell. erud. Antiqu. p. 373 pro ΣΥΜΠΡΑΞΕ ΑΙΑΝ ΑΛΕΙΠΤΟΥ ΕΡΓΟΝ ΜΝΗΜΗΣ scribendum: ΣΥΜ-ΠΡΑΞΕΝ ΑΔΙΑΛΕΙΠΤΟΥ. Nomen pueri, quod reposui, minus certum. Aliud reperiri malim ex Ἑλλαδι compositum, terminatione diversa, ut brevis syllabae in caesura producendae tollatur necessitas. Num fuit παρερχομένην με κραταιὴ Ἑλλαδίκην . . ? In terminatio-

nibus ON et HN paſsim peccatum in opere Pocockiano, quo nullum in hoc genere negligentius fuit editum.

14.

Διφίλου Ἀνθεμίων τόνδ᾽ ἵππον θεοῖς ἀνέθηκεν,
θητικοῦ ἀντὶ τέλους Ἱππάδ᾽ ἀμειψάμενος.

Pollux L. VIII. 131. Ἀνθεμίων δὲ ὁ Διφίλου καλλωπίζεται δι᾽ Ἐπιγράμματος, ὅτι ἀπὸ τοῦ θητικοῦ τέλους εἰς τὴν Ἱππάδα μετέστη, καὶ εἰκών ἐστιν ἐν τῇ ἀκροπόλει, ἵππος ἀνδρὶ παρεστηκώς, καὶ τὸ ἐπίγραμμα· Διφίλου κ. τ. λ. Vid. Petiti LL. attic. p. 201 sq. et qui τὰ τέλη reip. Atheniensium attigit nuper *Schneid.* ad *Aristot.* Polit. L. II. 9. p. 157.

15.

Πόλυλλος Πολυλλίδου Παιανεὺς
Εἰκόνα τήνδ᾽ ἀνέθηκε Πολυστράτου αὐτοῦ ἀδελφοῦ,
μνημόσυνον θνητοῦ σώματος ἀθάνατον.

Apud *Murator.* p. MLXVI. ubi V. 2. μνημοσύνην. αὐτοῦ ἀδελφοῦ versus causa pro αὐταδέλφου videtur positum.

16.

Εἴ με φιλοῦντα φιλεῖς, δισσὴ χάρις· εἰ δέ με μισεῖς,
τόσσον μισηθείης, ὅσσον ἐγώ σε φιλῶ.

Hoc epigr. ex gemma onychina *Fulvii Ursini* editum a *Grutero* p. DCCCXLIII. 6. ubi V. 1. ΔΙΟCΗ ΧΑΡΙΣ. — V. 2. ΜΙΣΗΘΕΙΗΣ: quod multi corrigere ſusceperunt, ut *Rigaltius* in Corrig. ap. Gruterum p.

CCCXIII. *Reines.* in Corp. Inscr. T. III. p. 843. *Venuti* in *Saggio* di Dissert. Academ. dell' Acad. di Crot. T. VII. p. 36. *Villoison*, in Mag. Encycl. an. VII. T. II. 8. p. 872. μισηθῆς emendavit, quod in gemma ΜΙΣΗΘΗΙΣ scriptum fuerit. Quod quamvis soloecum, non tamen fortasse repudiandum. Priorem versum, probata emendatione *Rigaltii*, διϲσή, excitavit *Valkenar.* in Annot. ad N. T. p. 329.

17.

Εἰμὶ Νεοπτόλεμος Κρεσσοῦ, τρισσῶν δ' ἐν ἀδελφῶν
"Ἔστασαν Τλωεῖς, κῦδος ἐμὸν δόρατος·
Ουνεκένων Πισίδας καὶ Ἀγριᾶνες, ἠδ' Ἀγριᾶνας
Καὶ Γαλάτας τόσσους ἀντιάσας στόρεσα.

Stephan. Byz. in Ἀγρίαι. p. 28. ed. *Berkel.* — λέγονται καὶ Ἀγριᾶνες, ὡς ἐν τῷ ἐπιγράμματι γραφέντι εἰς Νεοπτόλεμον Πισίδην οὕτως· Εἰμί. κ. τ. λ. Ad hunc locum haec notavit *Jac. Gronovius* p. 2. „ουνεκέων πισί„δας καὶ . . . ᾶνες. Id convenit praecipue cum Salmasia„nis; quae haec esse scias licet; *Vet. Cod. habet* ουνεκε „(*hic finit versus*) ων πισίδας καὶ ᾶνές ἠδ' ἀγριᾶνας. Mi„rum quid cogitaverit in literis primis: quarum etsi „putem ab Salmasio intellectam esse vim; tamen quo„niam ab manus ejus inspectoribus certe intellecta „non est, dicere mihi liceat, quid de illis et reliquis „omnibus censeam faciendum:

Εἰμὶ Νεοπτολέμου Κρεσσοῦ, τρισσῶν δ' ὁμαδέλφων
ἔστασαν Τλωεῖς, κῦδος ἐμοῦ δόρατος.
Οὕνεκ' ἐὼν Πισίδης Ἀρκτάνας ἠδ' Ἀγριᾶνας
καὶ Γαλάτας τόσσους ἀντικάσας στόρεσαι

„Scilicet gloriatur, quum trigeminos fratres Tloenses „occidisset, non in illa gloria se oblectavisse, nisi et

„ulterius pergeret; atque ideo, quum esset Pisida „gentis non nimium nobilis et inclytae, etiam totidem „Arctanas et Agrianas et Gallograecos neci dedisse, ut „videtur, ex singularibus pugnis. . . . Certe haec est „sententia horum versuum: an populos recte tetige„rim, dies docebit. Sed ne quid dissimulem, volui „aliquando Πισίδης Σατριανοὺς ἠδ' Ἀγριᾶνας, de quibus „*Satrianis* vide, quae habet Holstenius ad Stephani „V. Σατρίαι." V. 3. καὶ παιόνας ἠδ' Ἀγριᾶνας corr. *Salmasius;* ὕφηκα Πισίδας καὶ Παιόνας. *Berkel.*

18.

Εἰς θρήνους ἐφύλαξας Ἀτίνιαν, ὦ κακὲ δαῖμον,
οὐχ ὁσίως ποινὴν εὐσεβίης κατέθου·
Ῥουστικὸν ἡγεμονῆα πόσιν, καὶ παῖδα τιθηνὸν
Πομπήϊον, μαζῷ θελγόμενον γλυκερῷ,
μητέρα τ' Ἀργογενῆ Πομπηΐαν, ἠδὲ Πούδεντας
υἱὸν καὶ πάππον· φεῦ θανάτων ἀνίσων.
πάππος μὲν γενεῆς προπάτωρ πέλεν· ἠΐθεος δὲ
ᾤχετ' ἔχων οὐδὲν πλὴν δάκρυον πρὸ τάφου.

Edidit *Smetius* p. 131. *Gruter.* p. DCCI. nr. 10. *Fleetwood* Syll. p. 251. 2. Inscriptum fuit sepulcro, in quod tota familia descenderat; una, ut videtur, muliere superstite. Nam V. 1. vulgatum ΑΤΙΝΙΑΝΩΙ, quod sensum non habet, mutavi in Ἀτίνιαν ὦ. Mulieris nomen praecessisse, docet V. 3. πόσιν. V. 2. desideratur copula. Fortasse scribendum: οὐδ' ὁσίως. vel κοὐχ ὁσίως. — ΚΑΤΕΔΟΥ. *Smet. Grut.* κατέθου emendavit *Gudius.* Accusativi, qui sequuntur, pendent a ποινήν, licet durius. — V. 5. ΑΡΣΟΓΕΝΗ. *Smet.* qui *marium genitricem vertit.* Quod *Casaubono* in mentem venit Ταρσογενῆ, id ob copulae defectum ferri

nequit. Verissime *Scaliger* Ἀργογενῆ, *Argivam*. Saepissime in marmoribus Γ confunditur cum Σ, quod Ϲ scribitur, ita ut infima linea forte deleta, Γ remaneat. Exempla hujus confusionis dedi in Comment. de Memnoniis in *den Denkschriften der Münchner Acad. der W.* T. II. p. 46. — Πούδεντας. *Smetius* ποθέντας tentabat. Nomen *Pudentis* puero et avo commune. De licentia, qua epigrammatarii sequioris aevi in nominibus propriis usi sunt, saepius dictum est. Etiam ap. *Apollonid.* Ep. XXXI. 6. in Πόστουμος media corripitur. — V. 7. ἠΐθεος. *puer Pudens*; qui ante matrimonium initum obiit. *Smetius,* qui *divinus* vertit, ἡμίθεος legisse videtur; quo totius distichi sensus pervertitur.

19.

Εἰςορόων τόδε θαῦμ' Ἀμμώνιον ἡγεμονῆα
    πολλόν . . . . . . : μέλπε πορευόμενος·
δίψῃ τειρομένοισι μελισταγὲς ἤγαγεν ὕδωρ
    καί ῥ' ὑπ' ἀμηχανίης εὗρε πόρον ὕδασιν·
καὶ τάδε μὲν κατέθηκεν ἐπὶ σκοπέλοις κελαρύζειν,
    τὸ πρὶν ξηροτέροις καύμασι τειρομένοις·
τῷ νῦν μηδ' ἀπόληγε, κέλευε δὲ πᾶσιν ὁδίταις
    ὑμνιν θαρσαλέως τῇδε πορευομένοις.
ἣ χαρίτων πόρον ἔσχεν ἐπιτρέψαντος Ἀρίστου,
    ὅς γέ μιν ἡμερίοις δεῖξεν ἀγαλλομένην.

Pocock Inscr. antiqq. p. 44. Sect. III. nr. 2. Paulo emendatius exhibui ad Ep. ἀδ. CCCLXXIII. (Animadverss. T. III. P. II. p. 84.) ubi *Ammonius* occurrit turris Phariae instaurator. V. 1. ΘΑΥΜΑ ... ΜΓΙΟΝ. *Poc.* V. 2. ΠΟΛΛΟΝΙ. *Ib.* Fortasse πολλάκι. In mar-

more hoc vocabulum est in fine lineae, ubi nonnulla excidisse metrum arguit. — V. 3. ΤΙΡΟΜΕΝΟΙ ΣΙΝ. *Poc.* — V. 5. ΚΑΙΤΑΜΕΝ. *Poc.* Scripsi τάδε, quod metrum flagitabat. — ΚΕΛΑΡΥΣΣΕΙΝ. *Poc.* — V. 6. καυμασει. *Ib.* — V. 8. ΥΜΝΙΝ. *Poc.* Olim ὑμνεῖν suspicatus eram; nunc μίμνειν videtur probabilius. Verba videntur directa ad πηγὴν, quam poëta nunquam cessare, viatoresque hortari jubet, ut in illo loco commorentur. — ΠΟΡΕΥΟΜΕΝΟΥΣ. *Poc.* — V. 9. ΧΑΙΡΙΤΩΝ. *Poc.* Obscurus versus; ἔσχεν ad Ammonium referendum videtur, cui Aristus, nescio quis, hoc negotium, imposuerat, quo sibi a plurimis hominibus gratiam compararet. — V. 10. ΟΣ ΘΕ ΜΙΝ ΗΜΗΡΙΟΙΣ. *Poc.*

20.

Ἐκ γενεῆς περίβωτον, ἀπ' ἀνθυπάτων καὶ ὑπάρχων,
Πλούταρχον, καθαρῆσιν ἀοίδιμον εὐνομίῃσιν,
προφρονέως Μεγαρῆες ἀειμνήστοις ἐπὶ ἔργοις
εἰκόνι λαϊνέῃ στῆσαν ἀγασσάμενοι.
Πάντῃ Πλουτάρχοιο κλέος, πάντῃ δέ τε θαῦμα,
πάντῃ δ' εὐνομίης εὖχος ἀπειρέσιον,
υἱέος Εὐρίοιο, τὸν Ἀλκαθόου νικετῆρες
πολλῶν ἀντ' ἀγαθῶν ἀμφὶ Δίκης τεμένει.

Hanc Inscriptionem Megaris repertam ex Schedis Vernonii edidit *Jo. Taylor* ad *Demosthenem* T. II. p. 358. unde eam repetivit *Brunkius* in Notis ad Theogn. v. 751. p. 296. Plutarchus, Eurii filius, generis nobilitate et justitia clarus, statua ob beneficia nescio quae a Megarensibus ornatus, aliunde non notus est. Eo augeri debet Catalogus Plutarchorum ap. *Jonsium* in Scrippt. hist. phil. L. III. 6. p. 31. et ap. *Fabric.*

Bibl. Gr. T. V. p. 197. ed. *H.* — V. 7. Εὐρίοιο. Hoc nomen fortasse non sincerum. — Ἀλκαθεου. ap. *Tayl.* quem errorem emendavit *Brunkius.* Alcathous a Megarensibus pro urbis conditore habebatur. *Theogn.* v. 751. Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην, Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος. Cf. *Pausan.* L. I. c. 43, 4. T. I. p. 165. — Ad τὸν subaudi ἀνέθηκαν, de qua ellipsi vide ad *L. Bos* p. 582. sqq.

21.

Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι
ἔκτειναν Μήδων ἐννέα μυριάδας.

Ap. *Lycurg.* Or. in Leocrat. p. 215. ed. *R.* et ap. *Aristidem* T. II. p. 380. ed Oxon. V. 2. ap. *Lycurgum* sic habetur:

χρυσοφόρων Μήδων ἐστόρεσαν δύναμιν.

22.

Ἐνθάδε κεῖμαι δάμαρ ὑπάτου ἥρωος ἀγαυοῦ,
Ἀρρίου μοι Φιλίου, τῷδε μιγεῖσα μόνῳ·
ἦν δέ κεν ἐκ προγόνων ποτὲ τοὔνομα Πουβλιάνη μοι·
Σκιπιάδαι δ᾽ ἔπελον, εὐγενίῃ τ᾽ ἔπρεπον·
χηρείᾳ τ᾽ αὐτὴ τὸν ἅπαντα χρόνον μείνασα,
ὠκυμόρων τεκέων πένθεϊ τακομένη.
ἐν βιότῳ δὲ πόνον πουλὺν μάλ᾽ ἔτλην μογέουσα,
Μούσαισιν μοῦνον τὴν φρένα θελγομένη.

Edidit *Spon.* in Miscell. erud. Antiqu. p. 376. nr. CXXXV. admodum corrupte; paulo melius *Fabretti* p. 731. nr. CDLI. Emendare aggressus est *Buherius*

in Epist. ad Hagenbuch. p. 120. sq. *Hagenbuchio* occasionem praebens felicioris successus p. 150. s. Hujus emendationes maximam partem adoptavimus. V. 1. κεῖμαι. diphthongus ante consonantem correpta, infimae est graecitatis, quamquam olim eruditi viri, depravatis exemplaribus decepti, aliter de ea re statuerunt. — ΑΒΛΑΟΥ. *Spon.* — V. 2. In Ἀῤῥίου media syllaba synizesin patitur, cujus licentiae in nominibus propriis exempla dedimus in Comment. de Memnoniis p. 48. — Pro μοι est ΜΟΥ ap. *Spon.* — V. 3. κεν. Hanc voculam a *Buherio* impugnatam, frustra tuetur *Hagenbuchius*. Aut corrupta est, aut ab imperito versificatore ad versum implendum temere inserta. — ΠΟΥΡΑΙΑΝ ΗΜΟΙ. *Spon.* ΠΟΥΒΛΙΑΝΗ. *Fabr.* Verum vidit *Buherius*. Penultima in hoc nomine ob versum corripitur, ut in Ἰουστινιανός, Κωνσταντῖνος et similibus. Cf. Animadverss. T. III. P. I. p. 42. 269. — V. 4. CΚΙΑΙΑΔΑΙ. *Spon.* ΕΥΓΕΝΙΗΣ. *Ib.* Per parenthesin interpositus est hic versus de nobilitate gentis Publianae, quae se a Scipionibus descendere jactabat. — V. 5. ΧΗΡΕΙΑ ΤΕ. *Spon.* ΧΗΡΕΙΑΙΣ. *Fabr.* χηρείᾳ emendavit *Hagenb.* Quam hiulca sit oratio, in oculos incurrit. Sed hoc auctoris culpa factum, qui hos versus operose composuisse videtur. — V. 6. ΠΕΝΘΕ ΠΑΚΟΜΕΝΗ. *Spon.* ΠΕΝΘΑΙ ΤΑΚΟΜΕΝΑ. *Fabr.* — V. 7. ΕΜΒΙΟΥΩΙ. *Spon.* ut saepisse in marmoribus ν̄ ante labiales in μ̄ mutatum reperitur. Cf. *Herm.* de Emend. Rat. Gr. gr. p. 10. sq. — ΔΑΝΕΤΑΗΝ *Spon.* ΔΑΝΕΤΑΗΝ *Fabr.* unde δ' ἀνέτλην fecit *Hagenb.* At quum duplex δὲ, et alterum quidem loco perquam importuno ferri nequeat, dedi ΜΑΛ' ΈΤΛΗΝ, quod, quum in lapide scriptum esset ΛΑΛΑ, facile in ΔΑΝ abire potuit. Junge μάλα πουλύν. — ΜΟΓΕΟΥΣ. *Spon.* ultima litera omissa. — V. 8. ΘΕΛΠΟΜΕΝΗ. *Spon.*

23.

Ἑρμῆν Ναϊάδων συνοπάονα θῆκέ με τῇδε
ἐσθλὸς ἀνὴρ κρήνης Κάρπος ἐπ' ἀενάου.

Pocock Inscr. antiqq. p. 51. nr. 22. in balneis Athenis, ubi sic scriptum:

ΕΡΜΗΝ ΝΑΙΑ
ΤΩΝ ΣΥΝΟΠΑ
ΟΝΑ ΘΗΚΕΜ
ΤΗΔΕ
ΕΣΘΛΟΣ ΑΝ
ΚΡΗΝΗΣ ΚΡΑΤΟ
ΕΗ ΗΕΝΑΟΥ.

In ultimis quin recte emendaverim ΕΠ' ἈΕΝΑΟΥ, dubitare noli. Non hoc loco solo Α abiit in Η. Sic ap. *Pocock* p. 55. nr. 59. exhibetur:

ΒΟΥΛΗΣ ΜΕ ΑΡΕΙΑΣ ΨΗΦΟϹ ΕΣΤΗΣΕΝΘΗΔΕ

ubi scribendum:

βουλῆς μ' ἀρείας ψῆφος ἔστησ' ἘΝΘΑΔΕ.

An in nomine Κάρπος verum assecutus sim, alii judicent. Hoc certe versui optime congruit, nec longe abest a vulgatae ductibus, si unam literam a describente, vel a typotheta alieno loco positum fuisse concedas, ΚΡΑΤΟ pro ΚΑΡΤΟ . . *Carpi* nomen Byzantino aevo non insolitum.

24.

Ζώϊλος ἡνιόχων προφερέστατος ἐνθάδε κεῖται.

Apud *Murator*. p. DCXX. ubi ΠΡΟΣΕΡΕΣΤΑΤΟΣ.

25.

Ἥγνισα δ' Ἑρμείαο δόμους * * κέλευθα

πατρὸς καὶ πρωτογόνου κούρας· ὅθι φασὶ
Μεσσήνην θεῖναι μεγάλαισι θεαῖσιν ἀγῶνα
Φλυάδεω κλεινοῖο γόνου Καυκανιάδαο·
Θαύμασα δ' ὡς σύμπαντα Λύκος Πανδιόνιος φὼς
Ἀτθίδος ἱερὰ ἔργα παρ' Ἀνδανίῃ θέτο κεδνῇ.

Pausan. L. IV. 1. 4. πρῶτοι δ' οὖν βασιλεύουσιν ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ Πολυκάων τε ὁ Λέλεγος καὶ Μεσσήνη γυνὴ τοῦ Πολυκάονος. παρὰ ταύτην τὴν Μεσσήνην τὰ ὄργια κομίζων τῶν μεγάλων θεῶν Καύκων ἦλθεν ἐξ Ἐλευσῖνος, ὁ Κελαινοῦ τοῦ Φλυοῦ. Φλυὸν δὲ αὐτὸν Ἀθηναῖοι λέγουσι παῖδα εἶναι γῆς· ὁμολογεῖ δέ σφισι καὶ ὕμνος Μουσαίου Λυκομήδαις ποιηθεὶς ἐς Δήμητρα. Τὴν δὲ τελετὴν τῶν μεγάλων θεῶν Λύκος ὁ Πανδίονος πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον Καύκωνος προήγαγεν ἐς πλέον τιμῆς· καὶ Λύκου δρυμὸν ἔτι ὀνομάζουσιν, ἔνθα ἐκάθηρε τοὺς μύστας. Καὶ ὅτι μὲν δρυμός ἐστιν ἐν τῇ γῇ ταύτῃ Λύκου καλούμενος, Ῥιανῷ τῷ Κρητί ἐστι πεποιημένον·

πάρ τε τρηχὺν Ἐλαιόν, ὑπὲρ δρύμόν τε Λύκοιο.

Ὡς δὲ ὁ Πανδίονος οὗτος ἦν Λύκος, δηλοῖ τὰ ἐπὶ τῇ εἰκόνι ἔπη τῇ Μεθάπου. Μετεκόσμησε γὰρ καὶ Μέθαπος τῆς τελετῆς ἔστιν ἅ. Ὁ δὲ Μέθαπος γένος μὲν ἦν Ἀθηναῖος, τελετῆς τε καὶ ὀργίων παντοίων συνθέτης. Οὗτος καὶ Θηβαίοις τῶν Καβείρων τὴν τελετὴν κατεστήσατο· ἀνέθηκε δὲ καὶ ἐς τὸ κλήσιον (κλείσιον corr. *Sylb.*) τὸ (Scr. τὴν) Λυκομηδῶν εἰκόνα ἔχουσαν ἐπίγραμμα, ἄλλα τε λέγον καὶ ὅσα ἡμῖν ἐς πίστιν συντελεῖ τοῦ λόγου·

Ἥγνισα δὲ κ. τ. λ.

τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ μέν, ὡς παρὰ τὴν Μεσσήνην ἀφίκοιτο ὁ Καύκων ἀπόγονος ὢν Φλυοῦ, δηλοῖ δὲ καὶ τὰ ἐς τὸν Λύκον τε ἄλλα, καὶ ὡς ἡ τελετὴ τὸ ἀρχαῖον ἦν ἐν Ἀνδανίᾳ. — V. 1. δὲ Ἑρμοῖο. Vulgo. Jam *Amasaeus* emendavit δ' Ἑρμείαο, quod de templo Mercurii accipiendum a Methapo fortasse lustrato. Tum μεγάλης excidisse suspicatur *Kuhnius*, cujus vestigia secutus *Lennep.* ad

Coluth. L. III. 5. p. 151. corrigit: μεγάλης τε κέλευθα Δήμητρος, καὶ πρ. κ. Fanum Κόρης πρωτογόνου commemorat *Pausan.* L. I. 31. p. 77. — V. 4. ut nunc legitur, omnino non efficit id, quod *Pausanias* inde videtur collegisse, Cauconem, Phlyi nepotem ad Messenam venisse. Hinc *Lennepius* corrigit: Φλυάδεω κλεινοῖο γόνον Καύκωνα διδάξαι. unde paulo durior verborum structura nascitur. Putabam equidem:

Φλυάδεω κλεινοῖο γόνου Καύκωνος ἀπ' ἴδμης.

ἴδμην. Φρόνησιν. *Hesych.* ἴσμη. πρόφασις. σύνεσις. Φρόνησις *Id.* — V. 5. Πανδίονος υἱὸς corrigit *Lennepius*, praeeunte *Pausania.* Vereor, ut necessaria sit mutatio, quum φὼς Πανδιόνιος etiam virum a Pandione natum significare possit. — V. 6. Ἀνδανίη, urbs Messeniae a Polycaone, antiquissimo rege, condita, imperii sedes.

26.

Ἠίθεον Καλόκαιρον ἔχει τόδε σῆμα, λιπούσης
ψυχῆς ἀθανάτου σῶμα νέοιο κόρου·
σπεῦδεν ὁδὸν θείην γὰρ ἀποπρολιποῦσα μερίμνας
πευκεδανοῖο βίου, ὡς ἀνίη καθαρή.

Apud *Gruterum* p. DCCCCXIX. 5. Ultima verba nonnihil depravata videntur. Lego:

ὡς ἀνίης καθαρή.

27.

Ἦν ὅτε μοῦνον Ὕγεινον ἀδελφεὸν οἵ με τεκόντες
πένθεον, ἡνίκ' ἐγὼ πενταέτις μόνον ἦν·
παρθένος ἐν γονέεσσιν ἐθήλεον· ἡ δ' ἀγαπητὴ
ἤλυθα τὴν Φρικτὴν εἰς Ἀΐδαο πόλιν.

*ἡ δέ με γειναμένη μήτηρ *βενους Ἀρίτωνος*
πολλάκι βωομένου· χαῖρε Πρόκλα θύγατερ.

Est ap. *Gorium* in Inscr. T. I. p. 119. *Murator.* T. II. p. MCCV. — V. 1. ΟΝΟΤΕ. *Mur.* ΗΝΟΤΕ. *Gor.* Formulam ἦν ὅτε. multis exemplis illustravit *Schaefer* ad *L. Bos* p. 343. — V. 2. ΠΕΝΤΑΕΤΗΖΟΜΕΝΗ. *Mur. Gor.* quod posui ab illa lectione non multum recedit. Passim in marmoribus confusa Ζ et Σ. ap. *Pocock.* in Inscr. p. 48. nr. 4. legitur: Εἰσιάδι τῇ συμβίῳ ΣΗΣΑΣΗ ἀμέμπτως ἔτη ΚΗ. ubi legendum;

Ἰσιάδι τῇ συμβίῳ ζησάσῃ

V. 3. ΓΟΝΕΣΣΙΝ. *Mur.* ΓΟΝΕΕΣΣΙΝ. *Gor.* — V. 5. ΟΙΕΜΕ ΓΗΝΑΤΙ......Η ΜΗΤΕΡ ΒΕΝΟΥΣ. *Mur. Gor.* Corruptum vocabulum ΒΕΝΟΥΣ non attigi. Sensui satis faceret;

ἡ δέ με γειναμένη μήτηρ πένθησ'

et hoc fortasse reponendum. In marmoribus Π saepe Γ scribitur, unde fit, ut cum Ρ confundatur, et inde cum Β. — V. 6. *βωομένου.* forma ab imperito versificatore, ut videtur, inventa ad versum implendum.

28.

Ἡ πᾶσιν μακάρεσσι βροτοῖσί τε προςφιλὲς αἰεί,]
ἀσπασίοισι λόγοις τὸν παριόντα νέμω·
εἰ δὲ θέλεις γνῶναι στήλης τύπον, ὦ παροδῖτα·
Θάλλουσάν μ' ἐςορᾷς· μητρὶ δὲ τήνδε χάριν
μνήμης Θάλλος .... ἀρετῆς εἰδὼς ἱερὸν δὴ
. . . .

In insula Chio inventum edidit admodum vitiose *Pocock.* in Inscr. antiqq. p. 45. accuratius *Chandler.* Inscr. antiqq. p. 4. — V. 1. ΒΡΟΤΟΙΣΙΠΕΜΠΡΟΣ.

Pocock. nostrum perspicue exhibet *Chandlerus*. Scriptum videtur Epigramma in imaginem puellae Thallusae, Thalli filiae, quae, dum viveret, diis hominibusque *carum negotium* (sic accipio προσφιλές, quod versificator ob mensuram versus praetulit usitato προσφιλής.) nunc defuncta praetereuntes jucundis verbis alloquitur. — V. 2. ΑΣΠΑΣΙΣΙΣΙ ΛΟΤΟΙΣ. *Poc.* ΑΣΠΑΣΙΟΙ ΣΙ ΔΟΤΟΙΣ sibi legere visus alter, obtrusit auctori quod mihi quidem minime graecum videtur: ἀσπασίοισι δοτοῖς. *gratis muneribus.* ΛΟΓΟΙΣ mecum legendum esse, nemo dubitabit. Notabilis autem constructio verbi νέμω cum accusativo, pro νέμω τῷ παριόντι ἀσπασίους λόγους. — V. 3. ΓΝΩΜΑΙ ΕΤΗΜΗΣ. *Poc.* Verum dedit *Chandl.* — V. 4. ΘΑΜΟΥΣΑΝ ΜΕΣΟΡΟΣ. *Poc.* — ΜΗΤΡΙΣ in fine lineae *Poc.* ΜΗΤΡΙ. *Chandl.* uterque omisso δὲ, quod *Ch.* ex conjectura inseruit. Rectius fortasse scripseris μητέρι τήνδε χάριν. — V. 5. ΜΝΗΜΗ ΘΑΜΟΣ. *Poc.* Nostrum habet *Ch.* Quum in voce Θάλλος linea terminetur, sequentia autem mutila sint, *Chandlerus* verba sic digessit:

μνήμης Θάλλος [ἔθηκε]. . . . .
[εὖ] ἀρετῆς εἰδὼς ἱερὸν . . . . . .

quod minime ferri potest. Hexametrum habebis integrum, si scripseris:

μνήμης Θάλλος ἔθηκ' ἀρετῆς εἰδὼς ἱερὸν δή . .

ubi εἰδὼς fortasse in εἴδους mutandum. Adjectae sunt praeterea literae ΛΗΜΨΜ, in quibus quid lateat equidem ignoro.

29.

Ἡράκλεια πατρίς· Ζεῦξις δ' ὄνομ'· εἰ δέ τις ἀνδρῶν
ἡμετέρης τέχνης πείρατά φησιν ἔχειν,

δείξας νικάτω· . . . .

. . . . . . δοκῶ δ' ἡμᾶς οὐχὶ τὰ δεύτερ' ἔχειν.

Aristides Oratt. T. II. p. 386. Verba ita digessi, ut numeri postulabant. V. 2. τέχνης πείρατα. Vide ad Nr. 2.

30.

Θάησαί μ'· ἐτεὸν γὰρ ἐν Ἰλίου εὐρέϊ πύργῳ
ἦν, ὅτε καλλικόμῳ μαρνάμεθ' ἀμφ' Ἑλένῃ·
καί μ' Ἀντηνορίδης ἐφέρει κρείων Ἑλικάων·
νῦν δέ με Λητοΐδου θεῖον ἔχει δάπεδον.

Athenaeus L. VI. p. 232. C. veteres Diis donaria ex aere obtulisse docens, ἱστορεῖ τὰ αὐτὰ καὶ Φανίας, ait, ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων ὡς χαλκῶν ὄντων τῶν παλαιῶν ἀναθημάτων, καὶ τριπόδων καὶ λεβήτων, καὶ ἐγχειριδίων, ὧν ἐφ' ἑνὸς καὶ ἐπιγεγράφθαι φησίν· Θάησαί μ'. κ. τ. λ. — V. 3. Ἑλικάων. pro oppidi nomine habuit *Natalis*. At Filium Antenoris *Helicaonem* novimus ex *Homer.* Ιλ. γ. 123. τὴν Ἀντηνορίδης εἶχε κρείων Ἑλικάων. Eundem *Helicaonem* in pugna nocturna vulneratum et ab Ulysse agnitum tradiderat *Lesches*, docente *Pausania* L. X. 26. p. 864. *Dalechampii* in hoc versu errores correxit *Stanlei.* ad *Aeschyl.* Pers. v. 466.

31.

Ἰταλίης ἄρχοντα φιλόπτολιν ἐστήσαντο
Βουλὴ καὶ βασιλεὺς τὸν σοφὸν Εὐσέβιον.

Apud *Gruterum* p. CCCXCIX. 3. *Fleetwood.* p.

163. Primam vocem ΙΙΜΙΗΣ sic, ut dedimus, emendavit *Casaubonus* (in Corrigend. ad Gruter. p. CCCIX.) ex latina Inscriptione in eodem marmore. Sequentia sic habentur apud *Gruterum:* ΑΡΧΟΝΤΑΣ ΛΟΤΙΤΟ ΑΙΝΕΣΤΗΣΑΝΤΟ. quae *Casaubonus* minus feliciter tentavit: ἄρχοντα ἀγάκλυτον ἀνστήσαντο. De nostrae emendationis veritate non est quod dubites: ΦΙΛΟΠΤΟΛΙΝ simillimum ductibus in marmore C¦ΛΟΤΙΤΟΛΙΝ. Eusebii consularis meminit *Symmachus* L. IX. 52. Vixit c. annum CCCXCIX.

32.

. . . . ἴχνεσι . . . . ον ὁδῖτα,
κοῦρος ἐγὼ καλέω σε, θεῷ φίλος, οὐκέτι θνητός,
ἠ:θεος, κούροισιν ὁμηλικίη πανόμοιος,
πλωτήρων σωτῆρσιν, Ἀμυκλαίοισι θεοῖσιν·
πλωτὴρ καὐτὸς ἐών· πόντου γ' ἐνὶ κύμασι νάσθην·
εὐσεβίῃ τροφέων δὲ λαχὼν τόδε σῆμα πέπαυμαι
νούσων καὶ καμάτοιο καὶ ἄχθεος ἠδὲ πόνοιο·
ταῦτα γὰρ ἐν ζωοῖσιν ἀμείλιχα σάρκες ἔχουσιν·
ἐν δὲ τεθνειῶσιν ὁμηγύριές γε πέλουσιν
δοιαί, τῶν ἑτέρη μὲν ἐπιχθονίη πεφόρηται,
ἡ δ' ἑτέρη τείρεσσι σὺν αἰθερίοισι χορεύει·
ἧς στρατίης εἷς εἰμί, λαχὼν θεὸν ἡγεμονῆα.

Haec Inscriptio, quae servatur Aquis Sextiis in Museo Viri eruditi, Fauris de St. Vincens, edita est in *Sponii* Miscell. erud. Antiqu. p. 374. nr. CXXVII. admodum vitiose. Hinc repetita in *Polenii* Suppl. ad Antiqq. gr. et rom. T. IV. p. 1395. Emendatius eandem edidit *Fauris de S. Vincens Notice sur Jules-François Paul Fauris Saint-Vincens.* Aix. an. 1799.

Copiosius illustratur in *Mélanges de critique et philologie par Chardon de la Rochette*, T. I p. 121. sqq. et a *Friderico Muntero* in dissertatione peculiari, cui titulus: *Erklärung einer griechischen Inschrift, welche auf die Samothracischen Mysterien Beziehung hat.* Kopenhagen. 1810. 8. — V. 1. *Sponius* omisit. Lacunas olim sic implere conatus erat V. cl. *Chardon de la Rochette*: Τοῖσι δ' ἠχήεσσι παρ' αἰγιαλοῖσιν, ὁδῖτα. postea autem: Μὴ ταχίνοισι παρέρχευ ἴχνεσι τύμβον ὁδῖτα. comparato Ep. ἀδ. DCLXIV. μή με θοῶς κύδιστε παρέρχεο τύμβον, ὁδῖτα, Σοῖσιν ἀκοιμήτοις ποσσὶ κελευθοπόρε. In eleganti hac emendatione hiatus offendit. Non minus recte legeris:

Στῆθι παρερχόμενος τόνδ' ἴχνεσι τύμβον, ὁδῖτα.

V. 2. ΚΟΙΡΟΣ in marmore esse videtur, unde defunctum *Coerum* fuisse adpellatum existimabant. ΚΟΥΡΟΣ verissime emendavit *Chard.* κοῦρος ἠΐθεος est etiam in Ep. *Diodori* IX. — V. 3. in versus exitu Σ..ΟΙ..Ν. *Spon.* ..ΕΟΙ..Ν. *Chard.* θεοῖσι verum esse, sponte apparet. De *Diis Amyclaeis* dixi in Animadverss. T. III. P. I. p. 358. sq. — V. 5. ΠΛΩΤΗΡ ΚΑΙ ΠΛΕΩΝ ΕΝ ΠΟΝΤΟΥ ΤΕ ΚΥΜΑΒΙΝ ΙΣΘΕΙΝ. *Spon.* Ductus in marmore obscuri; quare possessor fluctuabat inter diversas lectiones ΚΑΙ..Ο..ΕΩΝ, ΚΑΤ..ΕΩΝ et ΚΑΤΑΠΛΕΩΝ et in versus exitu ΙΦΘΗΝ. Hinc *Chardonus* emendavit: πλωτὴρ καὶ πολέων πόντου γ' ἐν κύμασιν ἤσθην. *nauta et ego vitam errabundus maris in fluctibus non sine voluptate traducebam. Villoisonus* autem: πλωτὴρ καὶ τὸ πλέον πόντου γ' ἐν κύμασιν ἔστην. aut πλωτὴρ κάρτα πλέων. Quod ego posui a priore illarum lectionum ΚΑΙ..Ο..ΕΩΝ proxime abest, una litera I in Υ mutata, ut v. 2., et sensum habet contextui aptissimum. Si tamen in marmore revera est ΚΑΤΑΠΛΕΩΝ; nihil invenio, quod ad rem

satis accommodatum sit; nam πολέων mihi non satis placere fateor. — Mox pro ΓΕΝ valde suspicor Δ' 'ΕΝ scribendum esse, vel potius, ob numeros suaviores, Δ' 'ΕΝΙ. Postremum denique . . ΙΣΘΗΝ mutavi in ΝΑΣΘΗΝ. *habitabam in undis.* ἐνάσθη. ᾠκίσθη. νάσθη. ᾠκίσθη. *Hesych.* *Homer.* Ιλ. ξ. 119. πατὴρ δ' ἐμὸς Ἄργεϊ νάσθη. *Apoll. Rh.* L. III. 1181. ἔνθα καὶ ἐννάσθη. — V. 6. ΤΡΕΦΕΩΝ ΔΕ ΛΑΧΩΝ ΚΤΟΔΕΚΑ ΕΠΑΙΜΑΙ. *Spon.* ΤΡ. . . Ε . . Ν ΛΑΧΩΝ . . ΟΔΕ ΣΗΜΑ . . ΠΑΤΜΑΙ. *Chardonus*, qui hunc versum sic restituit, ut supra dedimus. — V. 9. ΕΝΔΕ ΤΕΘΝΕΩΣΙΝ ΟΜΗΓΕΡΙ . . ΤΕ ΠΕΛΟΤΙΣΙΝ. *Spon.* ΕΝ ΔΕ ΤΕΘΝΕ . . ΕΙΝ ΟΜΗΓΥΡΙΕ . . *Chard.* cujus nos emendationes adoptavimus praeter ΔΗ. Mihi hoc versificatoris potius vitium esse videtur, quam marmorarii. Et certe δὲ producitur non solum ante μ saepissime, verum etiam ante σ, ut ap. *Apoll. Rh.* I 267. οἱ δὲ σῖγα κατηφέες ἠείροντο. — et ante vocalem. *Homer.* Od. δ. 454. ἡμεῖς δὲ ἰάχοντες. His aliisque exemplis abusus noster δὲ ante τ produxisse potuit. *Viscontus* tamen δ' αὖ corrigendum censebat. — V. 10. 11. 12. ex *Sponii* exemplo satis depravato emendatiores dedimus in Animadverss. T. III. P. II. p. 307 hanc inscriptionem jam ab aliis sincerius editam ignorantes. — V. 10. ΔΟΙΗ ΤΩΝ ΕΤΕΡΗ. *Spon.* ΔΟΙΑΙ ΤΩΝ Ε . . ΕΡΗ. *Chard.* — V. 12. ΕΙΣΕΙΛΑ. *Spon.* et duo apographa, quibus utebatur *Chardonus*, qui Εἷς εἰμι, emendavit; quo nihil verius. Sic et nos emendaveramus. Verba ἧς στρατιῆς referenda ad alterum defunctorum genus, quod praecedens versus descriptum dedit. Hoc fugit Virum doctissimum *Fridericum Münter*, qui astra ad populorum Orientis morem *exercitum*, στρατιήν, appellari existimabat. Sed ducta est haec στρατιὴ ex *Platonis*

Phaedro p. 246. ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ, Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, πρῶτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελόμενος· τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων. ubi consulendus *Fr. Astius* V. cl. p. 297. Ex eodem loco derivata verba λαχὼν θεὸν ἡγεμονῆα (HTE MONHA *Spon.*) Quod autem *Munterus* ex hac inscriptione confici existimabat, puerum defunctum Cabirorum mysteriis initiatum fuisse, id mihi quidem certum esse non videtur. Nam quae V. 3. 4. de similitudine pueri dicuntur cum Diis Amyclaeis, ea pertinent ad ornatum, fere ut Ep. ἀδ. DCCXI. 9. 10. puer immatura morte extinctus cum Hyla comparatur.

33.

Ι Ο Β Α.

Μή με Λεοντῆος τραγικοῦ κεναρήφαγον ἦχος
λεύσσων Ὑψιπύλης ἐς κακὸν ἦτορ ὅρα·
ἤμην γάρ ποτ' ἐγὼ Βάκχῳ φίλος, οὐδέ τινων δὲ
γῆρυν χρυσοβόλοις οὔασιν ἠγάσατο.
νῦν δέ με χυτρόποδες κεράμοι καὶ ξηρὰ τάγηνα
χήρωσαν φωνῆς, γαστρὶ χαριζόμενοι.

Corruptissimum hoc Epigramma est ap. *Athenaeum* L. VIII. p. 343. F. ὀψοφάγος δ' ἦν καὶ Λεοντεὺς ὁ Ἀργεῖος, τραγῳδός, Ἀθηνίωνος μὲν μαθητής, οἰκέτης δὲ γενόμενος Ἰόβα τοῦ Μαυρουσίων βασιλέως, ὥς φησιν Ἀμάραντος ἐν τοῖς περὶ σκηνῆς, γεγραφέναι φάσκων εἰς αὐτὸν τόδε τὸ ἐπίγραμμα τόν Ἰόβαν, ὅτε κακῶς τὴν Ὑψιπύλην ὑπεκρίνατο· μή με Λεοντῆος κ. τ. λ. Disputavit de hoc epigrammate, nihil tamen novi afferens, *Weston* in Hermesi. p. 28. tentavit quoque, sed parum feliciter, *Wernsdorfius*, de Juba rege agens, in Poët. Minor.

T. V. P. III. p. 1426. *) — V. 1. *μή γε* dedit *Schweigh.* v. cl., quia *με* non haberet, quo referretur. At in hac totius distichi obscuritate nihil satis tuto mutaveris. Mox *τὸν ἀρείφατον ἦχον* *Casaubonus.* Felicius *Villebrunius*, *κιναρηφάγου ἦθος*, quem *Schw.* sequitur. *Columella* de R. R. L. X, 235. *Hispida ponatur cinara, quae dulcis Iaccho Potanti veniat, nec Phoebo grata canenti.* — V. 2. *χεύσεων.* vulgo. *ἦτορ* in *ἦθος* mutabat *Casaubonus*; pro respirandi instrumento habebat *Schweighäuserus.* Non video quid impediat, quo minus verba *κακὸν ἦτορ* vulgari significatione accipiantur. Scribendum autem *Ὑψιπύλην* cum *Schneidero* in not. msi.; fortasse etiam praeterea:

Ὑψιπύλην ὡς κακὸν ἦτορ ἔλα.

Hypsipyle per totum epigramma loquitur: *Leontei tragoedi, cinararum helluonis, indolem videns, noli propterea me Hypsipylen ut mali animi mulierem rejicere.* Ille enim quum Hypsipylen ageret, rauca et dissona voce non teneros muliebris animi affectus, sed

---

*) Ne quid desideretur, epigramma adscribam, ut a *Wernsdorfio* constitutum est, una cum viri doctissimi interpretatione latina:

Μή με Λεοντῆος τραγικοῦ κεν ἀρείφατος ἦχος
τεύχων Ὑψιπύλης ἐς κακὸν ἦθος, ὁρᾷ.
ἦν μὲν γάρ ποτ᾽ ἐγὼ Βάκχῳ φίλος, οὔτε τις ὧν δὴ
γῆρυν χρηστοτέροις οὔασιν ἠγάσατο.
νῦν δέ με χυτρόποδες, κέραμοι καὶ τήγανα ξηρὰ
χήρωσαν φωνῆς, γαστρὶ χαριζόμενοι.

Ne me amplius Martia vox Leontei tragici (vel tragoedus declamans) *in theatro videat, qui malo adeo Hypsipyles mores effingit. Equidem fui aliquanda amicus Bacchi* (artificum Dionysiacorum) *nec sane quisquam vocem aliquam* (tragoedi) *benignioribus admiratus est auribus. Nunc autem me ollae, et fictilia, et aridae sartagines voce ista privaverunt, dum ventri gratificantur.*

improbam helluonis aviditatem prodiderat. De λεύσσων ἦχον monuit *Casaubonus*, verba videndi etiam ad alios sensus transferri; mallem tamen ἦθος cum aliis. — V. 3. ἦν μέν vulgo. Cod. ἠμὴν. — φίλος etiam ad Hypsipylen referri debet, nota generis enallage; de qua exempla congessit *Fischer.* ad Welleri Gramm. T. II. p. 61. sq. Saepe autem de actoribus scenicis praedicantur ea, quae personis, quas agunt, sunt propria. — τίνων δέ. sic Cod. δὴ vulgo. Verissime emendavit *Schneiderus*, quod omnes, qui de hoc epigrammate disputaverunt, fugit, οὐδέ τιν' ὧδε.. *neque ullam aliam vocem tantopere admiratus est.* — V. 4. χρυσοβόλοις. Vocabulum varie tentatum. χρυσοβόροις volebat *Casaubonus*, de Mida cogitans, cui asininae aures datae ob auri famem; χρυσοφόροις, *Fiorillo* in Obss. ad Athen. p. 101. Utrique conjecturae praeferendum *Schneideri* inventum, χρυσολόβοις, ut οὔατα χρυσόλοβα *aures sint inauribus* ornatae. — V. 5. τήγανα ξηρά. Vulgo. ξηρὰ τάγηνα ex Cod. restituit *Schw.* — V. 6. χήρωσαν a *Casaubono* commendatum confirmaverunt membranae. Vulgo χώρησαν. — Pro χαριζόμενοι, in qua lectione Codd. consentiunt, χαριζομένου dedit *Schweigh.* Fieri tamen potuit, ut participium ad remotius substantivum referretur, ut est ap. *Heliodor.* L. I. 22. p. 37. ed. *Cor.* λαίλαπες συμμιγεῖς καὶ πρηστῆρες τὴν θάλατταν κατακυΐζουσι. et in aliis locis haud paucis. Cf. *Wolf.* ad *Sueton.* Jul. Caesar. c. 75. p. 92. Jam totum hoc Epigramma in hunc modum restituendum esse censeo:

Μή με Λεοντῆος τραγικοῦ κιναρηφάγον ἦθος
  λεύσσων, Ὑψιπύλην ὡς κακὸν ἦτορ ἔλα.
ἠμὴν γάρ ποτ' ἐγὼ Βάκχῳ φίλος, οὐδέ τιν' ὧδε
  γῆρυν χρυσολόβοις οὔασιν ἠγάσατο.
νῦν δέ με χυτρόποδες κέραμοι καὶ ξηρὰ τάγηνα
  χήρωσαν φωνῆς, γαστρὶ χαριζόμενοι.

34.

ἈΓΑΘΙΟΥ ἢ ΠΑΛΛΑΔΑ.

Μῆνιν ἄειδε μαθών, καὶ μῆνιν ἄειδε διδάξας
    οὐλομένην, γαμετὴν ἠγαγόμην ὁ τάλας·
πᾶν δ' ἦμαρ μάχεται, καὶ παννυχίῃ πολεμίζει,
    ὡς παρὰ τῆς μητρὸς προῖκα λαβοῦσα μάχην.
ἢν δὲ θέλω σιγᾶν, καὶ μαρναμένῃ ὑποείκειν,
    ὅττι περ οὐ μάχομαι, τοῦδ' ἕνεκεν μάχεται.

Ex Cod. *Philostrati* Parisino edidit *Boissonade* V. cl ad *Philostr.* Heroica p. 638. tamquam *Agathiae*; *Bastius*, eodem monente, hos versus *Palladae* inscriptos invenit alibi. Et hoc quidem magis probabile. V. 1. μῆνιν ἄειδε οὐλομένην. male ominatum Iliadis initium professionis grammaticae aerumnas significat. Cf. *Lucian.* Ep. XII. 2. et quae notavimus ad *Pallad.* Ep. IX. T. II. P. III. p. 204. ubi similes de uxore rixosa querelae: μῆνιν οὐλομένην γαμετὴν ὁ τάλας γεγάμηκα, καὶ παρὰ τῆς τέχνης μήνιδος ἀρξάμενος. Vide Eund. Ep. XIV. — V. 3. πανδῆμαρ junctim Cod. Parisin. πᾶν δ' ἦμαρ Cod. Venet. — V. 6. τοῦδ' scripsi pro τοῦθ' ἕνεκεν.

35.

Μάτηρ Μαρκιανοῦ, θυγάτηρ Δημητρίου εἰμί·
    τοὔνομα σιγάσθω· τοῦτ' ἀποληζομένη,
εὖτέ με Κεκροπίδαι Δηοῖ θέσαν ἱεροφάντιν,
    αὐτὴ ἀμαιμακέτοις ἐγκατέκρυψα βυθοῖς·
Οὐκ ἐμύησα δ' ἐγὼ Λακεδαιμονίης τέκνα Λήδης,
    οὐδέ τὸν εὑράμενον παυσινόσους ἀκέσεις·
οὐδὲ τὸν Εὐρυσθῆϊ δυώδεκα πάντας ἀέθλους
    ἐξανύσαντα πόνῳ καρτερὸν Ἡρακλέα·

τὸν χθονὸς εὐρυχόρου δὲ καὶ ἀτρυγέτης μεδέοντα,
τὸν καὶ ἀπειρεσίων κοίρανον ἡμερίων,
ἄσπετον ὃς πάσαις πλοῦτον κατέχευε πόλεσσιν,
Ἀδριανόν, κλεινῆς δ' ἔξοχα Κεκροπίης.

Hanc Inscriptionem Eleusine repertam primus edidit *Villoison.* in Prolegg. ad Homeri Iliad. p. LV. et postea ex schedis *Richardi Worthley*, cl. *Visconti* in Museo Pio. Clem. T. IV. p. 43. Eandem illustravit *N. Schow.* in Chart. papyr. Mus. Borg. p. 77. sq. quo libro aegre careo; repetivit *Lenzius* in versione libri de Mysteriis veterum auctore *St. Croix.* p. 142. Scriptum epigramma quo tempore Hadrianus Augustus in mysteria Eleusinia initiatus est; ergo a. V. C. 875. Vide *Dio Cass.* L. LXIX. 11. T. II. p. 1159. — V. 1. *μάτηρ.* Mulieres quoque hierophantarum munere fungebantur. Ἱεροφάντιδες Cereris Eleusiniae simul cum ἱεροφάντῃ commemorantur in *Schol.* ad *Sophocl.* Oedip. Col. 673. Illas ex gente Phillidarum fuisse, docet *Suidas* T. III. p. 599. *Photius* in Lexic. p. 472. Φιλλεῖδαι γένος ἐστὶν Ἀθήνησιν· ἐκ δέ τούτων ἡ ἱέρεια τῆς Δήμητρος καὶ Κόρης ἡ μύουσα τοὺς μύστας ἐν Ἐλευσῖνι. Cf. *Creuzerum* V. cl. in libro eruditionis multifariae pleno, cui titulus: *Symbolik und Mythologie der alten Völker.* T. IV. p. 524. Non semper virginem fuisse illam Hierophantiden ex nostro loco apparet; ut et hierophantae tantum post initum munus mariti esse desierunt, teste *Hieronymo* adv. Jovin. I. 9. Cf. *Sainte-Croix.* l. c. p. 134. — V. 2. τοὔνομα σιγάσθω. Omnes Cereris sacerdotes primi ordinis, nomen, quo antea apellati fuerant, deponebant. *Lucian.* in Lexiph. c. 19. T. V. p. 188. εἶτ' εὐθὺς ἐντυγχάνω δᾳδούχῳ τε, καὶ ἱεροφάντῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀῤῥητοποιοῖς, Δεινίαν σύρουσιν ἄγδην ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ἔγκλημα ἐπάγοντας; ὅτι ὠνόμαζεν αὐτούς, καὶ

ταῦτα εὖ εἰδώς, ὅτι, ἐξ οὗπερ ὡσιώθησαν, ἀνώνυμοί τέ εἰσι, καὶ οὐκέτι ὀνομαστοί, ὡς ἂν ἱερώνυμοι ἤδη γεγενημένοι. ubi *Gesnerus* commode excitavit *Eunapium* Vit. Maximi p. 86. τοῦ δὲ ἱεροφάντου κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅστις ἦν τοὔνομα, οὔ μοι θέμις λέγειν· ἐτέλει γὰρ τὸν ταῦτα γράφοντα. — Pro τοὔνομα *Visconti* οὔνομα dedit, et τοῦτ' pro τοῦτ', illud ex τὸ ἔτι contractum existimans. Sed recte τοῦτο (τὸ ὄνομα sc.) cum ἐγκατέκρυψα conjungitur. — ἀποκληζομένη; *seclusa*, a vulgo; ut videtur; ἀποκλήει est ap. *Herodot.* VII. 129 et ἀποκληΐζω. Vide *Stephan.* Thes. Gr. L. T. II. p. 235. E. — V. 4. ἀμαιμακέτοις. *Musae.* v. 327. καὶ ποτὸν ἀχρήιστον ἀμαιμακέτου πίεν ἅλμης. Locutio ipsa, qua fluctibus dicuntur tradi quae in oblivionem adducta volumus, illustrata est ab *Horatii* Interpp. ad I. Od. XXVI. 1. 2. — V. 5. τέκνα Λήδης. *Aristid.* in Panathen. T. I. p 191. Ἡρακλέα καὶ Διοσκούρους ἅπαντες δή που θεοὺς εἶναι νομίζουσι. τούτοις δέ γε, ἕως ὡμίλουν ἀνθρώποις, πρώτοις ξένων δείκνυσι τὰ ἱερά. Cf. Eund. in Eleusin. T. I. p. 257. — V. 6. πανσινόσευς, ut πανσιωδύνους. Vox Lexicis addenda. An alibi Aesculapius mysteriis dicatur initiatus fuisse, nunc quaerere non vacat. Huc certe non retulerim, quod *Pausanias* narrat L. III. 20. s. T. I. p. 421. — V. 8. Ἡρακλέα. *Aristides* Panath. T. I. p. 109. Ἡρακλέους ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων, ἡ μὲν πόλις καὶ νεὼς καὶ βωμοὺς ἱδρύεται πρώτη, καθάπερ καὶ πρόσθεν τοῖς μυστηρίοις ἐτίμησε πρῶτον ξένων. In Herculis gratiam minora mysteria instituta fuisse, narrat *Schol. Aristoph.* Plut. 846. et 1014. Facit huc inprimis *Spartianus* in Vit. Hadriani c. 13. *post hoc per Asiam et Insulas ad Achaiam navigavit; et Eleusinia sacra exemplo Herculis Philippique suscepit.* ubi vide *Interpp.* T. I. p. 116. sqq. — V. 9. ἀτρυγέτης. addenda haec vox iis, quas ex Anthologia notavimus in Act. Phi-

lol. Monac. Fasc, II. p. 150. sq. — V. 11. 12. ἄσπετον. Facit huc inprimis *Pausan.* I. 5. 5. T. I. p. 20. de Hadriano: ὁπόσα δὲ θεῶν ἱερά, τὰ μὲν ᾠκοδόμησεν ἐξ ἀρχῆς, τὰ δὲ καὶ ἐπεκόσμησεν ἀναθήμασι καὶ κατασκευαῖς, ἢ δωρεὰς πόλεσιν ἔδωκεν Ἑλληνίσι, τὰς δὲ καὶ τῶν βαρβάρων τοῖς δεηθεῖσιν, ἔστι οἱ πάντα γεγραμμένα Ἀθήνησιν ἐν τῷ κοινῷ τῶν θεῶν ἱερῷ.

36.

Μνήμην τῆς ἰδίας γαμετῆς μετὰ μοῖραν ἄτρεπτον
ἐν στέρνοισιν ἔχων, ἴδιος πόσις ὢν ἔτι ζωός,
οἷα ἔφυ στήλαις, παροδοίπορε, τοῦθ᾽ ὑπέγραψα.
πρῶτον μὲν τύπος ἦν αὐτῇ χρυσῆς Ἀφροδίτης,
εἶχε δὲ καὶ ψυχὴν ἀφελῆ στέρνοισι μένουσαν·
ἦν ἀγαθή, νομίμοις δὲ θεοῦ παρεγίνετο πᾶσιν·
οὐδὲν ὅλως παρέβαινε· χαρίζετο λειπομένοισιν·
δουλὶς ὑπάρχουσα στέφανον τὸν ἐλεύθερον ἔσχεν·
ζωοὺς τρεῖς ἐκύησε γόνους, μήτηρ ἐγενήθη
δισσῶν ἀρρενικῶν· τὸ δὲ θῆλυ τρίτον κατιδοῦσα
ἠοῦς ἐνδεκάτης ἔλιπε ψυχὴν ἀμερίμνως.
κάλλος δ᾽ αὖ μετὰ μοῖραν Ἀμάζονος ἔσχεν ἄπιστον,
ὥςτε νεκρᾶς πλέον ἢ ζώσης ἐς ἔρωτα φέρεσθαι.
εἰκοστὸν δὲ βιώσασαν ἀφελῶς ἐνιαυτὸν
Μαρκιάνην Ἑλικὴν ζοφερὸς τάφος ἔνθα καλύπτει.

Est ap. *Fabrettum* p. 723. Tractavit *Hagenbuch.* in Epist. Epigr. ad Blaurer. p. 46. sqq. Scripta in mulierem, quae partu edito, obierat. Mediocris versificatoris foetus. — V. 2. ἔτι ζωός. correptio brevis syllabae ante ζ in hoc epigrammate offendere non debet. Cf. supra ad nr. 5. — V. 3. ΕΤΩΕΦΥ ΣΤΥΛΑΙΣ. *Fabr.* quae sic emendavit *Hagenbuchius* :

ἔξω, ἔφη, στήλαις παρ᾽, ὁδοιπόρε, τοῦθ᾽ ὑπέγραψα.

pro παρὰ στήλαις; existimans, ipsum mulieris sepulcrum intus non nihil in ipso agro fuisse; cippum autem cum inscriptione ad frontem agri juxta viam, ut a praetereuntibus commode legi posset. Hinc maritum, uxori suae superstitem, monere, non in ipso loco, ubi uxoris reliquias condidisset, sed *extra eum* carmen suum sepulcrale legi. — Inepta correctio, in qua nec ἔφη ferendum, nec στήλαις παρ᾽. Commode jungitur, παροδοιπόρε, quamvis Lexica hac voce careant, ad analogiam τοῦ παροδίτης composita. In ΕΤΩ ΕΦΤ. nihil aliud latere, quam ΟΙΑ ΕΦΤ, mihi persuasissimum est: *Perscripsi in hoc cippo, qualis illa fuerit.* — In versus exitu: ΤΠΕΤΡΑ Α, quod *Hagenb.* recte emendavit. — V. 4. αὔτη vel αὐτή. *Hagenb.* αὐτῇ posui, quod sensus postulabat: *forma erat ei Veneris aureae.* Sic *Phaedimus* Ep. II. Καλλίστρατός σοι, Ζηνὸς ὦ διάκτορε, ἔθηκε μορφῆς ξυνὸν ἥλικος τύπον. *Diodor.* Ep. V. δείδια σύν τε φυῆς ἐρατὸν τύπον. — V. 5. ΨΤΧΕΝ. *Fabr.* — V. 6. νομίμοις . . παρεγίνετο. Si recte intelligo, νόμιμα hoc loco sunt *sacra deo facta*, conciones sacrae in dei honorem habitae, quibus illa assidue interfuisse dicitur. De muliere christiana agi, dubitare noli. — V. 7. λειπομένοισι *egenis opitulabatur.* λειπόμενοι τῆς ἐφημέρου τροφῆς. Epist. Jacobi II. 15. — V. 8. δουλίς. Hanc formam tuetur *H.* laudato *Polluce* L. III. 75. — V. 12. Ἀμάζονος. de hac voce silet *Hagenbuchius*, in aliis minus obscuris satis verbosus. Non video, quid voluerit Inscriptionis auctor, nisi Marcianam comparare voluit cum *Penthesilea* Amazone, quae post mortem eximia pulcritudine erat conspicua, ἐπεὶ μακάρεσσιν ἐῴκει. Κεῖτο γὰρ ἐν τεύχεσσι κατὰ χθονὸς, ἠΰτ᾽ ἀτειρὴς Ἄρτεμις ὑπνώουσα. *Quint. Smyrn.* L. I, 662. ita ut Achillem poeniteret, quod eam non

in matrimonium duxisset — ἐπεὶ μέγεθός τε καὶ εἶδος Ἔπλετ' ἀμώμητός τε, καὶ ἀθανάτῃσιν ὁμοίη. Ib. I. 673. Cf. *Tzetz.* ad Lycophr. v. 999. — V. 13. ὥστε . . φέρεσθαι, τινά, scil. — ΕΟΣΗΣΕΙΣ. *Fabr.* — V. 14. ἀφελῶς. idem fortasse h. l. quod καθαρῶς. — V. 15. ΜΑΡΚΙΑΝ ΤΗΝ. *Fabr.* idque tueri conatus est *Hagenb.* synizesi admissa. Sed sic tamen articulus abundat. Quare nullus dubito, me recte scripsisse: Μαρκιάνην Ἑλίκην *Marciana Helice.* Penultima in Μαρκιάνη correpta, nos non magis morari debet, quam in Πουβλιάνη supra Nr. 22. v. 3. ubi vide not. Et cf. nr. 35. V. 1.

37.

Νήπιός εἰμι τυχὼν τύμβου τοῦδ', ὦ παροδῖτα,
ὅσσ' ἔπαθον δὲ βαιῷ τέρματί μου βιοτῆς,
ἐγκύρσας λάνᾳ στήλῃ, τάχα καὶ σὺ δακρύσεις·
Ματρὸς ἀπ' ὠδίνων ὡς εἰς φάος ἤγαγον Ὧραι,
ἐκ γαίης με πατὴρ ἐμὸς εἵλατο χερσὶ γεγηθώς,
καί μ' ἀπέλουσε λύθρου κεἰς σπάργανά μ' αὐτὸς ἔθηκεν·
ηὔχετο δ' ἀθανάτοις ἅπερ οὐκ ἤμελλεν ἔσεσθαι·
Μοῖραι γὰρ πρῶται περί μου κεκρίκεισαν ἅπαντα·
καί μ' ἔτρεφεν γενέτης μητέρα μου τρόφον εἰλάμενος.
αὐτίκα δ' ηὐξανόμην εὐερνής, πᾶσι ποθητός·
ἐν δ' ὥραις ὀλίγαις Μοιρῶν [γὰρ] σφραγῖδες ἐπῆλθον·
αἵ με νόσῳ πῆξαν χαλεπῇ διδύμους περὶ . . . . .
ἀλλ' ὁ ταλαίφρων γεννήσας ἰάσατο μοῦνος
τοῦτο, δοκῶν ὅτι Μοῖραν ἐμὴν ἰάμασι θέλγει.
. . . . καὶ τοὺς δή μ' ἑτέρα νόσος εἷλε κακίστη,
τῆς προτέρης νούσου πουλύ τι χειροτέρη·
σῆψιν γὰρ λαιοῦ πεδίον ποδὸς εἶχεν ἐν ὀστοῖς·
εἶτ' ἔταμόν με φίλοι γενέτου καί μ' ὀστέ' ἀνεῖλαν,

λύπας καὶ στοναχὰς τοῖς μου τοκέεσσι διδόντα·
καὶ ταῦθ' ὡςαύτως ἰάθην πάλιν, ὡς τὰ πάροιθεν·
οὐ δ' οὕτως γένεσις δεινὴ πλησθεῖσ' ἐκορέσθη·
ἀλλ' ἑτέραν πάλι μοι νόσον ἤγαγε γαστρός * μοῖρα,
σπλάγχνα μου ὀγκώσασα, καὶ ἐκτήξασα τὰ λοιπά,
ἄχρις ὅτου ψυχὴν μητρὸς χέρες εἷλαν ἀπ' ὄσσων.
ταῦτ' ἔπαθόν βαιῷ τέρματί μου βιοτῆς [ξένε]·
καὶ κατέλειπον τηκεδόνας τοῖσί με γειναμένοις.
αἰνόμορος λείψας τρεῖς συνομαίμονας ἀστεφανώτους.

Edidit *Sponius* in Miscell. erud. Antiqu. p. 370. cum hac praefatione:

ΘΕΟΙΣ ΗΡΩΣΙΝ
ΛΟΥΚΙΟΣ ΜΙΝΙΚΙΟΣ ΑΝΘΙΜΟΣ ΚΑΙ ΣΚΡΕΙ
ΒΩΝΙΑ ΦΙΛΕΙΚΙΣΣΙΜΑ ΑΤΥΧΕΙΣ ΓΟΝΕΙΣ
Λ. ΜΙΝΙΚΙΩ ΑΝΘΕΜΙΑΝΩ ΤΕΚΝΩ ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ
ΚΑΙ ΘΕΩ ΙΔΙΩ ΕΠΗΚΟΩ ΖΗΣΑΝ ΕΤΕΙ Δ
ΜΗΝΑΣ Ε Η. Κ.

ubi V. 3. nomen matris ΦΕΛΕΙΚΙΣΣΙΜΑ *Felicissima* fuisse videtur. V. 4. autem Scr. ΖΗΣΑΝΤΙ ΕΤΗ Δ. — Versus ipsi mali sunt poëtae, et a marmorario passim, ut videtur, interpolati. Haud pauca aliter ac *Sponius* repraesentat *Reinesius* Synt. Inscr. p. 694. et inde *Fleetwood.* in Syll. p. 208. 2. — V. 2. ΔΕΝΒΑΙΩ. *Spon. Rein.* Scripsi δέ. Prior in βαιῷ corripi potuit. Cf. Supra nr. 6. v. 3. Fortasse tamen δ' ἐν plane delendum, pleniore distinctione in fine praecedentis versus posita. Cf. V. 25. — ΤΗΣ ΒΙΟΤΗΣ. *Reines.* — V. 3. ΛΑΙΝΕΑ ΣΤΕΛΛΗ. *Sp.* — V. 4. ΩΔΕΙΝΩΝ. *Sp.* — V. 5. ἐκ γαίης nota res. Cf. *Lambin.* ad *Plauti* Amph. I. 3. 3. — V. 6. ΚΑΙ ΕΙΣ. *Spon. Rein.* syllabis per crasin jungendis temere, ut saepe fit in marmoribus, diductis. — V. 7. ΗΥΛΕΤΟ. *Sp.* — ΗΜΕΛΛΟΝ ΕΣΣΕ-

ΣΘΑΙ *Sp.* ἤμελλεν praetuli, licet non ignorem, veteres interdum neutris nominum pluralis numeri singularem verborum addidisse. Cf. *Porson.* in Add. ad ed. 2dam Hecubae p. 79 sq. — V. 8. ΚΕΚΡΙΚΗΚΑΝ. *Reines.* Sensus non est integer, marmorarii fortasse culpa. Fortasse scribendum:

Μοῖραι γὰρ πρῶται περί μου κεκρίκεισαν ἜΝΑΝΤΑ.

Parcae contra statuērunt ac parentes oraverant. Nec πρῶται placet. — V. 9. qui ἄμετρος est, intactum reliqui. Fort. γενέτης, οὐ τρόφον εἶλ. — V. 10. ΔΗ ΗΤΞΑΝΟΜΗΝ. *Reines.* ΔΕΤΞΑΝΟΜΗΝ. *Spon.* Post εὐεργής uterque ΚΑΙ inserit, quod delevi; ut statim V. 11. γὰρ post Μοιρῶν, quod et metrum et sensum turbabat. σφραγῖδες sunt *decreta.* — V. 12. ΠΗΣΑΝ. *Rein.* Malles fortasse τῆξαν. Verbum quod in fine versus excidit ΜΗΝΑΣ fuisse puto: *per duos Menses.* δίδυμος, ut δισσός, pro δύω. *Sponius* διδύμους pro sede morbi habebat, vertens: *quae me morbo afflixerunt malo circa testes.* Hanc significationem vocabuli adstruximus in Animadverss. T. II. P. II. p. 286. At hoc loco διδύμους μῆνας videtur verum. — V. 13. ΕΙΑΣΑΤΟ. *Spon. Rein.* In fine versus addita vox depravata ΟΝΑΙΝΗΝ fortasse ad praecedentem versum pertinet, et ex ΜΗΝΑΣ corrupta est. — V. 14 ΕΙΑΜΑΣΙ. *Spon. Rein.* In fine ΣΩΣΕΙ. *Spon.* Praetuli ΘΕΛΓΕΙ ex apogr. *Reines.* — V. 15. versus mutilus initio et corruptus. Sensus esse debuit: *at brevi post alius me morbus corripuit.* ΚΑΙ ΤΟΤΕ *Rein.* ΔΗΜΕΤΕΡΑ dissolvi in δή μ' ἑτέρα. quod sensus postulat. δ' ἡμετέρα, quod *Sponius* in versione latina expressit, hoc loco nihil est. Bene omnia haberent, si legeretur:

ἀλλ' ὦκ' αὖτις δή μ' ἑτέρα νόσος εἷλε κακίστη.

V. 16. ΝΟΤΣΣΟΤ. *Spon.* — V. 17. ΓΑΡΜΟΤ. *Spon.*

In hac quoque Inscriptione *Leichius* nihil legere potuit p. 79. sq., praeter pauca quaedam verba. Nos eam restituere conati sumus l. c. p. 44. sqq. — V. 1. AICTΠΠON AAIΩ ATCAI. In his verbis iterum Σ pro Γ scriptum, Π pro TI, de quibus permutationibus supra passim. — V. 2. AIΠΩ MEMNΩN HN ΘHBAIXΩ HTAIOΩ. In his Ἀμμωνίην verum esse nullus dubito. Correptae litterae ω in nominibus propriis exempla dedimus in Comment. de M. p. 48. quibus adde ex Ep. Cyzicenis nr. 16. ὃς μὲν ἀπ' Αἰολίης, ὃς δ' ἀπὸ Βοιωτίης. Ib. nr. 19. Ῥῆμόν τε ξυνῶν καὶ Ῥωμύλον λεχέων. Ep. ἀδ. DCC XXV. ὀκτὼ μόνοις ἔτεσιν (sic est in marmore) βεβιωκότα. Quamquam in Ἀμμωνίην etiam Synecphonesis locum habere possit. Cf. *Hagenbuch.* Ep. Epigr. ad Blaurer. p. 53. — V. 3. ΠAMBACIAHA ΠPIN ATCAC. In ultimo vocabulo iterum T positum pro I, ut V. 1. ATCAC pro ἄσας. — V. 4. ACNΩ XAIPHN EIΠEPOIΩΣ ATNOTOON. In prima voce ubi N, ut saepe positum pro AI, ita ut AEΛIΩ proxime ad Pocockianam lectionem accedat: *Colossus Memnonius, qui olim Soli tantum canere solebat, conspecto Imperatore Hadriano Salve dixit, vocem claram et discrtam.* Jam apparet nihili esse *Leichii* inventum AΦNΩ. — In fine versus olim εὐξύνετον scripseram, nunc ὀξύτονον, ut minus a litteris discedens praetuli. — V. 5. TIPANΔOTTEΛAΩNAOTKICIΔIΔIA ΙΘEPOC IΠΠOIΣ. λευκοῖσι δι' αἰθέρος ἵπποις etiam *Leichius* correxit. Τιτὰν pro *Sole*, ut in Orph. Hymn. VII. 2. *Synes.* Ep. I. Anal. T. II. p. 449. *Proclus* Hymn. in Sol. v. 1.

— λευκοῖσι. *Aeschyl.* Pers. 385. ἐπεί γε μέντοι λευκόπωλος ἡμέρα Πᾶσαν κατέσχε γαῖαν. *Soph.* Aj. 671. ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανῆς κύκλος Τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν. — V. 6. I.....ICKIAI ΩΡΑΩΝ ΔΕΠΕΡΟΝ ΗΧΕ ΛΛΕΤΡΟΝ. Lacunam in versus initio implevi, ut potui; de reliquis dubitari nequit. τεῖλε pro ἀνετείλατο confirmatur *Sophocl.* El. 699. κεῖνος γὰρ ἄλλης ἡμέρας, ὅτ' ἱππικῶν ἦν, ἡλίου τέλλοντος ὠκύπους ἀγών. — ἕσπερον, pro ἑσπέριον. Cf. *Abresch* ad *Aeschyl.* T. I. p. 29. — V. 7. ΩCΧΑΜ ΒΟΛΟΤΤΠΕΗ ΤΟΙΗ ΜΕΜΝΩΝΠΑΝΗΑΤΔΑΗ. Scripseram olim ὡξ' ἅμα. Sed verius puto, ἔσχασε . . . αὐδήν. *Lycophron.* v. 28. ἡ δὲ ἔνθεον σχάσασα βακχεῖον στόμα. Alio sensu *Euripides* σχάσαι γῆρυν dixit in Phoen. 967. — βολοτυπής. *radiis Solis percussus.* Vocabulum aliunde non notum. Prior autem syllaba eandem ob causam producitur, qua περιμάχητος supra nr. 6, 5. Fortasse etiam littera λ in pronuntiatione duplicatá. *Philostrat.* Imagg. I. 7. p. 773. καὶ προσβάλλει τῷ ἀγάλματι ἡ ἀκτὶς τοῦ Ἡλίου· δοκεῖ γὰρ ὁ Ἥλιος οἱονεὶ πλῆκτρον, κατὰ τὸ στόμα ἐμπίπτειν τῷ Μέμνονι, ἐκκαλεῖσθαι φωνὴν ἐκεῖθεν. — V. 8. ΟΔΤΤΟΝΟΝ ΜΙΡΩ...ΤΤΡΙΤΟΝ. ΑΔΟΝΙΗ. De ὀξύτονον non dubito, quin verum sit; reliqua minus certa sunt. — τρίτον tamen perspicue est ap. *Pocockium.* *Ter* Hadrianus canoram Memnonis vocem audiverat; primum, quum accedens ad eum salutatus esset; tum sole oriente, tertio, sole occidente. Hunc Memnonis favorem, *laeto animo* (χαίρων) acceperat Hadrianus; non enim omnibus se tam commodum praestabat colossus, ut ex aliis Inscriptionibus apparet. Cf. Comment. de Memn. p. 65. sq. — V. 9. ΑΔΡΙΑΝΟC . . . ΑΙCΔΑΙC ΤΟCΑΚΑΤΤΟC. Lacunam implere conatus sum, μάλ' insereus, quod ad χαίρων refero. Extremorum verborum sensus incertus.

Suspicor tamen, auctorem epigrammatis de se ipso loquutum esse, ita ut suum testimonium cum testimonio Imperatoris conjungeret. Quae sequuntur apud *Pocockium* tam corrupta sunt, ut ea omittere maluerim. Ita autem se habent:

ΜΕΜΝΟΝΑ ΚΑΝC... ΑΙΚΛΑ... ΠΟΥ ΠΟΥΟΙC
ΤΡΟΠΠΑΤΑ CΑΜΑΙΝ... ΤΑΤΟC ΕΥΙΔΕ ΚΑΟC.
CΕC ΑΚΟΥΕ
ΔΗΛΟΝ ΠΑΙCΙ ΔΕ ΓΕ ΤΩCΙΕΦΙΛΙCΙ ΘΕΟΙ.

In primo trium horum versuum nomen testis latere suspicor. In sequente versu mihi legere videor:

ὅσσ᾽ εἴσιδε χῶσσ᾽ ἐσάκουσε

In ultimo denique: δηλῶν πᾶσι..... ὡς ἐφίλησε θεός.

CATALOGUS POETARUM

QUI

EPIGRAMMATA SCRIPSERUNT.

Ablabius Illustrius. Unum ejus extat Epigramma in discum Asclepiadis cujusdam Anal. II. 451. (T. III. p. 156. ed. Lips.) Is est fortasse, quem ut discipulum Troili rhetoris; γεννικώτατον ῥήτορα ipsum commemorat *Socrates* in Hist. Eccl. L. VII. 12. p. 284. Hic Nicaeae Novatianorum episcopus fuit, nec in hac dignitate constitutus, rhetoricam docere desiit. Floruit sub Honorio et Theodosio juniore. Alium *Ablábium* medicum celebrat Epigr. Theosebiae T. II. p. 450.

Aceratus Grammaticus. Extat ejus Tetrastichon in Hectorem An. II. p. 189. (T. II. p. 174. ed. L.)

Adaeus. Anal. II. p. 241 — 243. (T. II. p. 224 — 226. ed. L.) Paralipp. nr. 109. p. 685. In Cod. Vat. hoc nomen modo Ἀδδαῖος, modo Ἀδαῖος scribitur. Commemoratur Ἀδαῖος Macedo ap. *Polybium* L. XV. 27. 6. ed. *Schw.* urbis Bubasti praefectus; et L. XXVIII. 8. p. 402. Ἀδαῖος Βεροιαῖος: quem Perseus legatum misit ad regem Illyriae. Ap. *Athenae.* L. XII. p. 532. E. Ἀδαῖος est Ἀλεκτρυὼν dictus, dux Philippi, Amyntae filii. Occurrit ΑΔΑΙΟΣ in numo Macedoniae ap. *Pellerin.* Recueil. T. I. p. 184. Tab. 31. nr. 33. Ἀδαῖος, Agesilai regis ab epistolis, vocatur *Plutarcho* V. Ages. c. 13. Ἰδαῖος idem in *Xenoph.* Hellen. IV. 1. 39. illud praeferebat *Valken.* ad Adon. p. 263. C. — Epigrammati Illtio additum in Cod. Vat. et hinc in Anth. Plan. gentile Μακεδόνος. cui origini bene con-

veniunt argumenta Epigrammatum II. VIII. IX. X. Epigramma autem Vtum inscriptum Ἀδδαίου Μιτυληναίου. Diversos fuisse non dubito, quamvis *Reiskius* dubitabat, qui exempla commemorat hominum, quibus diversa nomina gentilitia tribuerit antiquitas. Copiose idem docuit etiam *Jonsius* de Scriptt. Hist. Phil. I. 2. p. 16. sqq. Vtri horum Adaeorum singula epigrammata tribuenda sint, equidem non susceperim statuere. Plurima certe sunt Macedonici; Mitylenaei fortasse nonnisi unum. Novimus hominem illius terrae, qui scripsit περὶ ἀγαλματοποιῶν ap. *Athen.* L. XIII. p. 606. A. Ejusdem fortasse est opus aliud περὶ διαθέσεως, laudatum ab eodem L. XI. p. 571. F. in quo de rebus ad artem spectantibus actum fuisse, suspicari licet ex loco inde excitato. Hunc *Schneiderus* sub Attali primi temporibus vixisse statuit, discedens a *Reiskio*, qui eundem ad Alexandri M. tempora retulit. Hoc tamen de *Adaeo Macedone* verum fuerit. Is enim Alexandri mortem commemorat Ep. VII. (ubi v. 1. corrigendum videtur: Τύμβον Ἀλεξάνδροιο Μακηδόνος ἤν τις ἀθρείῃ, *si quis circumspiciat* pro ἀείδῃ.) et Ep. II. *Peucesten*, quem nihil prohibet eundem esse, qui Alexandri corporis custos fuit, vir fortissimus et venationis studiosissimus. *Diodor. Sic.* L. XIX. 14. T. II. p. 328. *Plutarch.* Vit. Alex. c. 4. p. 85. Jam quum Ep. VII. *Potidaea* commemoretur, quae urbs Cassandri aetate Κασσάνδρεια appellata est, auctore *Strabone* Epit. VII. T. I. p. 510. *Pausan.* V. 23. p. 437. Cf. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 357. hinc quoque colligi potest, scripsisse eum, antequam Cassander rerum in Macedonia potiretur. Quanquam non ignorem, hoc argumentum per se non satis esse validum, quum poëtae vetustis augustioribusque nominibus prae recentioribus uti soleant.

Caeterum *Addei* alii commemorantur sequioris aevi, ut rhetor apud *Senecam* in Controversiis; comes et utriusque militiae magister in Cod. Theodosiano etc.

Adrianus Imperator. Extant sex ejus Epigrammata in Anal. II. 285. (II. 260. ed. L.) satis jejuna; inter haec autem Ep. II. et III. etiam *Germanico Caesari* inscribuntur. Latina sunt ejusdem in Anthol. Lat. T. I. p. 86. ubi cf. *Burmann. Dio Cass.* L. LXIX. 3. p. 1151. φύσει φιλολόγος ἦν ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ, καὶ τινα πεζὰ καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντοδαπὰ κατέλιπε. ubi *Reimarus* veterum loca de *Hadriani* scriptis diligenter collegit. *Dionem* exscripsit *Suidas* T. I. p. 57. Cf. *Spanh.* et *Heusinger.* ad *Juliani* Caesar. c. IX. p. 71. sq. Referebatur huc etiam *Plinius* IIII. Epist. III. 3. quae epistola *Adriano Antonino* inscribebatur vulgo. Sed vide infra in *Antoninus.*

Admetus. unus versus Heroicus in Anal. T. II. 308. (T. III. p. 21. ed. L.) relatus ex *Luciani* Demon. §. 44. Tom. V. p. 248. unde apparet, ridiculum hominem vixisse sub exitum seculi primi post Chr. n. seculo secundo ineunte. Cf. *Solan.* l. c. p. 535. *Jonsius* de Scriptt. Hist. Phil. L. III. 10. 6. p. 60.

Aemilianus. Tria epigrammata Anal. T. II. 275. (II. 251. ed. Lips.) quorum tertio in Cod. Vat. adscriptum Αἰμιλιανοῦ Νικαίως. Nullum est in illis aetatis, qua scripta fuerint, indicium; nec *Aemilianum Nicaenum* alibi commemoratum vidi.

Aeschinis. Αἰσχίνου ῥήτορος inscriptum tetrastichon in Anal. I. 175. (I. 110. ed. L.) quod dubitabat *Reiskius*, sitne illustris illius adversarii Demosthenis, an ejus, quem *Strabo* commemorat L. XIV. p. 942. Hoc alterum *Reiskio* videbatur verisimilius, sine causa

satis gravi. Plures fuerunt ejusdem nominis, rhetores tantum non omnes, quos recenset *Diogen. Laert.* II. 64. p. 117. sq. Horum ille, quem eloquentia sua et Demosthenis rivalitas maxime illustravit, poëmatia scripsit, et quidem ἐρωτικὰ in pueros amatos, quod ipse de se profitetur in Or. c. Timarch. p. 146. 10. ed. R. τῶν δὲ ποιημάτων ὧν οὗτοί φασί με πεποιηκέναι, τὰ μὲν ὁμολογῶ, τὰ δὲ ἐξαρνοῦμαι μὴ τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον, ὃν οὗτοι διαφθείραντες παρέχονται.

Aeschrio Samius, auctor epigrammatis in Philaeniden Anal. I. 189. (I. 120. ed. L.) quod ἀδέσποτον est in Anth. Plan. p. 222. ed. *Steph.* In Vat. C. p. 247. ἀδέσποτον οἱ δὲ Σιμωνίδου. Ad *Aeschrionem Samium* refert *Athen.* L. VIII. p. 335. C. cujus jambi iterum excitantur L. VII. p. 296. F. Nomen apud Samios usitatum, ubi etiam φυλὴν Αἰσχριωνίην fuisse tradit *Herodot.* L. III. 26. p. 206. Choliambos *Aeschrionis* excitavit *Tzetzes* in Comment. inedito in Hermogenem, laudato a *Ruhnkenio* ad *Longin.* p. 244.

στενὸν καθ' Ἑλλήσποντον, ἐμπόρων χώρην,
ναῦται, θαλάσσης ἐστρέφοντο μύρμηκες.

tum iterum:

ὁ δ' ἐξελὼν ἐμέντα, φορτίου ζώνην,
Ἶρις δ' ἔλαμψε, καλὸν οὐρανοῦ τόξον.
καὶ πίσσαν ἐφθήν, ἣν θύραι μυρίζονται.

Quae omnia *Samii* esse nostri existimare malim, quam Mitylenaei τοῦ ἐποποιοῦ, qui *Aristotelis* fuit discipulus, de quo vid. *Suid.* T. I. p. 662. Tzetza Chil. VIII. 198. v. 406. qui Mitylenaeum illum ἔπη καὶ ἰάμβους scripsisse narrat. Alios *Aeschriones* congessit *Jonsius* in Scriptt. Hist. Phil. L. II. 2. 5. p. 147. His addendus est ille, cui Hipparchus suum in Aratum opus dedicavit,

Aeschylus. Duo Epigrammata in Anal. T. I. p. 523. (T. I. p. 81. ed. L.) quorum prius an recte *Aeschylo* tragico tribuatur, licet dubitare. Cf. Animadverss. T. I. P. I. p. 275. Alius ſuit *Aeschylus Alexandrinus*, cujus ſit mentio ap. *Athen.* L. XIII. p. 599. E.

Aesopus. Epigramma unum in Anal. I. 76. (I. 52. ed. L.) de vitae malis, quod *cultissimum* dicit, nec immerito, *Schaeſer* in Meletem. p. 97. not. 44. Referri debet ad genus Epigrammatum sententiosum, qualia multa sunt in *Theognidis* elegis; et in fragmentis *Solonis*.

Agathias Scholasticus Myrinaeus. Epigrammata XCV. in Anal. T. III. p. 33. (T. IV. 3. ed. L.) quibus alia quaedam accesserunt in Paralipomenis nostris. Dixi de eo in Prolegomenis §. V. p. L. sqq. ubi etiam Prooemium Anthologiae ab illo concinnatae ex membranis edidimus. *Asianus* appellatur interdum, a patria urbe in Asia sita; quam cum Smyrna confudit *Suidas* in Ἀγαθίας. T. I. p. 16. cujus aut librarii errorem emendavit *Kusterus*; post *Vulcanum* in Not. ad Histor. Agathiae p. 3. De eadem re non satis diserte tradit *Salmasius* ad Solin. p. 607. E. *Scholastici* titulum ſuse illustravit *Spanhem.* ad *Juliani* Opera p. 120. De studiis suis poëticis *Agathias* tradit initio historiae p. 2. se juvenem breviora poëmatia scripsisse; eaque sub *Daphniacorum* titulo edidisse, *μύθοις τισὶ πεποικιλμένα ἐρωτικοῖς, καὶ τῶν τοιούτων ἀνάπλεα γοητευμάτων.* Cf. Ep. XXXIV. unde in *novem* libros hoc opus descriptum ſuisse discimus. Octoginta ejus Epigrammata ex Anthologia Planudea collecta *Vulcanius* edidit una cum *Agathiae* Historia. Lugd. Bat. 1594. 4. quae editio recusa est Venet. 1729. fol. Ob eloquentiam et poëticae ſacultatis laudem in patria ejus imago,

una cum imagine patris Memnonii et fratris, in loco publico posita est, tradente *Michaëlio Grammatico* Anal. T. III. p. 124. (IV. 94. ed. L.) Epigrammata *Agathiae*, quorum magna pars versatur in argumento amatorio, multa ex ἐπιδεικτικῷ sunt genere, ingenium produnt elegans, vetustorum poëtarum studio expolitum. Verbosior tamen est plerumque, et in comenda ornandaque oratione interdum nimius.

Agis (non *Aegis*, ut ap. *Fabricium*). Tetrastichon unum Anal. I. 185. (I. 118. ed. L.) Erat inter adulatores Alexandri *Agis quidam Argivus, pessimus carminum post Choerilum conditor:* quae verba sunt *Curtii* L. VIII. 5. 8. *Arrian.* de Exped. Alex. L. IV. 9. 14. p. 244. Ἆγιν Ἀργεῖον ἐποποιόν. Ejus dictum servavit *Plutarch.* T. II. p. 60. B. C. Agidis cujusdam, Amphiptolemi filii, versus laudat *Pausan.* L. II. 6. p. 124. sed ibi legendum cum *Valkenario* Diatr. p. 59. 1. Ἄσιος ὁ Ἀμφιπτολέμου... cujus emendationis veritatem arguit *Pausan.* L. VII. 4. p. 530. a. — Alius est *Agis*, auctor ὀψαρτυτικῶν ap. *Athen.* L. XII. p. 516. c.

Alcaeus Messenius. Extant XXII Epigrammata in Anal. T. I. p. 486. (I. 237. ed. L.) in quibus temporis, quo vixerit, notae sunt satis illustres. Ep. IX. commemoratur Clitomachus pugil, qui floruit circa Ol. CXLI. auctore *Pausan.* L. VI. 15. p. 489. — Ep. XIII. Macynus, Aetolorum urbs, a Philippo, Demetrii filio, expugnata, quod factum fuisse videtur c. Ol. CXL. 2. A. V. C. 535. Cf. *Polyb.* L. IV. 65. p. 152. sqq. Deinde Callias et Epicrates, qui Ep. XV a Philippo traduntur interfecti, non perierunt ante Ol. CXLI. quo tempore Philippi pravitas primum coepit apparere. *Polyb.* L. VII. 12. p. 608. — Ep. XVI. scriptum in Titum Flaminium, Graeciae, ut tum qui-

dem videbatur, liberatorem, c. Ol. CXLVI. 1. in quo Epigrammate quum dux romanorum Τίτος appelletur, cognomine non addito, *Tzetza* in Prolegg. in Lycophr. Cass. p. 258. ed. *Müll.* procudit Ἀλκαῖον νέον, Epigrammatum auctorem, ὃς ἦν ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ τοῦ Ῥωμαίου καὶ Τίτου. quem errorem attigit *Fabric.* Bibl. gr. T. II. p. 88 ed. *Harl. Schneiderus* in Peric. Crit. p. 98. et in Anal. crit. p. 10. ubi praeclare de Messenio nostro disputavit. — Ep. denique XXII. scriptum est post pugnam ad Cynoscephalas, Olymp. CXLV. 3. Vid. *Plutarch.* Vita Flamin. T. II. p. 414. Plura horum epigrammatum grave spirant odium in Philippum, cujus causa idonea erat Messenia, Alcaei patria, *caedibus direptionibusque bonorum* vehementer vexata, *Liv.* L. XXXII. 21. *Polyb.* L. VII. 12. 1. ubi cf. *Schweigh.* T. VI. p. 417. sqq. *Plutarch.* in Vit. Arati T. I. p. 1050. ed. Frcf.

Jam illa aetate *Alcaeus* quidam floruit Epicuri adscriptus familiae, et propter hanc ipsam causam Roma pulsus ex SCto, quod factum est A. V. C. 599. aut 580. Vid. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. L. IX. 22. unde emendandus *Athen.* XII. p. 547. A. καλῶς ἄρα ποιοῦντες Ῥωμαῖοι οἱ πάντα ἄριστοι, Ἄλκιον (L. Ἀλκαῖον) καὶ Φιλίσκον τοὺς Ἐπικουρείους ἐξέβαλον τῆς πόλεως, Λευκίου τοῦ Ποστουμίου ὑπατεύοντος. Tum: ὁμοίως δὲ καὶ Μεσσήνιοι κατὰ ψήφισμα ἐξέωσαν τοὺς Ἐπικουρείους. Posteriora haec illustrat *Suidas* in Ἐπίκουρος. T. I. p. 815. allato loco *Aeliani* ex libro de Providentia. Ad hunc igitur *Alcaeum*, Epicuri asseclam, Epigrammata referenda esse suspicatur *Reiskius*, itemque *Schneiderus*, qui refutavit *Vossium* ad *Catullum* p. 42. existimantem, Ep. XII. *Alcaei* esse *Comici*, qui diu ante Philippi tempora vixit. Vid. *T. Hemsterh.* ad Argum. Pluti p. 7. Commemoratur etiam alius *Alcaeus* ejusdem aevi ap.

Polybium L. XXXII. 6. Tom. IV. p. 552. tanquam irriſor Iſocratis grammatici, qui cum Cnaeum Octavium jure occiſum eſse dixiſſet, Romanis eſt traditus a Demetrio a. V. C. 594. Ol. CLIV. 4.

In hīs, quae hactenus diſputavimus, temporum ratio nihil habet difficultatis. Verum occurrit ep. XIX. quod *Brunkius* ad *Alcaeum* referri poſſe negat, exiſtimans de Pylade agi, pantomimo, Auguſti aetate celeberrimo. Seriori itaque poëtae *Alpheo Mitylenaeo* tribuendum eſſe ſuſpicatur; quam ſuſpicionem minus recte intellexit *Harles*. in *Fabricii* Bibl. Gr. T. IV. p. 459. Jam vero antiquiorem fuiſſe Pyladem citharoedum, Philippi regis aetate florentem, docuit *Schneiderus* ex *Plutarch.* Vit. Philopoem. T. II. p. 362. et *Pauſan.* L. VIII. 50. p. 701. Qua obſervatione hujus quoque Epigrammatis difficultas tollitur.

Quod ſupereſt, quum reliqua epigrammata aut *Alcaei* nomen ſimpliciter prae ſe ferant, aut gentile τοῦ Μεσσηνίου adſcriptum habeant, Epigrammati VIII. praeſcriptum in membranis Ἀλκαίου Μιτυλιναίου, a recentiore tamen manu, et item Ep. XXI. Ἀλκαίου Μιτυληναίου. Quas inſcriptiones ſciolis deberi, qui *Alcaeum Mitylenaeum*, poëtam lyricum, melius noverant, quam Meſſenium epigrammatographum, nullus equidem dubito.

Alexander Aetolus. Anal. I. 418. (I. 207. ed. L.) tria exhibent epigrammata (quorum primum inſcriptum Ἀλεξάνδρου Μαγνήτου, tertium nudum Ἀλεξάνδρου nomen praefert; medium in Anth. Plan. ſervatum *Aetolo* tribuitur) et fragmenta ex *Muſis* et *Apolline.* Ἀλέξανδρος Αἰτωλὸς ἐκ πόλεως Πλευρῶνος, υἱὸς Σατύρου καὶ Στρατοκλείας, γραμματικός. Οὗτος καὶ τραγῳδίας ἔγραψεν, ὡς καὶ ἑπτὰ τραγικῶν ἕνα κριθῆναι, οἵπερ ἐπεκλήθησαν ἡ πλειάς. *Suidas* T. I. p. 105. Cf. p. 309. Fuſius

de eo *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 283. attigit iterum p. 406. et T. XI. p. 557. ed. *Harl.* Fragmentum ex ejus *Elegis* ap. *Athenae.* L. XV. p. 699. C. tractavimus in Animadverss. T. I. P. II. p. 243. Quod ad ejus Apollinem attinet, ex quo insigne fragmentum servavit *Parthenius*, contextum fuisse videtur opus ex fabulis amatoriis, deo illo, cujus nomen praefert, futuros illustrium hominum amores canente; quae est suspicio eruditissimi *Conradi Schneideri* in *Creützeri Studien* ann. IV. p. 66. Versus de planctis, quos edidit *Th. Galeus* in notis ad Histor. Poët. Script. p. 149. *Alexandri Aetolii* s. *Pleuronii* esse negat *Brunkius* in Lectt. p. 98. Quae *Cicero* scripsit ad Attic. Ep. 22. *libros Alexandri, negligentis hominis, et non boni poëtae, sed tamen non inutilis, tibi remisi*, accipienda videntur cum *Graevio* de *Alexandro Ephesio*, Cosmographiae scriptore. Alios *Alexandros* recenset *Jonsius* in Scr. Hist. Phil. II. 16. 1. 2. p. 235. sqq. De *Magnete* poëta illius nominis aliunde nihil constat.

Alpheus Mitylenaeus. Epigr. XII. exhibentur in Anal. II. 128. (T. II. p. 115. ed. L.) quorum IIdum tamen in Vat. membr. Ἀλκαίου Μιτυλ. inscriptum, in Planud. Ἀλφείου. Ex illis Epigr. quae sine diversitate ad *Alpheum* referuntur, apparet, eum vixisse rebus Romanis summopere florentibus (Ep. VII.), et urbe Troja ex ruinis denuo renata (Ep. IX.). Jam Trojanos agro, libertate, et immunitate operum donatos esse a Julio Caesare et Augusto docet *Strabo* L. XIII. T. II. p. 889. Quum etiam epigrammati *Antipater Thessalonicensis* de vastitate Deli obloquatur (Ep. X.), *Antipater* autem sub Augusto floruerit, nihil profecto est verisimilius, quam *Alphei* quoque vitam in ean-

dem aetatem incidisse. Cui sententiae certe non obstat Ep. IV. ad *Macrinum* quendam, quem ut Macrinum Imperatorem esse judicemus, quae est *Reiskii* conjectura, nihil est quod impellat. Cf. *Dorvill.* in Misc. Obss. T. VII. p. 70.

At graviorem multo difficultatem objicere videtur Ep. XI. quod Philopoemenis statuae inscriptum fuisse testatur *Pausan.* L. VIII. p. 706. Obiit Philopoemen A. V. C. 572. nec verisimile est, statuae ejus epigramma post duo demum secula insculptum fuisse. Hinc *Schneiderus* suspicatur, *Alcaeo* tribuendum esse *Messenio*. Cui conjecturae ut temporum ratio conspirat, ita minus est probabile, Messenium hominem acerrimo patriae suae hosti tam honorificam laudem composuisse. Cf. *Polyb.* L. XXIV. 12. T. IV. p. 310. *Pausan.* L. IV. 29. p. 352. VIII. 51. p. 703. *Plutarch.* Vit. Philop. c. 18. At omnis illa difficultas nulla est, quum illud epigramma vere sit *ἀδέσποτον*, nec ad *Alpheum* sit relatum, nisi *Salmasii* auctoritate, qui hoc nomen editioni Planudeae adscripsit, in cujus Appendicem relatum est ex *Pausania*. Cf. *Animadverss.* T. II. P. I. p. 350. sq.

Occurrit in Catalectis *Alpheus Avitus*, cujus *Excellentes* (i. e. de laudibus excellentium virorum) laudantur a *Prisciano*. Hunc pro nostro *Alpheo* habendum esse existimabat *Reiskius*. Cf. *Indic.* in *Fabricii* Bibl. Lat. T. III. p. 420. ed. *Ernest.*

Ammianus. Ep. XXVII. extant in Anal. T. II. p. 385. (III. 93. ed. L.) Quibus adde in Paralipp. nr. 125. p. 695. In Planud. passim scribitur *Abbianus*, quo *Avianum* sive *Avienum* significari existimabat *Wernsdorfius* in Poetis Latin. Min. V. P. II. p. 675. In illis epigrammatis, quae Analecta exhibent, pauca

ſunt et tenuia aetatis vestigia. *Lucillii* aequalem fuiſse haud temere suspicatur *Fabricius*, quoniam uterque perstringit Flaccum rhetorem, ille Ep. LXXXVI. noster Ep. II. *Lucillium* autem non, quod *Fabricius* existimabat, quarto post Christum Seculo exeunte, sed Neronis aetate vixisse infra docebimus. Quod autem Ep. XIII. a *Martiale* L. IX. 30. expressum, nostrumque proinde latino poëta antiquiorem existimant (Animadverss. T. II. P. III. p. 140.) id per se quidem non magnum momentum habet; nihil tamen obstat, quominus aequales fuerint, alterque alterius epigrammata noverit. Quod autem rem conficit, est distichon in *Antoninum Polemonem Sophistam*, quod *Br.* retulit inter ἀδέσποτα nr. XLII., membranae *Ammiano* tribuunt. Jam ille *Antonius* floruit *Trajano* et *Hadriano* imperantibus. Cf. Animadverss. T. III. P. I. p. 312. s. Omnia *Ammiani* epigrammata sunt ex genere scoptico.

Ammonius. Duo ejus Epigrammata extant in Anal. II. 448. (III. 154. ed. L.) quorum prius Ἀμμωνίδου inscriptum. De variis *Ammoniis* disputavit cl. *Ammon* in Praef. ad Opus de Differentiis Verborum, nostro tamen non memorato. Probabiliter *Schneiderus* quinque illos versiculos, in Anthologia sub *Ammonii* nomine lectos, ad eum retulit, qui Gaïnae, Gothorum tyranni, tumultum sub Arcadio et Honorio versibus celebravit, auctore *Socrate* Hist. Eccl. VI. 6. p. 252. Εἰ δέ τῳ φίλον ἀκριβῶς μαθεῖν τὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ πολέμῳ γεγενημένα, ἐντυγχανέτω τῇ Γαϊνίᾳ τοῦ σχολαστικοῦ Εὐσεβίε, ὃς ἐφοίτα μὲν τηνικαῦτα παρὰ Τρωΐλῳ τῷ σοφίστῃ, αὐτόπτης δὲ τοῦ πολέμου γενόμενος, ἐν τέσσαρσι βιβλίοις ἡρωϊκῷ μέτρῳ τὰ γενόμενα διηγήσατο, καὶ προσφάτων ὄντων τῶν πραγμάτων, σφόδρα ἐπὶ τοῖς ποιήμασιν ἐθαυμάσθη· καὶ νῦν δὴ ὁ ποιη-

τῆς Ἀμμώνιος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ῥαψῳδήσας, ἐν τῇ ἑξκαιδεκάτῃ ὑπατείᾳ τοῦ νέου Θεοδοσίου, ἣν ἅμα Φαύστῳ ἐπετέλει (an. p. Chr. 438.), ἐπὶ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπιδειξάμενος, λαμπρῶς εὐδοκίμησε. Cf. *Nicephorum Callistum* L. XIII. 6. Laudatur versus ex *Ammonio* ap. *Etymol. M.* Μιμαλῶνες·... Μίμας γὰρ ὄρος ἐν Θρᾴκῃ, ὡς παρὰ Ἀμμωνίῳ·

ἤδη δ' ὑψιτενής τε Μίμας ὑπελείπετ' ὀπίσσω.

Anacreon. Epigrr. XVI Tejo Lyrico tributa exhibent Anal. I. 116. (I. 54. ed. L.) alia quaedam ſuppeditavit Cod. Vat. *Anacreontis* elegós *Meleagri* corona fuiſſe intextos conſtat (*Meleag.* I. 35.) quo refellitur conjectura a *Reiskio* prolata Anth. ad Carm. 428. quod nec ipſum ejus auctorem ſugit. *Suid.* V. Ἀνακρέων... ἔγραψεν ἐλεγεῖα καὶ ἰάμβους Ἰάδι πάντα διαλέκτῳ. Natus esse videtur Ol. LV. 2. floruit circa Ol. LXII. ante Chr. n. 530. Quum vitam produxerit usque ad annum aetatis octuagesimum quintum, teste *Luciano* T. III. p. 227. obiisse videtur Ol. LXXVI. 3. sedecim fere annis post pugnam Marathoniam. Nihil est in epigrammatis ipsi tributis, quod intra illa tempora scriptum esse nequierit. Ep. ἀδ. CCXXVII. et CCXXVIII. quae membr. Vatic. ad *Anacreontem* referunt, scripta sunt in Myronis vaccam, quem circa Ol. LXXIV. floruisse probabile est. Vid. *Heyn.* Artium inter Graecos tempora in Opusc. Academ. Vol. V. p. 371. *Anaxagoras* autem Aegineta, cujus mentio fit Ep. LXXIV. (VI.) *Aeschylo* florente scripsit de arte pingendi, teste *Vitruvio* L. VII. Prooem. Ep. LXXII. (IV.) commemoratur *Aeschyli* filius Naucratis, quem nihil prohibet fuiſſe tragicum, cujus proles alibi non commemoratur. Omnia illa Epigrammata, quorum plurima intra distichon continentur, summam

antiquae aetatis simplicitatem redolent. Ultimum γνωμονικὸν est, et ex elegia videtur huc translatum.

Anastasius, ὁ τραυλός. Epigr. ejus in Christum edidi in Paralip. nr. 207. Plurimos *Anastasios* recenset *Fabricius* in Bibl. gr. T. X. p. 601. sqq. inter quos nullus, cui τοῦ τραυλοῦ cognomen adhaereat.

Andronicus. Unum ejus epigramma extat Anal. II. 399. (III 108 ed. L.) cujus alterum distichon expressum ex Ep. *Sapphus*. *Andronicus* poëta et grammaticus laudatur a Planude ap. Nicol. Comnenum p. 141. *Andronici Ducae Siguri* carmen de Trinitate et in Gregorium Nazianzenum extat in Cod. Bodlej. CCXCIV nr. 22. *Fabric*. Bibl. Gr. T. XI. p. 561. ubi etiam alii ejusdem nominis scriptores recensentur. His addendus ille, quem commemorat *Ammianus Marcell*. L. XIX. 12. p. 229. ut virum *a studiis liberalibus et claritudine carminum notum*. ubi vid. *Valesius*. Eximie eum laudat *Libanius* Epist. LXXV. p. 40. Ἀνδρόνικος ὁ ποιητὴς οὕτω διέθηκε πρὸς αὑτὸν τὰς μέχρις Αἰθιόπων πόλεις, ὡς εἰκὸς ἦν Ἀνδρόνικον τοιοῦτον ἀφιέντα μέλι. Eundem laudat Epist. LXXVI. p. 40. CXXVII. p. 67. Amicum appellat T. I. p. 113. 4. ed. R. Qui si idem est cum ἐπιγραμματοποιῷ, hic seculo quarto exeunte vixit.

Antagoras. Unum est Epigr. in Anal. I. 260. (I. 191. ed. L.) quod in Vat. C. auctoris nomine caret, *Antagorae* tribuitur auctoritate *Diogenis Laërtii*; eidem membr. Vat. inscribunt Ep. inter Simonidea lectum nr. LXII. (LVI.) Ἀνταγόρου Ῥοδίου. Scriptum in Xenoclem Lindium, pontis architectum. *Antagoram* sub Antigono Gonata floruisse ejusque familiaritate usum esse, docet *Pausan*. L. I. 2. p. 6. συνῆσαν δὲ ἄρα

κα) τότε τοῖς βασιλεῦσι ποιηταί... καὶ Ἀντιγόνῳ Μακεδόνων ἄρχοντι Ἀνταγόρας Ῥόδιος καὶ Σολεὺς Ἄρατος. Idem dicit *Suidas* V. *Ἄρατος.* T. I. p. 309. Inter *ὀψοφάγους* recensetur ap. *Athenae.* L. VIII. p. 340. F. ubi familiares quidam ejus cum Antigono sermones commemorantur; cum quibus conf. *Plut.* in Apophth. T. II. p. 182. F. Sympos. L. IV. T. II. p. 668. C. et *Schneider.* in Peric. crit. p. 130. Polemo philosophus, in quem scriptum est Ep. *Antagorae,* praeesse coepit Academiae Ol. CXVI. 2. quo anno Xenocrates diem obiit supremum. Altercationem, quam habuerit *Antagoras* cum Arcesilao, Polemonis discipulo, commemorat *Aelian.* V. H. XIV. 26.

Antagorae commemoratur *Θηβαΐς* ab Auctore Vitae Arati, quod e Cod. Barocciano protulit *Ruhnkenius* ad calcem *Callimachi* p. 590. *Ἀνταγόρας ὁ Ῥόδιος ὁ τὴν Θηβαΐδα ποιήσας.* quod poëma auctore recitante inter Boeotos, ab illis oscitantibus fuisse auditum traditur in Proverbiis *Mich. Apostol.* Cent. V. 82. p. 61. et a *Jo. Maximo Confessore* T. II. p. 580. ed. *Combef.* Ejusmodi quid de *Antimacho* commemorat *Cicero* in Bruto §. 191. quod monuit *Schellenberg.* in Reliq. Antim. p. 25. sq. Quod *T. Hemsterhusius* suspicatur ad *Callimachum* T. I. p. 591. ed. *Ern.* auctorem vitae Arati memoriae vitio Antimachi Thebaïda transtulisse ad Antagoram, id nihil est; neque, quum id scriberet, viro doctissimo locus *Michaëlis Apostolii* succurrebat. — Caeterum *Antagorae* Epigrammata coronae suae se intexuisse ait *Meleag.* Prooem. v. 52.

Antigonus Carystius. Ejus epigrammata fuerunt in Corona Philippi. Unum extat in Anal. II. 244. (II. 227.) quod in Planud. *Ἐπιγόνου Θετταλοῦ* sive *Θεσσαλονικέως* inscribitur, in Cod. Vat. autem *Ἀντιγόνου Κα-*

ρατίου, quod ex Καρυστίου depravatum esse, dubitare noli. Floruisse illum sub Ptolemaeo Philadelpho docuit *Dodwell.* in Dissert. praefixa *Hudsoni* Geogr. minor. Tom. I. p. 33. Duos versus ex *Antigoni Carystii* poëmate, cui Ἀντίπατρος fuit titulus, servavit *Athenaeus* L. III. p. 82. B. a nobis emendatos in Animadverss. T. II. P. I. p. 203. At novissimus Deipnosophistarum editor in *Indice Auctorum* Tom. IX. p. 32. *Antipatrum Antigoni* cum *Meursio* pro *Vita Antipatri* accipit, versus autem ab Athenaeo appositos, eos non Antigono auctori videri tribuendos, sed ex vetere aliquo poëta ab Antigono esse traductos. Nescio quid aliis videatur. Mihi quidem *Athenaei* verba (Ἀντίγονος δ' ὁ Καρύστιος ἐν Ἀντιπάτρῳ φησίν· ἦχε μοι ὡραίων κ. τ. λ.) aliter non videntur posse accipi, quam de *Antigoni* ipsius versibus. Idem ubi loca ex illius *Vitis* excitat, non simplex nomen ponit (ἐν Ἀντιπάτρῳ), sed circumscriptione utitur, ἐν Ζήνωνος βίῳ, ἐν τῷ περὶ Ζήνωνος et similia.

Antimachus Colophonius. Unum ejus epigramma legitur in Anal. I. 167. (I. 160. ed. L.) Floruit circa Olymp. XCIII. 4. De ejus vita et scriptis docte disputavit *Schellenbergius* in Antimachi Reliqu. Halae. 1786. 8. Cf. *Fabr.* Bibl. Gr. T. II. p. 105. ed. *Harl.* Quaedam ejus fragmenta emendavi in Animadverss. ad Athen. p. 251. sq. et 257. sq. ubi male expressum ὡμιλήσας pro ὡμίλησας. Obiter corrigam ejusdem poëtae versus in *Athenae.* L. XI. p. 469. F. male tractatos: τότε δὴ εὔχρεῳ ἐν δέπαϊ Ἠέλιον πομπεῖ (sic Cod.) ἀγακλυμένη Ἐρύθεια. Scribe:

τότε δὴ εὐχρύσῳ δέπαϊ ᾧ
Ἠέλιον πόμπευεν ἀγακλυμένη Ἐρύθεια.

δὴ per synaloephen coalescit cum sequente syllaba. Quamquam et τότε δ᾽εὐχρ. scribi possit non minus commode.

Antiochus, auctor duorum epigrammatum σκωπτικῶν in Anal. II. 305. (III. 18. ed. L.) Suspicatur *Fabricius* esse Antiochum Aegeum Sophistam, cujus vitam enarravit *Philostrat.* in Vit. Soph. II. 4. p. 568. Cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. X. p. 506. ubi plurimi recensentur Antiochi, nullus, quem facultate poetica floruisse constet.

Antipater Sidonius, coronae Meleagricae intextus v. 42. φοίνισσαν τε νέαν κύπρον ἀπ᾽ Ἀντιπάτρου. Anal. II. 6. (II. 5. ed. L.) Quum plurima sint in Anthologia *Antipatri* epigrammata, cui gentile non adscriptum, ut igitur dubium sit, utrum *Sidonii* sint, an *Thessalonicensis*, temporis indicia investigari debent in iis, quae antiquiori *Antipatro* diserte tribuuntur. *Sidonii* igitur gentile prae se ferunt epigrammata IX. X. XI. XIII. XV. XVI. XXI. (XXII. in Planud.) XXVI. XXXI. XXXII. XXXVII. XXXVIII. XLVI. LV. LVII. LX. LXV. LXIX. LXX. LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVIII. LXXIX. LXXXIII. LXXXV. LXXXVI. LXXXVIII. LXXXIX. XC. XCI. XCII. XCIII. XCIX. CII. CIII. CV. Praeterea in Cod. Vat. *Antipatro Sidonio* tribuitur Ep. inter epigrammata *Anytes* XX. et inter ἀδεσπ. CXXI. CXXII. Eidem tribuendum videtur ejusdem Codicis auctoritate Ep. inter Thessalonicensis poëmatia relatum XXXIX. (vide Animadverss. II. P. I. p. 320.) Horum epigrammatum longe plurima ex ἐπιδεικτικῷ sunt genere, neque disertam temporis notam impressam gerunt, praeter Ep. XCI. quod scriptum est in Teleutiam, Agesilai fratrem, qui in proelio ad

Olynthum commisso obiit Ol. XCIX. 3. Neque tamen propterea *Antipater* illâ aetate floruisse videri debet. *Futile enim argumentum est, scriptores floruisse tempore eorum, quorum mentio ab illis fiat*; quae verissima est observatio *Scaligeri* ad Hieronym. Chron. p. 57. sq. *hoc modo enim Homerus vixerit Trojanis temporibus.* Alia igitur circumspiciamus vestigia. Commemorat nostrum Crassus orator ap. *Ciceron.* de Orat. L. III. 50. his verbis: *quod si Antipater ille Sidonius, quem tu, Catule, probe meministi, solitus est versus hexametros aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore, tantumque hominis ingeniosi ac memoris* *) *valebat exercitatio, ut quum se mente ac voluntate conjecisset in versum, verba sequerentur.* Jam Q. Catulus consulatum gessit A. V. C. 651. Crassus autem, qui *Antipatrum* in Graecia videtur cognovisse, quaestor fuit in Macedonia ante an. V. C. 648. quo anno natus est Cicero; i. e. circa Ol. CLXVIII. Ad longam senectutem pervenisse *Antipatrum* docet *Plinius* H. N. VII. 52. *Antipater Sidonius poëta omnibus annis, uno die tantum natali, corripiatur febre, et eo consumtus est satis longa senecta.* Conf. *Ciceron.* de Fat. c. 3. *Valer. Maxim.* L. I. 8. ext. 16. Aequalis igitur videri debet *Meleagri*; qui ejus Epigrammata Collectioni suae admiscuit, et tumulum epigrammate ornavit (CXXIII.) *Meleagrum* autem floruisse circa Ol. CLXX. docuimus in Prolegg. §. II. p. XXXIX. sq. Hinc verisimile fit, huic *Antipatro* recte tribui Ep. I. et XII. ad Seleucum, regiae stirpis, ut videtur, hominem. Quod autem

---

*) Tentavit haec verba *Purgoldus* in Obss. crit. p. 342. ubi de diversis *Antipatris* disputat.

Boivinus affirmat (Mémoir. de l'Academie des Inscr. T. III. p. 302.) *Sidonii* Epigrammata distingui ab aliis cum nativo et peculiari ingenio, tum dorico sermone, neque illud verum videtur, quum multa sint hujus *Antipatri* ex antiquioribus expressa et traducta, neque alterum. Haud pauca enim ex iis, quae Sidonio diserte traduntur, Jonica dialecto scripta sunt.

Ab hoc *Antipatro* recte distinxit Tarsensem *Ernestus* in Clave Cicer. histor. et Tyrium, Stoicae disciplinae asseclam, qui mortuus est paulò ante quam Ciceronis filius Athenas venisset. Cf. *Ciceron.* Offic. L. II. 24.

Distinguunt ab illis etiam *Antipatrem Macedonem*, epigrammatum poëtam, *Fabricius* et *Reiskius*. Huic certe in Vat. Cod. tribuuntur Epigrammata, in Analectis inter Epigr. *Thessalonicensis Antipatri* relata, XXXVII. XL. XLI. LII. LXII. Nulli horum certa temporis, quo scriptum sit, nota impressa est. Et quum Thessalonica Macedoniae urbibus annumeretur (Θεσσαλονίκη . . . μήτηρ πάσης Μακηδονίης Ep. *Antip. Thess.* XIV.), *Antipatrum Macedonem* eundem esse puto, qui vulgo *Thessalonicensis* vocatur. Huic per me tribuatur Ep. XVIII. in Philippum regem, (Anal. II. p. 10. quod in membr. Ἀντιπάτρου inscribitur sine gentili) quod *Reiskius* referebat ad *Macedonicum*, quem propterea Philippi regis, aut antiquioris illius, Amyntae filii, aut serioris, qui a Romanis superatus est, aetate floruisse censebat. Hoc quidem sine causa idonea. Nam hoc quoque epigramma, ut plurima Antipatrorum, ex antiquiore potest expressum esse.

Antipater Thessalonicensis. Anal. II. 109. (II. 95. ed. L.) De hujus poëtae aetate nos dubitare non sinunt plurima in ejus Epigrammatis vestigia historiae.

Sunt in his quaedam in Pisonis honorem, qui est L. Calpurnius Piso, is qui bellum gessit cum Bessis et Thracibus (Ep. XIV.) A. V. C. 743. Romam redux circa ann. 746. Cf. *Vellej. Paterc.* L. II. 98. (Ep. XVIII.) intra quod temporis spatium *Antipater* legatione functus est ad eum. Ep. XXIII. Nicopolin commemorat, urbem ab Augusto conditam post pugnam Actiacam (A. V. C. 723.); Ep. XX. autem Augusti expeditionem in Asiam, cujus metu Parthi perterriti victas manus dederunt (A. U. C. 734.), quae *Boivini* sententia, (Mém. de l'Acad. des Inscr. T. III. p. 387.) mihi quidem videtur probabilior ea, quam amplexus est *Reiskius* de Germanico Parthis bellum illaturo A. V. C. 770. Glycon autem Pergamenus pugil, quem Ep. LXVIII. celebrat *), Augusti aetate vixit. Cf. *Horat.* L. I. Serm. I. 30. et Pylades pantomimus, laudatus Ep. XXVII. nec minus Glaphyrus tibicen. Ep. XXVIII. Ex Ep. XIX. ad Cajum, qui Ῥώμας πάτρας ἔρυμα appellatur, *Reiskius* suspicatur, Antipatrum nostrum attigisse regnum Caji Caligulae (A. V. C. 790.). Ep. IX. memoratur Cotys, de quo nomine disputavimus in Animadverss. T. II. P. I. p. 293. Si ille significatur, qui rex Thraciae favebat Perseo (Ol. CLII. 1.), hoc Epigr. *Sidonio* tribuendum est; sin a *Thessalonicensi* est compositum, Cotys intelligitur, quem Caligula praefecit Armeniae A. V. C. 792.

---

*) Quatuor postremi hujus Epigr. versus sic sunt scribendi:

ὁ καινὸς Ἄτλας, αἵ τ' ἀνίκατοι χέρες
ἔῤῥοντι· τὸν δὲ πρόσθεν οὔτ' ἐν Ἰταλοῖς,
οὔθ' Ἑλλάδι τις ἔστρωσεν, οὔτ' ἐν Ἀσίδι,
ὁ πάντα νικῶν Ἀΐδης ἀνέτραπεν.

Jam ne quid praetermisisse videar, quibus in Cod. Vat. gentile additum est epigrammatis dicam. Primum ei, quod est inter Ep. Sidonii nr. LXXXII. Tum inter ea, quae ad Thessalonicensem retulit *Brunkius*, Ep. I. utri tribuendum sit, Vat. Codicis et Planudeae discrepantia quaedam (vid. Animadverss. T. II. P. I. p. 287.) incertum reddit. *Thessalonicensi* diserte inscribitur Ep. II. III. IV. V. VI. XIV. (XVI. quod abest a Cod. Vat. in Planudea Sidonio tribuitur perperam). XVII. fluctuabat librarius, qui utrumque gentile adscripsit. Unice verum est Θεσσαλου. XXI. (ubi similis varietas. Vide Animadverss. l. c. p. 302.) XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVIII. XXX. XXXVIII. XLII. XLIII. XLIV. XLV. XLVIII. L. LI. LIV. LV. LVI. LX. LXVI. *Antipatri* Epigr. ex Cod. dedi in Paralipp. nr. 86. p. 670. nr. 120. p. 691.

Antiphanes Macedo, cujus epigrammata IX exhibentur in Anal. II. 204, unum T. III. p. 331. (II. p. 187. ed. L.) gentili caret in Planudea; Μακεδόνος additum Ep. I. in Vat. Cod. p. 157. Ep. VII. Μεγαλοπολίτου. p. 399. Nullum est in his omnibus epigrammatis vestigium, unde aetas poëtae cognosci queat. Quum tamen noverimus, eum vixisse ante *Philippum Thessalonicensem*, qui ejus poëmatia Coronae suae intexuit, (i. e. ante Augustum) et post Meleagrum, qui centum annos ante aeram Christianam floruit, sponte apparet, quo tempore vixerit. Sic certe statuendum, si Philippus eos tantum poëtas in ordinem recepit, qui post Coronam a Meleagro contextam epigrammatis scribendis dederunt operam; quod mihi quidem ex iis, quae de suo opere in Prooemio profitetur, minime videtur dubitari posse. Varios *Antiphanes* recenset *Jonsius*

in Scriptt. Hist. Phil. I. 6. 5. p. 38. sq. *Fabricius* in Bibl. Gr. T. II. p. 419. ed. H. Major pars epigrammatum *Antiphanis* est ex genere sententioso.

Antiphilus Byzantinus. Epigrammatis XLIII. quae exhibentur in Anal. II. 169. accesserunt duo in Lectionibus p. 172. 173. (II. p. 154. ed. L.) unum praeterea, quod inter ἀδεσπ. relatum est nr. CCCCL. et in Paralipp. nr. 34. p. 646. nr. 107. p. 683. nr. 122. p. 693. Hic quoque poëta locum habuit in Corona Philippi, cujus aequalis fuit. Huic aetati convenit Ep. XVI. in sinus Puteolani molem ab Agrippa exstructam A. V. C. 717. Cf. *Dio Cass.* p. 565. Ep. XIX. de beneficio quodam a Nerone Caesare Rhodiis tributo; quod, si vere est *Antiphili*; fortasse de Tiberio Nerone accipere praestat, qui Rhodum terrae motu devastatam restituit; quae est *Salmasii* ad *Tertullianum* sententia; quam de Nerone Augusto. Cf. Animadverss. T. II. P. II. p. 51. sq. — Ep. XVII. commemoratur *Athenaeus* quidam; qui horologium posuerit publice: Fuit *Athenaeus* mechanicus, qui de machinis bellicis scripsit ad Marcellum, Syracusarum expugnatorem; alius Byzantinus, quem Gallienus instaurandis urbibus praefecit. Hinc collegit *Reiskius*; tres fuisse Antiphilos, unum Augusti atque Tiberii aetate florentem; alterum, qui sub Nerone et Domitiano scripserit (ad quem refert etiam Epigr. XXXIX. de Agricola; quem ille Taciti socerum a Domitiano sublatum esse existimat); tertium utroque vel multo antiquiorem, vel multo recentiorem. Quod mihi secus videtur. *Athenaei* nomen multis commune fuit, quos fortasse non omnes novimus; neque ex Ep. XVII. necessario efficitur, ut ille horologii, quod publice posuit; inventor fuerit: Etiam reliqua temporis indicia; quae

Reiskius collegit, ut *Antiphilum* Neronis et Domitiani aetate vixisse probet, vehementer sunt obscura et incerta; ita ut hoc unum certum maneat et indubitatum, *Antiphilum* post A. V. C. 717. scripsisse. Plurima epigrammatum ejus ingenii ostentandi causa composita, elegantioribus Anthologiae adnumerari debent.

Antistius. Tria ejus Epigrammata exhibent Anal. T. II. 284. unum praeterea Lectiones p. 195. (II. 259. ed. L.) Nullum est in iis aetatis, qua vixerit, vestigium. Romanum hominem fuisse *Reiskius* suspicatur ex nomine. *Antistium* quendam *Sosianum* novimus, quem *factitatis in Neronem probrosis carminibus exilio multatum esse*, narrat *Tacitus* Ann. XVI. 14. Fuit is tribunus pl. suaque auctoritate histrionum fautores tuebatur. Id. XIII. 28. Sed hujusne fuerint *Antistii* nostri reliquiae, an alius, nemo facile dixerit.

Arrius Antoninus. Epigrammata graeca et jambos scripsisse novimus ex Plin. Epist. L. IV. 3. IV. 18. V. 10. Nihil eorum aetatem tulit.

Antonius Argivus. Unum ejus epigramma extat in Mycenas dirutas, expressum ex *Alphei Mitylen.* Ep. VIII. IX. Anal. T. II. 240. (II. 223. ed. L.) *Antonii Thalli,* nescio an ejusdem cum illo, epigr. edidi in Paralipp. nr. 36. p. 647.

Anyte. Ex ejus epigrammatis, a Meleagro in ordinem receptis, XXIII. exhibentur in Anal. I. 197. (I. 130. ed. L.) Sed horum unum (XX) Vat. membrr. rectius tribuunt *Antipatro.* Commemoratur ἡ Τεγεάτις Ἀνύτη ap. *Polluc.* L. V. 5. 48. et ap. *Steph. Byz.* V. Τεγέα. ubi depravata verba Αὐγὴ μελοποιὸς Τεγεάτις

emendavit *P. Leopardus* L. II. 16. Hujus est Ep. II. in lebetem, a Cleoboto, item Tegeaten, in templo Minervae dedicatum, Aristotelis opus, Clitorii, de quo artifice nihil aliunde constat. Ep. XV. Damis commemoratur, qui equo, in proelio necato, monimentum posuerit. Cogitabat *Reiskius* de Damide, Messeniorum duce in eo bello, quod exitum habuit Ol. XXIV. 1. teste *Pausania* L. IV. 13. p. 312. Quae suspicio admodum levis est. Magis facit ad definiendam aetatem hujus poëtriae, quod *Tatianus* narrat in Or. adv. Gr. p. 114. ed. *Worth.* statuam ejus factam esse á Cephisodoto et Euthycrate, qui brevi post Alexandrum M. vixerunt, circa Ol. CXX. teste *Plinio* H. N. L. XXXIV. 8. Cf. *Iunii* Catal. p. 49. Myrus quoque poëtriae statuam fecit Cephisodotus, ejusdem fortasse, quam *Anytes* Ep. XIV. commemorat; quamquam incertum sit, hoc tetrastichon utrum *Anytes* sit, an *Leonidae*.

Superest Ep. VII. de trium Milesiarum virginum morte, quae accidit, Gallis Asiam ingressis, i. e. circa Ol. CXXV. 2. quod ad Anytes aetatem definiendam opportunissimum foret, nisi Vat. C. p. 285. rem reddiderit incertam titulo: Ἀνύτης Μιτυληναίης. Hoc num librarii errori tribuendum sit, an tantum valere debeat, ut duas fuisse statuamus ejusdem nominis poëtrias, Tegeatin alteram, alteram Mitylenaeam, non definiverim equidem. Unam agnoscere videtur *Antip. Thess.* Ep. XXIII. qui lyricas recensens, Anyten conjungit cum Praxilla et Myro, eam honorifico τοῦ θήλεος Ὁμήρου epitheto ornans. Et sane virilem animum spirant epigrammata I. XIII. XV. In omnibus summa est simplicitas et genuinus antiquitatis color.

Apollinarius. In Cod. Vat. Ἀπολινάριος scribitur. Duo ejus Epigrammata leguntur in Anal. II. 283. (II.

258. ed. L.) quorum prius est in Glyconem grammaticum, hominem imperitissimum. Glyco rhetor passim laudatur in M. Annaei Senecae suasoriis et controversiis. In Schol. ad *Arati* Diosem. v. 319. excitatur explicatio verborum λοχαίη σχῖνος ab *Apollinario* prolata. Sed plures fuerunt hujus nominis, quos recensuit *Fabric.* Bibl. Gr. T. VIII. p. 586. Inter hos unus est Laodicenus, qui poësi operam dedisse narratur, Libanii amicus, cujus plures ad eum sunt epistolae. *Suid.* T. I. p. 280. in Ἀπολλινάριος.... οὗτος οὐ μόνον γραμματικός, καὶ τὰ ἐς τὴν ποίησιν δεξιός, ἀλλὰ πολλῷ πλείω καὶ ἐς φιλοσοφίαν ἐξήσκητο, καὶ ῥήτωρ ἦν ἀμφιδέξιος. Huic fortasse epigrammata illa tribuenda sunt.

Apollonidas. Triginta ei epigrammata tribuuntur in Anal. II. 132. quibus unum accessit in Lectt. p. 159. (II. 118. ed. L.) Aetatis, qua floruerit, certum est indicium in Ep. XIV. de aquila Rhodi in domo Tiberii Neronis conspecta. Tiberium enim significari, dubitari non potest. Cf. Animadverss. T. II. P. I. p. 562. Concesserat autem Tiberius Rhodum A. V. C. 748. Cf. *Dio Cass.* p. 870. unde *Casaubonus*, qui hoc epigramma protulit ad Sueton. V. Tiber. c. 14. *Apollonidam* sub Augusto floruisse recte statuit. Praeter hunc *Reiskius* etiam alium fuisse existimat, qui Hadriani aetate floruerit. Ad hunc referebat Ep. VIII. in quo Lucius, Caji pater occurrit; quem ille Lucium Verum esse suspicatur. Non magis certum est, in quo tamen plurimum *Reiskius* esse positum putabat, quod Ep. XXII. Aelius commemoratur, vir literarum amantissimus, qui Spartam accesserit. Hoc de Hadriano accipiebat. Quae conjectura, jam per se satis levis, plane corruit lectione Cod. Vat. qui non Αἴλιος exhibet, sed Λαίλιος, addito lemmate: Εἰς Λαίλιον ὕπατον,

Ῥωμαῖον. Aliud est Ep. XII. in Aelium, Romanum, (Αὐσονίης στρατίης πρόμον), qui, quum morbo esset correptus, gladio suo incubuisse narratur. Etiam hoc *R.* referebat ad Hadrianum, quem *Dio Cassius* narrat L. LXIX. 22. p. 1169. aqua intercuti laborantem, frustra servorum implorasse opem, ut ipsum gladio transfigerent. Cf. Eund. p. 1165. At in epigrammate *Apollonidae* de caede peracta agitur; nec aliter accepit *Philippus*, qui hoc epigramma expressit Ep. XXV. Non minus vana est conjectura de Heliodoro, qui commemoratur Ep. XXVIII. quemque *R.* pro eo habendum esse censet, qui Hadriano ab epistolis fuit. Cf. *Reimar.* ad *Xiphilin.* p. 1152. et 1190. Heliodori nomen multis commune fuit; neque in epigrammate illo quidquam est, quod Reiskianae conjecturae opituletur.

Quare ego quidem nonnisi unum *Apollonidam* epigrammatarium fuisse existimo, qui sub Augusto et Tiberio floruit. Hunc *Apollonidam*, (cui *Smyrnaei* nomen adhaesit nescio unde; nam nec in Vat. Cod. nec in Planudea additum reperio, nisi p. 337. ubi tamen Ἀπολλωνίου Σμυρναίου scriptum, non Ἀπολλωνίδου. Hoc Epigr. in membr. Vat. non habetur. *Brunkius Apollonidae* nostro tribuit nr. X.) *Reiskius* nullus dubitat eundem fuisse cum *Apollonida Niceno*, quem *Diogenes Laërt.* L. IX. 109. p. 599. Commentarium in Sillos Tiberio dedicasse narrat. Nobis non liquet.

Apollonius Grammaticus. Unum ejus extat distichon in Callimachum, Anal. II. 358. (III. 67. ed. L.) quod ἀδέσποτον est in Planudea. Suspicabatur *Brodaeus*, *Apollonii* esse *Rhodii*, cujus cum Callimacho simultates satis notae. Cf. *Suid.* in Καλλίμαχος. et Fragm. Callim. p. 464. Epigrammata illum scripsisse

testatur *Anton. Liber.* Metam. c. XXIII. Idem Grammatici nomen passim gerit, ut in *Schol.* ad *Homer.* Ιλ. ϑ. 284: *Fabric.* Bibl. Gr. T. IV. p. 276. ed. *H.*

Arabius Scholasticus. Septem epigrammatum auctor in Anal. III. 109. (IV. 79. ed L.) quorum major pars artis opera celebrat. Horum duo sunt in Longinum, eum, ut videtur, qui Justiniano regnante praefectus fuit CPoli. Alterum horum epigrammatum respexit *Macedonius* Ep. XXXVIII. quem sub eodem imperatore vixisse constat.

Aratus Solensis, quem in Coronam suam receperat *Meleager.* Duo ejus supersunt epigrammata in Anal. I. 253. (I. 186. ed. L.) *Suid.* T. I. p. 309. Ἄρατος … συνέταξε … ἐπιγράμματα εἰς Φίλαν, τὴν ϑυγατέρα Ἀντιπάτρου, γυναῖκα δὲ Ἀντιγόνου. Librum *Elegion* ejus laudat *Macrobius* Saturn. V. 20.

Arcesilaus, philosophus, mediae Academiae princeps, duo reliquit epigrammata, ex *Diogene Laertio* relata in Analect. II. 62. (II. 61. ed. L.) Prius inscriptum est Attalo, regi Pergami, qui regnare coepit Ol. CXXXIV.

Archelaus. Quatuor ejus extant epigrammata in Anal. II. 58. (II. 57. ed. L.) unum in Alexandri statuam, tria alia de quibusdam naturae miraculis servata ab *Antigono Carystio,* c. XXIII. p. 35. ed *Beckm.* καί τις Ἀρχέλαος Αἰγύπτιος τῶν ἐν ἐπιγράμμασιν ἐξηγουμένων τὰ παράδοξα τῷ Πτολεμαίῳ. *Aegyptium* vocari *Brunkius* existimat in Lectt. p. 137. quod sedes in Aegypto habuerit; ut *Callimachum* ap. eundem Antigonum c. 11 ob eandem causam *Chersonita* vulgo appellatur; quamquam hunc a nostro diversum esse existimant

Harduinus in Indice Auct. a Plinio laudatorum, et *Fabric.* Bibl. Gr. T. XIII p. 79. At huic difficultati medetur *Brunkii* observatio; nisi cum *Schweighäusero* ad *Athen.* Tom. IX. p. 44. de Chersoneso, urbe Aegypti, cogitare malis. Laudatur *Archelaus* ap. *Varron.* de R. R II. 3. 5. p. 232. III. 16. 4. p. 312. *Primum apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Itaque Archelaus in epigrammate ait eas esse, βοὸς φθιμένης πεποτημένα τέκνα. Idem: ἵππων μὲν σφῆκες γενεά, μόσχων δὲ μέλισσαι.* In Ep. IV. quod hanc vesparum originem tradit, vulgo legitur:

"Ἐκ νέκυος ταύτην ἵππου γράψασθε γενέθλην
σφήκασι δὲ ζώων οἷα τίθησι φύσις.

quod *Meursii* vestigia secutus ita mutavit *Brunkius*: σφῆκες ἰδὲ ζώων. Omnino male. Melius saltem *Meursius* scripserat σφῆκας. Nec is verum vidit, cujus conjecturam *Bastius* protulit in Epist. crit. ad Boissonade p. 83. Scribe sine haesitatione:

ἐκ νέκυος ταύτην ἵππων γράψασθε γενέθλην,
σφῆκας· ἴδ' ἐξ οἵων οἷα τίθησι φύσις.

Sic veteres loquuntur. *Themistius* p. 206. D. ἐξ οἵων εἰς οἷα τῇ βασιλέως προμηθείᾳ μετεληλύθαμεν. *Liban.* T. IV. p. 334. 9. γιγνώσκοντες ἐξ οἵων οἷοι γεγόναμεν. Ib p. 415. 16. οἷα ἀνθ' οἵων κομίζεται. Ib. p. 795. 22. ἀνθ' οἵων ἡμῖν οἷα γεγένηται. Sed haec obiter. *Archelaus* vixisse censendus est sub Alexandro M. et sub Ptolemaeo primo, qui Ol. CXIV. 2. Aegypto praeesse coepit. Cf. *Vossium* de Histor. Graec. L. III. p. 329. edit. an. 1651.

Archias. Anal. II. 92. (II. 80. ed. L.) „Extant „sub Archiae nomine Epigrammata XXXV; ne quis

„ haec omnia Archiae Antiocheni esse credat, cui pa-„ trocinatus est Cicero, plures hujus nominis poëtas „ fuisse moneo, qui in Vat. Cód. distincti sunt. *Brunk.* in Lectt. p. 148. Ἀρχίου simpliciter inscribuntur in membranis Ep. I. II. III. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. (XII. in Vat. C. non extat; in Planudea est ἀδέσποτον. XIII. XIV. quae nonnisi in Plan. comparent) XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XXIII. (XXVII. in Plan.) XXVIII. XXIX. XXX. XXXIV. Ἀρχίου γραμματικοῦ inscribitur Ep. IV. quod expressum ex *Tymnis* Ep. I. Ἀρχίου νεωτέρου Ep. XX. quem titulum *Reiskius* Graeculo inepto imputandum, aut pro Ἀρχίου legendum esse statuebat Ἀρχύτου. Male omnino. Ejusdem Ἀρχίου νωτέρου Epigr. est in Vat. Cod. p. 491. quod edidit *Huschke* in Anal. cr. quem consule p. 227. nos in Paralipomenis nr. 105. p. 681. Ἀρχίου Μιτυληναίου est Ep. XXI. XXII. XXIV. XXXI. Ἀρχίου Μακεδόνος Ep. XII. Denique Ἀρχίου Βυζαντίου Epigr. XXXIII. Quaedam in Analectis falso relata sunt inter *Archiae* epigrammata; ut Ep. XXV. quod auctoris nomine caret; Ep. XXVI. quod *Leonidae Alexandrini* est. Etiam Ep. XXXV. (Anal. T. II. p. 528.) in Vat. C. est ἀδέσποτον, ut in Planudea quoque, et *Barnesii* tantum auctoritate *Archiae* tributum est, qui se hoc nomen in Cod. aliquo reperisse ait.

Jam inter poëtas, qui *Archiae* nomen habuerunt, nullus est celebrior eo, quem *Cicero* defendit, Antiochenus, qui Romam venerat Mario et Catulo Coss. A. V. C. 651. Ol. CLXIX. 3. Cf. *Cicero* in Orat. c. 3. De ejus poëtica facultate locus est illustris in Or. pro Archia poëta c. 8. *Quoties ego hunc Archiam vidi, judices, . . . cum literam scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quae tum agerentur, dicere ex tempore? quo-*

ties revocatum eandem rem dicere, commutatis verbis atque sententiis? quae vero accurate cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent? Qui in hujus hominis vitam accurate inquisivit *) *Ilgenius* V. cl. in Opuscul. var. philol. II. 1. omnia epigrammata, Ἀρχίου simpliciter inscripta, ad Antiochenum refert p. 47. cui illa *unanimi consensu* tribuantur. Quod an jure dicatur, est quod dubites. Nullum plane est inter illa epigrammata, quod *Antiocheno* diserte tribuatur, neque tanta videri debet religio ejus, qui Vaticanam Anthologiam concinnavit, ut eum diversos poetas ὁμωνύμους ubique addito gentili aliove epitheto distinxisse putemus. Quot enim sunt Antipatrorum epigrammata, quae utri adscribi debeant, gentili omisso, ignoremus? quot Leonidarum? Jam si praeter Sidonium et Thessalonicensem Antipatrum, tertius quidam ejusdem nominis extitisset poëta, num jure quis dicat, omnia illa epigrammata, quae gentili carent, huic tertio Antipatro unanimi consensu tribui? De iis igitur, quae nudum Ἀρχίου nomen gerunt, incerta res est; quumque in iis nullum sit, quod non a mediocris ingenii homine componi potuerit (*Ilgen.* p. 57.), rectius fortasse statueris, ea alius cujusvis *Archiae* esse potius, quam ejus, quem *Cicero* exquisitis laudibus exornavit. Caeterum nulla in illis temporis significatio, nisi quod omnia ex antiquioribus sunt expressa, *Antipatro* praesertim et *Leonida Tarentino.*

Archilochus. Ejus poëmata *Meleager* se Coronae

*) De Archia disputasse legi etiam *Netscherum in Diss. de Ciceronis Or. pro Archia.* Roterdam. 1808. 8. ipsum librum non vidi.

suae intexuisse ait v. 38. Unum ejus superest Epigramma in Anal. I. p. 41. nr. 8. (I. 42. ed. L.) ἀναθηματικόν, idque simplicissimum; aliud dedi in Paralipp. nr. 39. p. 650. De hoc poëta omnia sunt occupata ap. *L. Holsten.* ad *Steph. Byz.* p. 133. *Sevinium* in Récherches sur la Vie et sur les Ouvrages d'Archiloque (Mémoires de l'Acad. des Inscr. T. XIV. p. 55.) *Fabricii* Bibl. gr. T. II. p. 107. et praecipue in Commentatione de Vita et Scriptis Archilochi praemissa ejusdem poëtae Reliquiis, a *Liebelio* diligenter conquisitis docteque illustratis. Lipsiae 1812. 8.

Archimelus. Hujus Epigramma in navem praegrandem Hieronis servavit *Athenaeus.* Exstructa illa, ut videtur, circa Ol. CXL. Ad eundem *Brunkius* Anal. II. 64. (II. 63. ed. L.) retulit epigramma de imitatione Euripidis, quod Ἀρχιμήδους inscribitur in Vat. Cod. Depravatum hoc nomen cur statuamus causa nulla est, quamquam poëtam *Archimedem* aliunde non habeamus cognitum.

Arethas. Ejus epitaphium edidimus in Paralipp. nr. 211. p. 744. Fuit Archiepiscopus Caesareae in Cappadocia, vixitque c. ann. 920, ut docuit *Oudinus* in Scriptt. Eccl. T. II. p. 426. s.

Marcus Argentarius. Epigrammata ejus XXXIII. recensentur in Anal. II. 266. quibus unum accessit T. II. p. 529. (II. 242. ed. L.) Eidem in membrr. adscribitur Ep. inter ἀδεσπ. LXI. Aliud edidit *Huschke* in An. cr. p. 247. nos in Paralipp. nr. 108. p. 684. In nullo horum epigrammatum ulla est temporis, quo scripta fuerint, nota. *Reiskius* tamen cogitabat de *Argentario* quodam, rhetore graeco, qui in *Senecae* Suasoriis passim commemoratur; et de *Marco* Byzantio, quem

sub Hadriano floruisse constat ex *Philostr.* Vit. Soph. p. 527. At hunc quidem dorica dialecto usum apparet ex iis, quae de eo et Polemone narrat *Philostratus,* cujus dialecti nullum est in Epigrammatis illis vestigium. Illa maximam partem ex erotico sunt genere, et elegans ingenium produnt; nonnulla in verborum lusibus versantur, ut Ep. II. V. VI. IX. XVI$^{a.}$ XXIII. XXVI. 4.

Aristides Rhetor. Ejus Epigramma a *Brunkio* praetermissum exhibui in II. Paralipp. nr. 51. De hoc Sophista, qui sub Hadriano et Antoninis floruit, confer *Fabric.* Bibl. Gr. T. VI. p. 12. ed. *H.* Ipse epigrammata sua commemorat Tom. I. p. 331. s.

Aristo. In tribus ejus epigrammatis Anal. II. 258. (II. 234. ed. L.) in quibus cum *Leonida Tarentino* aemulatur, nullum est aetatis vestigium. Nec aliunde de *Aristone* epigrammatario constat. Cogitabat *Fabricius* de eo, qui laudatur a *Mario Victorino* in Arte Gramm. (Vide Ind. Auctor. in Fabr. Bibl. Lat. T. III. p. 420. ed. Ern.) aut de Aristone philosopho, cujus versum excitat *Diogen. Laërt.* L. IV. 33. p. 247. *Schneiderus* autem in Peric. crit. p. 127. de *Aristone Cejo*, cujus ἐρωτικὰ ὅμοια laudantur ap. *Athenaeum* et *Plutarchum.* Cf. *Carpzovii* Paradoxon Stoicum Aristonis Chii p. 212. Laudat *Aristonis* Lycona *Plutarch.* T. II. p. 14. E. ut poëma ad vitam utile; ubi cf. *Krebsium* p. 97. Plures Aristones recenset *Fabricius* in Bibl. Gr. T. III. p. 466. sqq. ed. *H.*

Aristocles. Unum ejus Epigramma ex *Aeliano* relatum in Anal. T. II. 108. (II. 95. ed. Lips.) Plures hujus nominis recenset *Suidas* T. I. p. 326. interque eos Aristoclem Pergamenum, rhetorem Trajani et Ha-

driani temporibus clarum, cujus vitam enarravit *Philostrat.* in Vit. Soph. II. 3. p. 567. Alexandrinum hominem hujus nominis, auctorem libri περὶ χορῶν, et alius περὶ Μουσικῆς laudat *Athenaeus.* Cf. *Schweigh.* in Animadverss. T. II. p. 631. — Alius, Grammaticus et rhetor, floruit Augusto regnante; Messenius denique omnium antiquissimus, de quo vid. *Fabr.* Bibl. Gr. T. III. p. 470. ed. *H.* Hujus est fragm. ex Paradoxis in *Stobae.* Serm. LXII. p. 404. 13. ubi scribendum: Ἐφέσιος τῷ γένει νεανίας τῶν ἐπισήμων, υἱὸς Δημοστράτου, παῖς δ᾽ ἀληθείαις Ἄρεως, οὗτος (vulgo τοῦτο) τὸ θῆλυ μισῶν γένος, κ. τ. λ. Cf. de *Aristocle* et ὁμωνύμοις *Jonsi.* Scriptt. Hist. Phil. IV. 6. p. 250.

Aristodemus. In *Schol.* ad *Apollon. Rhod.* L. II. 904. laudatur Ἀριστόδημος ἐν πρώτῳ Θηβαϊκῶν ἐπιγραμμάτων. quam collectionem fuisse epigrammatum nullus dubito, nec dubitabat *Valkenarius*, qui locos, ubi *Aristodemi* Θηβαϊκὰ laudantur, collegit ad *Schol.* in *Euripid.* Phoen. v. 1120. p. 732. Cf. *Schaefer* ad *Apollon. Rhod.* T. II. p. 195.

Aristodicus. Duo ejus sunt epigrammata in Anal. II. 260. (II. 236. ed. L.) quorum alterum Ἀριστοδίκου Ῥοδίου inscriptum in Cod. Vat. Nescio quid *Reiskio* in mentem venerit, ut in Not. Poët. p. 196. de *Aristonico* ageret, cujus nullum est in Anthologia vestigium. *Aristodici* nomen graecis non ignotum; poëtam tamen, cui haec epigrammata tribui possint, non invenio.

Aristoteles. Praeter Hymnum in Virtutem, et Epigr. in Hermiam, Atarnae tyrannum, quae veteres Stagiritae tribuunt, plurima ejus extant epigrammata (Anal. I. 177. I. 110. ed. L.) in heroas Homericos, ex opere,

cui Pepli nomen auctor inscripserat. Quae cum sine autoris nomine e Cod. Mediceo edidisset *H. Stephanus* ad calcem Anthologiae Planudeae, extitit *Guil. Canterus*, qui ea *Aristoteli* vindicaret *Eustathii* testimonio usus in Iλ. B. p. 216. 5. ed. Basil. cujus verba excitavi in Animadverss. T. I. P. I. p. 367. ex quibus apparet, haec epigrammata nonnisi partem constituisse Pepli. Bene monuit *Lenzius* ὁ μακαρίτης, *Aristotelem* sequi ordinem heroum in Catalogo navium; unde verisimile fit, post nr. 3. excidisse epigramma in Schedium et Epistrophum; post nr. 9. idem collocat distichon in Diomedis matrem, quod ex *Tzetzae* Scholiis edidi ad *Ejusd.* Homerica v. 113. p. 67. Caeterum fuisse, qui Peplum alii cuidam *Aristoteli* tribuerent, Stagiritae abrogarent, monuit *Fabricius* Bibl. Gr. T. III. p. 276. quem omnino de hoc opere consulas velim.

Artemidorus Grammaticus. Duo ejus epigrammata exhibent Analecta T. I. 263. (I. 194. ed. L.) quorum prius *Theocrito* vulgo adscriptum, etiam in Vat. Cod., auctoritate ed. Aldinae Theocriti, ad *Artemidorum* refertur. Alterum Ἀρτεμιδώρου γραμματικοῦ inscriptum in membr. Vat. unde discimus eum *Theocriti* poëmata, sparsa olim, in unum corpus collegisse. Is esse videtur, qui Ἀριστοφάνειος vocatur ap. *Athenaeum* L. IV. p. 182. d. L. IX. p. 387. D. etiam ψευδοαριστοφάνειος. Ib. I. 5. B. Eundem commemorat *Suidas* T. I. p. 337. ubi vide *Kusterum.*

Artemo. Duo ejus habemus Epigrr. in Anal. II. 79. (II. 66. ed. L.) ex Musa Puerili, in Echedemum puerum. Notus Ἀρτέμων ὁ μελοποιὸς ap. *Aristoph.* Acharn. v. 850. ad quem locum pertinent, quae *Suidas* habet v. ὄζων. T. II. p. 659. Ad hunc hominem,

quem *Aristophanis* aequalem fuisse, dubitari nequit, epigrammata nostra referebat *Reiskius* Undecim *Artemones* recenset *Fabricius* Bibl Gr T. II. p. 112 ed. *H.* inter quos is, qui *Cassandreus* vocatur, non vixit ante Ol. CXVI. quo tempore Potidaea Κασσάνδρεια appellari coepit. V. *Wesseling.* ad *Diodor Sic.* T. II. p. 357.

Asclepiades. Plurium ὁμωνύμων epigrammata leguntur in Anal. I. 211. (I. 144. ed. L.) Unus est *Samius*, quem Σικελίδην appellant, quo nomine cum in Corona meminit *Meleager* v. 46. Eodem nomine significavit hunc ἐπιγραμματοποιὸν *Theocrit.* Eid. VII. 40. ubi *Scholiastes*: Ἀσκληπιάδην φησὶ τὸν ἐπιγραμματογράφον· ὥσπερ γὰρ Σιμιχίδαν ἑαυτὸν καλεῖ ὁ Θεόκριτος πατρονυμικῶς, ὡς υἱὸν Σιμιχίδα, καὶ τὸν Εὐμήδην Κρατίδα, οὕτω καὶ νῦν Σικελίδαν ὀνομάζει τὸν Ἀσκληπιάδην τὸν Σάμιον, ὡς υἱὸν Σικελίδα, οὗ δοκεῖ ἀκουστὴς γεγονέναι. Cf. *Mosch.* Eid. IV. 98. Ad hunc procul dubio pertinet Ep. XXXII. quo Berenice comparatur cum Venere; et Ep. XXXIII. in Cleopatram ἄνασσαν. Vid. *Schneideri* Anal. cr. p. 2. qui huic poëtae longe maximam partem epigrammatum, *Asclepiadis* nomine inscriptorum, tribuendam existimat. Alium etiam fuisse *Adramytenum* novimus ex Cod. Vat p. 574. ubi Ep. I. inscriptum: Ἀσκληπιάδου ἀδραμυτίνου. Reliquis gentile non est additum. *Asclepiadi* tribuitur etiam Ep. in Ajacem (quod *Brunkius* Aristoteleis immiscuit) auctore *Eustathio.* Illud *Mnasalcas* ante oculos habuit Ep. XIV. de cujus aetate vide infra. Quod *Reiskius* Ep. XXVII. propter Phrynes nomen, quod in eo occurrit, ad antiquiorem quendam *Asclepiadem* refert, id nihil est. Num enim est in illo epigrammate vestigium, unde appareat, meretricem illam intelligi, quae circa

Ol. CVI. floruit. Neque ex Ep. XXXVI. in quo *Antimachi* Lyde celebratur, quidquam ad aetatem auctoris colligi potest.

Asclepiodotus. Unum ejus epigr. profertur in Anal. II. 490. (III. 193. ed. L.) basi statuae Memnoniae insculptum cum auctoris nomine. Novimus *Asclepiodotum* philosophum, Procli auditorem, de quo *Jons.* de Scriptt. Hist. Phil. III. 18. pag 97. Qui pöesi dederit operam hujus nominis nullum commemoratum reperio.

Asinius Quadratus. Hoc nomine in Vat. Cod. inscriptum est epigramma, quod ἄδηλον est in Planudea. Anal. II. 299. (III. 13. ed. Lips.) Si fides lemmati in membrr. addito, Sullae aetate scriptum esse probabile fit. *Salmasius* tamen in not. ined. de illa pugna cogitabat, qua Catilinariae factionis vires fractae sunt. Commemoratur *Asinius Quadratus*, auctor historiae romanae ab urbe condita usque ad Alexandrum Severum. Cf. *Pinedo* Breviar. Auctor. quos ad testimonium vocat *Stephanus* p. 757.

Astydamas. Unius epigrammatis auctor in Anal. III. 329. (I. 93. ed. L.) Morsimi filius, discipulus Isocratis, tragicus. Vide de eo *Diogen. Laërt.* L. II. 43. Primam tragoediam docuit Ol. XCV. 2. teste *Diodoro Siculo* L. XIV. p. 676. Proverbio locum dedit, de quo diximus in Animadverss. T. I. P. I. p. 311. Adde *Wolf.* ad *Libanii* Epist. CCCXVII. p. 153.

Athenaeus. Anal. II. 257. (II. 233.) Prius horum epigrammatum, quod in Planudea est ἀδέσποτον, *Diogenes Laërtius* tribuit Ἀθηναίῳ τῷ ἐπιγραμματογράφῳ. ubi vide *Menag.* p. 232. eundemque inter epigram-

matarios refert *Tzetza* in Prolegg. ad Lycophr. T. I. p. 258. Ob hoc epigramma, quod Stoicorum sapientiam commendat, relatus est inter Stoicos. *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 542. ed. *H.* Contra in altero epigrammate Epicurus laudatur. Inter Epicuri discipulos commemoratur Ἀθήναιος ap. *Diogen. Laërt.* X. 22. quem eundem esse cum Aegyptio suspicatur *Heumannus* in *Fabricii* Bibl. Gr. T. III. p. 300. mihi utrumque epigramma ejusdem auctoris esse videtur, qui, nulli fortasse philosophorum familiae addictus, illustres philosophos ἐπιδείξεως causa laudasse potuit.

Automedon. Undecim ejus epigrammatis, quae in Anal. leguntur T. II. 207. unum accessit T. III. 331. (II. 190. ed. L.) Locum illis dederat *Philippus* in corona sua, unde eum primo post Chr. seculo vixisse probabile ſit. Huic suspicioni opitulatur Ep. VI. quo Athenienses ridentur ob jus civitatis minimo venditum; quod eos jam Augusti aetate fecisse constat. Cf. *Dio Cass.* L. LIV. p. 736. At multo luculentius est vestigium Ep. XI. in Niceten, oratorem praestantissimum, qui Nerva regnante floruit, teste *Philostrato* in Vit. Soph. p. 510. sqq. quemque *Plinius* junior frequentasse videtur. Epist. L. VI. 6.

In Cod. Vat. p. 291. Epigr. VIII. inter Theocritea inscribitur: Αἰτωλοῦ Αὐτομέδοντος. Et certe illud Epigramma Theocriteis eximendum videtur. Si verum est lemma Codicis (in quo tamen gentile offendit nomini praepositum) duo fuerunt *Automedontes*, alter Aetolus, Cyzicenus alter. Hoc enim gentile adscriptum Epigrammati IV. Reliquis omnibus nudum auctoris nomen praefixum.

Bacchylides, Ceus ex urbe Julide, Simonidis sororis filius. Cf. *Goëns* in Dissert. de Simonid. p. 44. sq.

Duo ejus extant epigrammata, quorum nulla inter opera ejus ſit mentio ap. *Fabric.* in Bibl. Gr. T. II. p. 115. Locum habebat in Corona Meleagri.

Joannes Barbucallus. Undecim ejus epigrammata leguntur in Anal. III. 11. (III. 232. ed. L.) Ejus nomen derivat Schol. Graecus ad Anthologiam: Βαρβουκάλου. ἐθνικόν ἐστιν ὄνομα. Βαρβουκάλη γὰρ πόλις ἐν τοῖς (L. ἐντὸς) Ἴβηρος τοῦ ποταμοῦ, Πολυβίου καὶ Στεφάνου μαρτυρούντων. quod ductum est ex *Stephano Byzantino.* V. Ἀρβουκάλη. de quo errore monuit *L. Holstenius* p. 42. De urbe Barbucale nihil compertum. Quum Ep. VIII. Beryti eversionem celebret, apparet eum vixiſſe circa ann. p. Chr. 551. Cf. Animadverss. T. III. P. I. p. 21. — Ep. IV. est in Synesium quendam Scholasticum, qui in pugna ad Berytum claruit, ut lemma docet. Quam pugnam verisimile est pugnatam esse c. ann. 540. Cf. Ibid. p. 20.

Lollius Bassus. Ex XI. epigrammatis, quae Basso tribuuntur in Anal. II. 160. (II. 146. ed. L.) tollendum est Ep. III. quod *Nicarchi* est. Ep. II. in membrr. inscriptum Βασσου Σμυρναίου. Tempus, quo vixerit, colligi potest ex Ep. X. in Germanici mortem, qui obiit Antiochiae A. V. C. 771. Cf. *Taciti* Annal. L. II. 71. (In Anthol. Planud. p. 6. ed. *Steph.* *Lollio Basso* tribuitur Epigr. de Germanici virtutibus, quod Vat. Cod. *Crinagorae* inscribit.) Quod autem *Fabricius* existimat, *Horatium* expressiſſe Ep. VI. quod est de mediocritate, id nihil est. Plurimi poëtae eadem dixerunt. *Bassum Sophistam* commemorat *Lucianus* adv. Indoct. T. III. p. 118. Caeterum non uni *Basso* haec epigrammata tribui debere existimabat *Leichius* Praef. p. VI. causa, cur ita existimaret, non allata.

Besantini duo epigrammata γνωμωνικὰ sunt in Vat. Cod. p. 375. quorum prius edidi in Paralipp. nr. 42.

p. 651 (vulgo legitur inter sententias *Theognidis* v. 539. 540.) alteri in Cod. etiam *Palladae* nomen adhaeret. *Besantino Rhodio* in Cod. Vat. inscribitur Ovum, quod plures *Simmiae* tribuunt. Vide Animadverss. T. I. P. II. p. 211. *Besantini* nomen occurrit ap. *Stobaeum* Tit. CXVIII. p. 589. cui tribuitur in Anal. II. p. 435. nr. 134. et *Etymolog. Magnum*, ubi significatur *Helladius* Chrestomathiae auctor. Cf. *Fabric.* Bibl. gr. T. X. p. 772. ed. *H. Jonsi.* Scriptt. Hist. Phil. I. 2. p. 15. *Schneider.* Peric. crit. p. 129. *Phaedimum Bisanthenum* intelligit.

Bianor. Undeviginti ejus epigrammata extant in Anal. II. 154. (quibus adde Epp. a Br. omissa, quae dedi in Paralipp. nr. 110. p. 686. nr. 116. p. 689.) (II. 141. ed. Lips.) In his Βιάνορος Βιθυνοῦ nomine inscriptum Ep. XIII. XVIII. Βιάνορος γραμματικοῦ. Ep. XVII. Reliqua nudum *Bianoris* nomen praeferunt. Locum habuit in Corona Philippi. Unde cum sub Augusto et Tiberio vixisse probabile fit. Conspirat Ep. XII. in Sardes terrae motu haustas, quod accidit c. ann. V. C. 770. Cf. Animadverss. T. II. P. II. p. 11. Duo sunt ejus epigrammata, quod *Schneiderus* monuit in Anal. cr. p. 17. ex *Apollonida* expressa, quem iisdem temporibus floruisse supra vidimus.

Boëthus. Unum ejus prostat epigramma in Anal. II. 127. (II. 114. ed. Lips.) in Pyladem pantomimum cum lemmate: Βοηθοῦ τοῦ ἐλεγειογράφου. *Schneideri* diligentiam non effugit locus *Strabonis* L. XIV. p. 674. (991.) C. ubi illustres Tarsi viros commemorans etiam Βοηθοῦ meminit, *κακοῦ μὲν ποιητοῦ, κακοῦ δὲ πολίτου, δημοκοπίαις ἰσχύσαντος τὸ πλέον. Ἐπῆρε δὲ αὐτὸν καὶ Ἀντώνιος καταρχὰς ἀποδεξάμενος τὸ γραφὲν εἰς τὴν ἐν Φιλίπποις νίκην ἔπος. καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ εὐχέρια ἡ ἐπιπολάζουσα παρὰ τοῖς*

Ταρσεῦσι, ὥστ' ἀπαύστως σχεδιάζειν παραχρῆμα πρὸς τὴν δεδομένην ὑπόθεσιν. κ. τ. λ. Ab Athenodoro ex urbe, quam impune expilabat, Augusto concedente ejectus est. Alius fuit Boëthus Sidonius, cum quo *Strabo* XVI. p. 1098. D. se narrat συμφιλοσοφῆσαί τὰ Ἀριστοτέλεια. Boëthum philosophum exegeseos in Aratum auctorem laudat *Geminus* in εἰσαγωγῇ. c. XIV. Cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 480. ed. *H.*

Callias Argivus. Unum ejus epigr. servatum in Anal. II. 3. (II. 3. ed. L.) In Vat. C. Καλλέου inscriptum. De tempore, quo vixerit, non constat, neque *Callias* Argis oriundus aliunde notus est.

Callicter. Tria ejus epigrammata minimi pretii extant in Anal. II. 294. quibus quartum accessit II. 529. (III. 8. ed. L.) et disticha duo in Paralipp. nr. 118. 119. p. 690. ad eundem Vat. C. refert epigrammata, quae in Nicarcheis leguntur nr. XXVI. et XXVII. ubi nomen recte scriptum Καλλικτῆρος. ut etiam ad Ep. III. Καλλικτῆρος Μαντισίου. In ceteris Κιλλάκτορος. quod *Reiskius* temere natum suspicabatur ex Κινέα τοῦ ῥήτορος. *Mantisii* cognomen quid significet, ignoro equidem.

Callimachus. Poëta celeberrimus, qui sub Ptolemaeo Philadelpho vixit, et Euergetae attigit tempora, qui regnare coepit Ol. CXXXIII ½. Plurima ejus extant epigrammata, eaque elegantissima Anal. I. 461. (I. 212. ed. L.) adde Paralipp. nr. 149. 150. p. 709. quae ἐξηγήσει illustravit *Archibius* grammaticus, Apollonii filius, teste *Suida* in Ἀρχίβιος. T. I. p. 345. et *Eudocia* p. 64. et metaphrasi jambico metro conscripta *Marianus*, qui sub Anastasio imperatore floruit. *Suid.* in Μαριανός. T. II. p. 497. De *Archibii* aetate disputavit *Villoisonus* in Prolegg. ad Apollon. Gramm. p. III.

quem refutare conatus est juvenis egregiae spei *Göttlingius* in Animadverss. ad Callimachi Epigrammata et Achillem Tatium. Jenae. 1811. p. 1. sqq. Ex *Callimachi* epigrammatis *Athenaeus* L. VII. p. 284. C. profert verba: ἱερὸς δέ τοι, ἱερὸς ὕκης. Cf. *Schweigh.* Animm. T. IV. p. 101. et *Clemens Alex.* Stromat. V. p. 687. 14. ἡ πανακὴς πάντων φαρμάκων σοφία. Scr. φάρμακον ἡ σοφία.

Capito. Unum ejus distichon extat in Anal. II. p. 199. (II. 183. ed. L.) In medicum *Capitonem* legitur epigramma *Stratonis* XCIX. qui nihil cum ἐπιγραμματογράφῳ habet commune Novimus etiam Capitonem Lycium, Justiniano σύγχρονον, de quo *Kuster.* ad *Suid.* T. I. p. 147. Notissimus omnium est *Capito Alexandrinus* ὁ ἐποποιός, ut appellatur ap. *Athenae.* L. X. p. 425. C. Hunc illius distichi auctorem existimari nihil vetat.

Carphyllides. Alteri duorum epigammatum, quae extant in Anal. II. 401. (III. 109. ed. L.) inscriptum nomen Καρφυλλίδου, alteri Καρπυλλίδους.

Cerealius. Tria ejus epigrammata exhibent Anal. II. 345. (III. 55.) quorum tertium autem in Planudea ἄδηλον, in Vat. membr. Ἀντιπάτρου inscribitur. Cf. Animadverss. T. II. P. III. p. 9. In duobus reliquis nullum est temporis vestigium. Novimus *Julium Cerealem* Gigantomachiae auctorem ex Martial. L. IV. 8. XI. 52. *Plin.* Epist. II. 19.

Chaeremon. Tria ejus habemus epigrammata in Anal. II. 55. (II. 56. ed. L.) quorum duo nobilem illam Argivorum et Spartanorum de agro Thyreatico pugnam attingunt. Unde *Reiskius* eum admodum antiquum fuisse suspicatur; perperam. Tertium est in Eubulum, Athenagorae filium, eloquentia praestan-

tem. Eubuli nomen frequentissimum, sed nullum novimus, qui Athenagorae filius dicatur. *Reiskius* cogitabat de eo, qui passim in *Libanii* Epistolis commemoratur. Notissimus est *Chaeremon* Tragicus (de quo vide *Fabr.* in Bibl. Gr. II. p. 292.) quem inter ἀναγνωστικοὺς recenset *Aristotel.* Rhet. L. III. 12. 2. Cf. *Vater.* in Anim. et Lectt. ad Arist. Rhet. p. 174. sq. Satis antiquum fuisse epigrammatarium nostrum inde apparet, quod in *Meleagri* Corona locum habuit.

Choerilus. Ejus epitaphium in Sardanapalum *Brunkius* retulit in Anal. I. 185. (I. 117. ed. L.) ex *Chrysippi* Stoici Commentariis servatum. Cf. Animadverss. T. I. P. I. p. 375. Dubitaveris utrum Samii sit poëtae epici, an ejus, qui Alexandri res gestas *incultis versibus* scripsit, *Horatio* teste II. Ep. I. 233. et A. P. 358. De Samio, cujus epos, versibus nonnullis laudatis excitat *Strabo* L. VII. p. 464. A. cf. *Suidam.* T. III. p. 695. in Χοιρίλος. et *Schellenberg.* in Reliqq. Antimachi p. 39. De altero ridicula narrat *Acro* ad *Horatii* A. P. l. c. unde Alexandri defensionem suscepit *St. Croix* Examen crit. des anciens Hist. d'Alex. le Grand. p. 208. sq.

Christodorus. Anal. II. 456. (III. 161. ed. L.) *Suid.* T. III. p. 688. Χριστόδωρος Πανίσκου ἀπὸ Κοπτοῦ πόλεως τῆς Αἰγύπτου, ἐποποιός. Ἤκμαζεν ἐπὶ τῶν Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως χρόνων. Ἔγραψεν . . . Ἔκφρασιν τῶν ἐν τῷ Ζευξίππῳ ἀγαλμάτων. Cf. *Eund.* in Ζεύξιππος. T. II. p. 4. Exscripsit *Suidam Eudocia* p. 436. quae inter alia *Christodori* opera tres Epigrammatum libros recenset. Quod in Anth. Planudea Χριστοδώρου Κοπίτου legitur, id librarii errori tribuendum, quem correxit *Lambec.* ad *Codinum* p. 159. Verum est in Vat. C. p. 64. Ibidem p. 76. in marg. ὅτι ὁ θαυμαστὸς οὗτος Χριστίδωρος

(sic) ἐπὶ Ἀναστασίου ἦν βασιλέως τοῦ διαδεξαμένου τὸν Ζήνωνα. et Ib. p. 317. τοῦ αὐτοῦ Χριστοδώρου μεγάλου ποιητοῦ καὶ περιωνύμου· οὗτος Αἰγύπτιος ἦν ἀπό τινος πόλεως ὀνομαζομένης Κοπτοῦ. Insigniter hallucinatus est doctissimus *Gibbon* in the History of the Decline and Fall of the R. E. ch XVII. not. 15. qui, quum *Christodorum* ποιητὴν Θηβαῖον appellari legisset, parum considerate scripsit: *He was a Theban poet ingenius as well as in birth: Boeotum in crasso jurares aëre natum.* Anastasium, quo regnante floruit, *Christodorus* celebrat in Ecphr. v. 398. ubi vide Animadverss T. II P. III. p. 325. Idem laudat Joannem Epidamnium Ep. II. et. III. qui Anastasii gener fuit. In Schol. Venet. ad *Homer.* Ιλ. p. 71. ed. *Vill.* excitantur versus ex *Christodori* Λυδιακοῖς, quod opus ab aliis non commemoratur. Cf. *Heyn.* ad Homer. T. IV. p. 278. sq.

Claudianus, cujus quinque epigrammata extant in Anal. T. II. 447. (III. 153. ed. L.) vulgo pro eo habetur, qui nomen inter latinos poëtas profitetur. Quae opinio peperit emendationem in Ep. III. 1. ubi *Ruhnkenius* ἐπὶ προθύροις Στελιχῶνος corrigit pro Ἑλικῶνος. Idem quamquam etiam duobus aliis in mentem venerit criticis, minime tamen probari debet. Alium fuisse *Claudianum* nostrum verisimile est ex nota in Vat. Cod. p. 53. ad Epigrammata duo christiani argumenti, quae exhibui in Paralipomm. nr. 1. 2. p. 615. s. Οὗτος ὁ Κλαυδιανὸς ὁ γράψας τὰ πάτρια Ταρσοῦ, Ἀναζάρβου, Βηρύτου, Νικαίας. Ad hunc etiam Gigantomachia referenda videtur graece scripta, de qua vide *Iriarten* in Catal. Mssc. gr. Matrit. p. 215. sqq. Κλαυδιανὸν καὶ Κῦρον τοὺς ποιητὰς sub Theodosio II. nomen adeptos narrat *Euagrius* Hist. Eccl. I. 19. p. 276. ubi etiam noster videtur intelligendus.

Cleobuline, quam alii *Eumetin* vocant, ἐξαμέτρων αἰνιγμάτων ποιήτρια appellatur apud *Diogen. Laërt.* L. I. §. 89. Veterum loca, ubi ejus aenigmata commemorantur, collegit *Menagius* l. c. p. 52.

Cleobulus Lindius, Cleobulines pater, septem sapientibus annumeratur. Reliquerat ᾄσματα καὶ γρίφους εἰς ἔπη τρισχίλια, auctore *Diogene Laërt.* L. I. 91. p. 56. Duo ejus poëmatia extant in Anal. I. 76. (I. 52. ed. L.) quorum prius etiam *Homero* tribuitur. Cf. *Fabr.* Bibl. Gr. T. II. p. 117. ed. *H.*

Cometas Scholasticus. Χαρτουλάριος etiam vocatur in Vat. Cod. p. 130. 457. σχολαστικὸς tantum p. 458. *Chartularii* titulum et varia chartulariorum genera docte illustrat *DuCang.* in Gloss. med. et inf. Graec. p. 1735. sq. *Cometam* nostrum de Homeri carminibus bene esse meritum, apparet ex ejus Epigr. IV. V. VI. quorum ultimum non effugit diligentiam *Leonis Allatii* de Patria Homeri p. 106. attigit etiam, ubi de interpunctione codicum agit, *Villoison.* in Anecdot. T. II. p. 137. Idem in Prolegg. ad Homer. p. LIX. eundem esse existimat, qui regnante Michaële III. anno 856. in urbe CPoli grammatices professione publica est ornatus. Cf. *Fabr.* Bibl. Gr. T. II. p. 369. *Gibbon* Hist. of the Decl. and Fall of the R. E. ch. 53. T. X. p. 50. sq. Hoc si verum esset, grammatici potius quam chartularii et scholastici nomine eum distingui existimaverim. Etiam aliud est argumentum, unde eum paulo serius, nempe circa illa ipsa tempora, quibus Anthologia Palatina concinnata est, vixisse suspicemur. Uni epigrammatum ejus adscriptum in Cod. Vat. p. 695. Κομητᾶ ταῦτα δυσκόμιστα πάντ' ἔπη. Tum iterum p. 706. ad ejusdem *Cometae* poëma, quod edidi in Paralipp. nr. 213. p. 747. adscriptum: ἄκοσμα

ταῦτα τοῦ Κομητὰ πάντ᾽ ἔπη. et Κομητὰ Θερσίτης μὲν ἦσθα, πῶς δέ γε Ἀχιλλέως πρόσωπον εἰσέδυς τάλαν ἄπαγε ταύτης τῆς ἀμούσου καρδίας. Et in infimo margine: καὶ βάλλετ᾽ ἐς κόρακας ἢ κύφων ὕπερ Τὰ κοπρίας γέμοντα σαπρίαν ἔπη. Haec convicia ejus modi sunt, ut ab aequali adscripta ſuisse dubitari nequeat; nec verisimile est ea ex antiquiore libro una cum *Cometae* poëmatiis in Cod. Pal. ſuisse translata. Quare si *Constantinus Cephalas* decimo seculo Anthologiam condidit, *Cometam* iisdem temporibus vixisse credibile ſit. Quamquam hoc non satis certum esse lubenter ſatemur.

Constantinus, rhetor aut philosophus, ut videtur, secundum Ep. in Vat. Cod. p. 668. cum inscriptione: τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου τοῦ Σικελοῦ, εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ. quod post *Reiskium* exhibuimus in Paralipomm. nr. 199. p. 737. ad quod respondet *Theophanes* Ib. nr. 200. p. 738. qui item titulo μακαρίου ornatur. Unde suspicari licet, utrumque eo tempore deſunctum esse, quo Anthologia Palatina est concinnata. Hujus *Constantini Siculi* et philosophi esse videtur poëma anacreonticum, cujus mentionem ſecit *Lambecius* in Bibl. Caesar. L. V. Cod. CCCXXXIII. p. 295. cum inscriptione: Στίχοι ἀνακρεόντιοι κατὰ ἀλφάβητον Κωνσταντίνου Φιλοσόφου τοῦ Σικελοῦ, κινδυνευσάντων τῶν γονέων αὐτοῦ καὶ ἀδελφῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ. *Theophanis* epigr. statim excipiunt tria epigrammata alius *Constantini* cum lemmate: Τοῦ ταπεινοῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ῥοδίου εἰς τὸν σταυρὸν ὃν ἀνέθετο (sic) ἐν τῇ Λίνδῳ. in quo epigrammate se Leonte et Alexandro regnantibus floruisse ait. (Cſ. Paralipp. nr. 201. p. 738.) Unde apparet, illud scriptum esse intra annos 906 — 911. quo Leo obiit. Hunc *Constantinum Reiskius* eundem esse, qui Anthologiam nostram concinnavit,

probabiliter suspicatur. Cf. Prolegomena Nostra p. LXXIV. sq.

Cosmas monachus. Sic certe est in Anal. III. 127. (IV. 96.) fortasse ex Cod. quodam Planudeae; quamquam in Lectionibus nihil notatum. In Plan. Κοσμᾶ μηχανικοῦ p. 313. ed. Steph. Unum ejus habetur distichon. Novimus *Cosmam monachum*, qui floruit c. ann. 547. auctorem cosmographiae christianae. Cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. IV. p. 255. alium, quem μελῳδὸν vocant, Hymnorum et expositionis Psalmorum, jambico metro conscriptae, auctorem. Ib. T. VIII. p. 596. Tom. XI. p. 173. ibique not. *xx*. Cf. Poëtae Christiani. Paris. 1709. 8.

Crates Thebanus, philosophus cynicus, qui floruit c. Ol. CXIII. Ejus vitam scripsisse *Plutarchum* apparet ex *Juliani* Or. VI. p. 374. quod monuit *Reines.* Var. Lectt. I. 3. p. 10. Commemorantur ejus παίγνια et φακῆς ἐγκώμιον ap. *Athen.* L. IV. p. 158. B. Reliquias collegit *Brunkius* in Anal. I. 186. (I. 118. ed. L.) Eum cum Cratete grammatico confudisse videtur *Harlesius* ad *Fabric.* T. IV. p. 470.

Crates Grammaticus. Unum ejus superest epigramma in Anal. II. 3. (II. 3. ed. L.) grammatico acumine praestans. Nobilissimus grammaticorum hujus nominis is est, qui a patria *Mallotes* vocatur, ab insigni, quod in Homero emendando posuit studio, Homericus. Cf. *Villois.* in Prolegg. ad Homer. p. XXVII. *Wolfius* in Prolegg. §. LI. p. CCLXXVI. qui eum rhetorices scholam Pergami condidisse videri monuit, unde etiam Pergamenus appellatur. *Pergamenum* certe a *Mallote* non diversum statuit *Jonsius* de Scriptt. Hist. Phil. II. 11. 1. p. 200. et alii non pauci, quos diver-

sam sententiam probans recenset *Burmannus* ad *Valesii* Emendatt. V. 17. p. 133. not. c. Commemoratur *Crates* ἐπιγραμμάτων ποιητὴς ap. *Diogen. Laërt.* L. IV. 23. p. 241.

Crinagoras, in *Philippi* corona locum habuit. Idem procul dubio, cujus inter illustres Mitylenes scriptores mentionem facit *Strabo* L. XIII. p. 918. καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων καὶ Λεσβοκλῆς καὶ Κριναγόρας καὶ ὁ συγγραφεὺς Θεοφάνης. unde eum Augusto imperante floruisse apparet. Cum hoc testimonio plura conspirant temporis vestigia impressa epigrammatis, quae in Anal. habentur T. II. 140. (II. 127. ed. L.) Lectt. p. 164. quibus auctoritate Vat. Cod. accedit Ep. κδ'. CXXIII. et duo aut tria, quae *Huschkius* edidit in Anal. cr. p. 218. sq. nov. in Paralipp. nr. 65. p. 661. nr. 74. p. 664. nr. 111. p. 686. Celebratur Ep. XI. Marcellus, Octaviae filius, ex bello in patriam redux, quod de bello Cantabrico accipiendum videtur, A. V. C. 729. confecto; eidemque Marcello, cujus robur cum Thesei robore comparat, Ep. XV. Callimachi Hecalen dono offert. Ep. XIII. Lucina invocatur, ut Antoniae opem ferat, quam Octaviae ex Antonio filiam esse, vix dubitari potest. Eidem Antoniae Ep. XIV. exemplar carminum Anacreontis dedicat. Brevi post bellum Cantabricum scriptum videtur Ep. XXI. de aquis quibusdam in Pyrenaeis, quibus Caesaris Augusti adventus nomen fecerit. Ep. XVIII. Tiberium Neronem celebrat Armeniae et Germaniae victorem. Ep. XX. scriptum in coloniam libertinorum Corinthum missam, quam urbem a Julio Caesare restauratam novimus A. V. C. 710. Ep. XXXIV. Niciae, Coorum tyranni, mortem commemorat, quem Augusto et Tiberio regnantibus tyrannidem exercuisse constat. Ep. XLIV.

autem mortem Philostrati Sophistae, qui Antonii et Cleopatrae castra (A. V. 723.) secutus fuerat. Caeterum *Reiskius* ad Augusti tempora refert etiam Ep. V. ad Lucium quendam, quem Agrippae ex Julia filium esse existimat; et Ep. XXX. in laudem initiorum Eleusiniorum, quibus Augustus A. V. 723. initiatus est. Quam sententiam *Brunkius* quoque amplexus est.

Haec igitur epigrammata omnia referimus sine haesitatione ad unum *Crinagoram Mitylenaeum*, qui ab anno U. C. 723. usque ad annum 762. vixisse videtur, carminibus ditior quam fortunae bonis (Ep. XXXIII.). Romae eum vixisse non est quod dubites, quippe et navigationem ex Asia in Italiam susceptam commemorat Ep. XXIV. eumque ibi in familia Augusti gratia floruisse suspicari licet. Fratrem juniorem Euclidem commemorat Ep. XII.

Jam vero duo sunt epigrammata, *Reiskio* judice ad antiquiorem referenda *Crinagoram*; Ep. XVI. in Praxagoram medicum, qui Alexandro M. regnante vixit; et Ep. XIX. in nuptias inter reges nescio quos Aegypti et Libyae celebratas. At prius est ἐπιδεικτικὸν in Praxagorae imaginem, ex quo genere ad auctoris aetatem nihil colligi potest; argumentum est obscurissimum. *Reiskius* quidem existimat respici ad nuptias Ptolemaei Euergetae cum Berenice, Magae filia, qui Magas rex Cyrenarum fuit. Sed hoc quam incertum sit, nemo non videt. Et ipse *Reiskius* in Not. p. 194. hoc epigramma ad *Callimachum* referendum esse suspicatur. Unde quam vana sit illa de antiquiore *Crinagora* opinio in oculos incurrit.

Caeterum laudatur *Crinagoras* in L. V. *Ptolemaei Hephaestionis* in *Thomae Galei* Scriptt. Hist. Poet. p. 322. ὡς μετὰ Ἀμύνου φασὶν Ἰάσων, ἀλλ᾽ οὐχὶ Πολυ-

δεύκης ἐμαχέσατο· καὶ ὁ χῶρος μαρτυρεῖ Ἰησώνιος αἰχμὴ καλούμενος, καὶ πηγὴ ἀνατέλλεται ἀγχοῦ Ἑλένη καλουμένη. Ἐκ τούτου λύεται (explicatur) καὶ τὸ Κριναγόρου ἐπίγραμμα. Ὅτι τὸ καὶ Προκλέους ἵπποι χλωρὰν φαλακάνθαν ἔχουσιν ἀγνοηθὲν Καλλιμάχῳ Εὐβούλου ἐστὶ τοῦ κωμικοῦ. Quae omnia adscripsi, ut appareret, perperam latinum interpretem versum illum de φηλάκανθα ad *Crinagoram* retulisse, quum *Eubuli* sit. — In *Etymol. M.* legitur V. ἅρπυς. ὁ ἔρως. ὡς παρὰ Παρθενίῳ ἐν Κριναγόρᾳ· ἀμφοτέροις ἐπιβὰς ἅρπυς ἐλήϊσατο. ubi quid sit *Parthenii* Κριναγόρας cum ignorantissimis ignoro.

Cyllenius. Duo ejus extant Epigrammata in Anal. II. 282. (II. 257. ed. L.) quorum prius in Cod. Vat. inscriptum Κυλλινίου, in Planudea, Καλλινίου. Alterum in membrr. Κυλληνίου, in Plan. Κυλληνίου Πετιάνου. Nihil de hoc homine constat.

Cyrillus. Unum est ejus in Anthologia distichon, quo brevitas commendatur in epigrammatis, cui *Brunkius* epitaphium adjunxit, item a Cyrillo quodam filio Cliophori scriptum, malo versificatore, nec quidquam elegantiae habens, qua prius se commendat. Quum plures fuerint *Cyrilli*, non magni facienda videtur suspicio *Fabricii*, qui eum, cujus glossae feruntur, epigrammatis nostri auctorem esse existimat.

Cyrus. Inter septem epigrammata, quae sub ejus nomine feruntur in Anal. II. 454. (III. 159. ed. L.) Ep. V. auctoris nomine caret. In Ep. IV. prava est inscriptio Κύπρου ποιητοῦ, quam *Planudes* emendavit. Ποιητοῦ titulo ornatur Ep. II. III. et in Paralipp. nr. 196. p. 734. In Imo etiam τοῦ μεγάλου ποιητοῦ. Ad VItum autem Κύρου ἀπὸ ὑπάτων. De poëtae titulo, illis

temporibus pluribus tributo, monuit *Reiskius* ad *Constantin. Porphyrog.* Cerem. p. 139. C. et p. 159. B. Ad hunc nullus dubito referendum esse Ep. ᾽αδ. CCCLIV. ubi cum summis poëtis componitur. Cum *Claudiano* eum nominat *Euagrius* in Hist. Eccl. L. I. 19. p. 276. qui de ejus vita similia tradidit ac *Suidas* T. II. p. 402. *Κῦρος Πανοπολίτης, ἐποποιός· γέγονεν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ νέου βασιλέως, ὑφ᾽ οὗ καὶ ἔπαρχος πραιτωρίων καὶ ἔπαρχος πόλεως προεβλήθη· καὶ γέγονεν ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρίκιος. Εὐδοκία γὰρ ἡ Θεοδοσίου γαμετή, βασιλὶς οὖσα, ὑπερηγάσθη τὸν Κῦρον, φιλοεπὴς οὖσα· ἀλλὰ αὐτῆς ἀποστάσης τῶν βασιλείων, καὶ εἰς ἀνατολὴν ἐν Ἱεροσολύμοις διατριβούσης, Κῦρος ἐπιβουλευθεὶς ἐπίσκοπος τῶν ἱερῶν γίνεται, ἐν Κοτυαείῳ τῆς Φρυγίας, καὶ παρέτεινε μέχρι Λέοντος τοῦ βασιλέως.* Ad quem locum *Kusterus* quaedam de *Cyro* poëta attulit ex *Reinesii* Var. Lectt. L. III. p. 561. De ejus exilio nonnihil discrepat *Auctor Chron. Alex.* *sub* Ol. CCCVII. Accurate ejus historiam enarravit *Tillemontius* Hist. des Emper. Thédos. II. T. VI. p. 37. Art. XXV. et post eum *de Bosch* in Not. ad Anthol. p. 156. sq. qui ad eum retulit locum in *Theophylacti* Hist. L. VIII. p. 281. *οὗτος δὲ ἐς ὑπάτων ἀξίαν τὸ τηνικαῦτα ἀναβεβήκει καιροῦ· τοῦτον ἄνδρα ἀγαθὸν ἐς τὰ μάλιστα γεγονέναι φασίν, καὶ περὶ τοὺς ἔρωτας τῶν λόγων σώφρονι μανίᾳ τινὶ ἐπεφύκει.* *Cyrum* patrem fuisse *Pauli Silentiarii* suspicatur *DuCang.* in Praef. ad Pauli Ecphrasin Aed. S. Sophiae p. 497. Vide infra in *Paulo Silentiario.*

Damagetus, unus eorum, quem *Meleager* coronae suae intexuit. Duodecim ejus supersunt epigrammata in Anal. II. 38. quibus unum accessit T. III. p. 331. (II. 39. ed. L.) Illud autem distichon, quod *Brunkius* primo loco posuit, pars est epigram-

matis *Antipatri Sidonii* XXV. Vestigia temporum, quae illis epigrammatis insunt, non satis expressa tamen et perspicua, remittunt ad aetatem Philippi, Demetrii fil., quo regnante bellum gestum est inter Achaeos et Aetolos, quo Machatas periisse videtur, Achaeus, quem Ep. VIII. celebrat. Ad eadem tempora *Schneiderus* referebat etiam Ep. VI. de Aristagora, in defendenda Ambracia interfecto. His conspirat etiam Ep. II. in Arsinoën, Ptolemaei filiam, si Euergetae filiam esse cogites, quae ex Ptolemaeo Philopatore filium peperit Epiphanem Ol. CXLII. 4. a. ante Chr. 209. Cf. *Joseph.* Antiqq. XII. 4. 7. — Nomen hominis Δαμαγήτου *) scribitur in Anthologia a Δημάγητος, quod nomen in Argonautarum historia commemorat *Schol. Apoll. Rh.* L. I. 224. Nostrum fortasse respexit *Stephan. Byz.* V. ἀκτή . . . ἔστι καὶ ἑτέρα Ἀκαρνίας ἧς μέμνηται Δημάγητος. Alius esse videtur *Damagetus Heracleota* cujus ἐπιτομὴν scripsit Demosthenes Thrax, auctore *Suida* T. I. p. 545.

Damascius Philosophus. *Suidas* T. I. p. 506. Δαμάσκιος φιλόσοφος στωϊκός, Σύρος, Σιμπλικίου καὶ Εὐλαλίου τῶν Φρυγῶν ὁμιλητής· ἤκμαζεν ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων· γέγραπται αὐτῷ ὑπομνήματα εἰς Πλάτωνα καὶ περὶ ἀρχῶν καὶ φιλόσοφος ἱστορία. Cf. *Jons.* Scriptt. Hist. Phil. L. III. 19. 4. p. 104. unum ejus extat distichon in servam Anal. II. 475. (III. 179. ed. L.)

*) *Damagetae*, tanquam a *Damagetas*, scripsit *Brunkius* in Lectt. p. 131. quem inconsiderate sum secutus. — Ep. XI. in Anth. Plan. p. 231. Δημάντου est inscriptum, unde *Demantes* venit in Catal. Epigrammatariorum ap. *Fabric.* T. IV. p. 471.

Damocharis grammaticus; γραμματικῆς ἱερὴ βάσις appellatur in Ep. *Pauli Silentiarii* LXXXI. unde Coum fuisse discimus. *Agathiae* discipulus appellatur in lemmate ad Ep. I. in *Agathiae* perdicem Vat. C. p. 237. εἰς τὴν αὐτὴν πέρδικα (Ἀγαθίου) Δαμοχάριδος γραμματικοῦ καὶ μαθητοῦ αὐτοῦ. Hinc apparet eum seculo quinto exeunte, sexto ineunte vixisse. Est inter Epigrammata ἀδ. CCCLIX. in Damocharidem quendam δικασπόλον, qui Smyrnam terrae motu vehementer afflictam restituerit. Qui an noster sit, non dixerim. Justiniano tamen regnante plures imperii romani regiones terrae motibus vehementer esse vexatas constat. Grammatici quatuor extant epigrr. Anal. III. 69. (IV. 39.)

Damostratus. Sub ejus nomine unum extat in Anal. II. 259. (II. 235. ed. L.) cujus lemma in membrr. Δαμοστράτου ἀνάθημα ταῖς νύμφαις. Jam quum is, qui in illo epigrammate Nymphis donum offert, *Damostratus* appelletur, Antilae fil., admodum incertum est, num ille in numerum τῶν ἐπιγραμματογράφων referri debeat. Cf. Animadverss. Tom. II. P. II. p. 262. *Reiskius* cogitabat de Demostrato quodam Apamecnsi, cujus Halieutica passim apud veteres laudantur. *Fabric.* Bibl. Gr. T. XIII. p. 138.

Daphitas Grammaticus. Unum ejus distichon habetur in Anal. T. III. p. 330. (II. 39. ed. L.) Strabo L. XIV. p. 647. (958. A.) de Magnesia agens: κεῖται ἐν πεδίῳ πρὸς ὄρει καλουμένῳ Θώρακι· ἐφ᾽ ᾧ σταυρωθῆναί φασι Δαφίταν τὸν γραμματικὸν λοιδορήσαντα τοὺς βασιλέας διὰ στίχου. Apud *Suidam* T. I. p. 513. Δαφίδας scribitur. Vitam hominis et ille enarrat et *Hesychius Illustr.* p. 10. uterque cum de rupe praecipitatum esse ait. Conf. *Ciceron.* de Fato c. 3. ibique *Bremi* not. *Valer. Max.* L. I. VIII. extr. 8. Inter Ὁμηρομάστιγας comme-

moratur, quippe qui Homerum omnia mentitum esse dixerit. Vid. *Olear.* Praef. ad Philostr. Her. p. 653. et *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 563. ed. *H.*

Demetrius Bithynus. Duo ejus disticha in Myronis bovem leguntur in Anal. II. 65. (II. 64. ed Lips.) *Demetrii* alicujus ἐπῶν ποιητοῦ versus servavit *Diogen. Laërt.* L. V. 85. p. 312. Apud eundem *Bithynus* hujus nominis commemoratur philosophus, Diphili Stoici filius, Panaetii discipulus. Quem *Jonsius* in Scrr. H. Phil. L. II. 18. 3. p. 252. sq. quum *Diogenes* eum prosa oratione usum esse dicat; a nostro diversum existimat. Causa non sat gravis, cur non habeatur auctor duorum distichorum, quae non multum ingenii habent; nec tamen quisquam illud pro certo affirmaverit.

Demiurgus. Ep. ἀδ. DII. in Vat. Cod. p. 215. Δημιουργοῦ nomine inscriptum.

Democritus. Unum epigramma in Venerem Anadyomenen habent Anal. T. II. 260. (II. 237. ed. L.) Inter varios Demetrios laudatur etiam ποιητὴς ἐπιγραμμάτων σαφὴς καὶ ἀνθηρός. ap. *Diogen. Laert.* L. IX. 49. p. 575. qui quo tempore vixerit non constat.

Demodocus Lerius. Tria ejus epigrammata, bilis in Chios et Cappadoces plena leguntur in Anal. II. 56. (II. 56. ed. L.) quibus adde quartum in Cilices in Paralipp. nr. 129. p. 698. *Aristotel.* Ethic. ad Nicom. L. VII. 9. οὐ μὴν ἀλλ' ὅμοιόν γε κατὰ τὰς πράξεις, ὥσπερ τὸ Δημοδόκου εἰς Μιλησίους· Μιλήσιοι γὰρ ἀξύνετοι μὲν οὐκ εἰσί, δρῶσι δὲ οἷάπερ οἱ ἀξύνετοι. Hinc apparet, eum vixisse ante *Aristotelem.*

Julius Diocles Carystius. Epigrammata quatuor, quae sub hujus poëtae nomine leguntur in Anal. II.

182. (II. 167. ed. L.) varie inscribuntur in membr. Ep. I. in Musa puerili, Διοκλέους. Ep II. et III. Ἰουλίου Διοκλέους. Ep. IV. Διοκλέους Καριστίου (sic.) *Julii* nomen, quod ad Ep. II. in Ἰουλιανοῦ permutatum est in Planudea; Graecum hominem indicat romana civitate donatum. Hinc *Reiskius* haec epigrammata referenda censebat ad *Dioclem Carystium* rhetorem, qui a *Seneca* in Suasoriis et controversiis passim ſaudatur. Alius fuit *Diocles*, item *Carystius*; medicus, qui celebrem de conservanda sanitate epistolam ad Antigonum Gonatam scripsit; aliorumque hujus generis librorum auctor. Cf. Indic. Auctor. in ed. Athenaei Schweigh. T. IX p. 92. Non tamen satis certum videtur, quatuor illa epigrammata ejusdem esse auctoris.

Diodorus Zonas Sardianus. et *Diodorus Junior*, item *Sardianus.* In epigrammatis, quae duobus his poetis tribuuntur in Anal. II. 80. (II. 67. ed. L.) et II. 185. (II. 170. ed. L.) diversorum scriptorum opera videntur esse commixta.

Utriusque *Diodori* meminit *Strabo* L. XIII. p. 931. B. de claris Sardianis agens: *ἄνδρες ἀξιόλογοι γεγόνασι τοῦ αὐτοῦ γένους Διόδωροι δύο, οἱ ῥήτορες, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐκαλεῖτο Ζωνᾶς, ἀνὴρ πολλοὺς ἀγῶνας ἠγωνισμένος ὑπὲρ τῆς Ἀσίας· κατὰ δὲ τὴν Μιθριδάτου τοῦ βασιλέως ἔφοδον αἰτίαν ἐσχηκὼς ὡς ἀφιστὰς παρ᾽ αὐτοῦ τὰς πόλεις, ἀπελύσατο τὰς διαβολὰς ἀπολογησάμενος· τοῦ δὲ νεωτέρου, φίλου ἡμῖν γενομένου, καὶ ἱστορικὰ συγγράμματά ἐστι, καὶ μέλη καὶ ἄλλα ποιήματα τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ἐμφαίνοντα ἱκανῶς.* Utriusque epigrammata coronae suae intexuit *Philippus*, *Zonae* alterum, alterum *Diodori* nomine in Prooemio laudans.

Jam inter ea epigrammata, quae *Brunkius* ad anti-

quiorem *Diodorum* retulit, Ep. VIII. junioris esse videtur, quod Διοδώρου inscribitur simpliciter, dum reliquis aut Ζωνᾶ adscriptum (Ep. I. II. IV. VIa. (T. III. 331.) Ep. III. in Vat. membr. nomine caret, in Planud. Ζωνᾶ est) aut Ζωνᾶ Σαρδιανοῦ (Ep. IV. V. VI. IX.) aut Ζωνᾶ Σαρδιανοῦ τοῦ καὶ Διοδώρου, ut Ep. VII. — Eorum autem epigrammatum, quae *Brunkius* juniori *Diodoro* tribuit, plurima Διοδώρου inscribuntur (I. II. III. IV. V. VII. IX. X. XII. XIII. XV. XVI. illud denique quod sub *Heliodori* nomine editum in Anal. T. II. p. 306. [III. 20. ed. L.].) Διοδώρου Σαρδιανοῦ Ep. VI. Διοδώρου γραμματικοῦ Ep. VIII. XIV. Διοδώρου Ταρσέως denique Ep. XI. Inter ea, quae nudum *Diodori* nomen gerunt, unum est (Ep. V.) in Drusum, qui Germanici filius esse videtur. In Ep. VI. Nero quidam laudatur; sed quisnam ex familia Neronum significetur, non constat. In hujus Epigr. lemmate auctor Διοπείθους υἱὸς vocatur *).

Diodorum grammaticum commemorat *Strabo* L. XIV. p. 992. D. inter *Tarsenses*; ejusque versus adhuc extare ait. Hinc apparet Ep. VIII. et XIV. itemque Ep. XI. Διοδώρου Ταρσέως inscriptum, Sardiani illius, *Strabonis* amici, reliquiis eximenda esse. Aliter de hac re statuit cl. *Schneiderus* in Anal. crit. p. 15. ad cujus tamen sententiam equidem accedere nequeo.

Diogenes Episcopus Amisenus. Unum ejus epigr. extat in Anal. T. II. 492. (III. 194. ed. L.)

Diogenes Laërtius. Plurima ejus epigrammata in viros illustres, quae ille in peculiari opere, πάμμετρον ob varietatem metrorum inscripto (cf. *Fabric.* Bibl.

---

*) Cf ad *Diotimus.*

Gr. T. V. p. 578. sq. Hinc ἐπιγραμματογράφος apud *Tzetzam* in Chil. III. 61.) collegerat, tum etiam in Vitis philosophorum cum aliis aliorum poëtarum epigrammatis laudavit, in Anthologiam relata. *Brunkius* iis in Analectis locum non dedit. Et profecto paucissima sunt in iis tolerabilia, longe plurima autem vehementer inepta et frigida, nec sermonis elegantia, nec numerorum bonitate commendanda.

Diogenianus Heracleota, auctor Ἀνθολογίου ἐπιγραμμάτων, teste *Suida* T. I. p. 591. sq. Cf. Prolegg. §. IV. p. XLVI.

Dionysius. Undecim illa poëmatia, quae sub *Dionysii* nomine in Anal. leguntur T. II. 253. (II. 230. ed. L.) diversorum sunt hominum. Διονυσίου Ἀνδρίου inscribitur Ep. III. Διονυσίου σοφιστοῦ Ep. V. Διονυσίου Ῥοδίου Ep. IX. Κυζικηνοῦ denique Ep. X. Reliqua nudum *Dionysii* nomen praeferunt.

Jam quum hoc nomen plurimis commune fuerit (Cf. *Meurs.* de Dionysiis in Gronov. Thes. Antiqu. Gr. T. X. p. 577.) nec ipsis epigrammatis temporis, quo scripta sint, notae impressae inveniantur, nihil certi de his ἐπιγραμματογράφοις statui posse videtur. De *Andrio* quidem nihil aliunde constat. *Cyzicenum* *Meursius* non noverat, nisi ex Ep. Anthol. L. III. 33. 17. Laudat *Probus* ad *Virgil.* Ecl. VI. 31. *Dionysium* ejusdem patriae, an eundem cum nostro quis dixerit? Sic etiam *Rhodium* commemorat *Suidas* T. I. p. 602. Διονύσιος Μουσωνίου Ῥόδιος ἢ Σάμιος, ἱστορικός. ἦν δὲ καὶ ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖσε ἱεροῦ τοῦ Ἡλίου. Is, qui *Sophista* vocatur, non diversus esse videtur ab eo, quem *Suidas* habet T. I. p. 597. Διονύσιος Ἁλικαρνασεύς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος, σοφιστής, καὶ Μουσικὸς κληθεὶς διὰ τὸ πλεῖστον ἀσκηθῆναι τὰ τῆς μουσικῆς. κ. τ. λ.

Ad hunc verisimile est referri debere Hymnos duos I. II. et epigrammata illa, quibus nudum *Dionysii* nomen adscriptum est. Quamquam haec quidem *Fabricius* referri malit ad Antiochenum illum, cujus epistolae extant, quemque verisimile est, quarto post Christum vixisse seculo. Haec suspicio ut non absurda est, ita nec valde commendabilis. Multo minus probanda videtur conjectura *Reiskii*, qui (quod iidem interdum homines aliter a patria, aliter a mansione vocarentur) Sophistam Halicarnassensem nihil diversum existimat a Milesio, quem ab Hadriano in Museum Alexandrinum allectum fuisse narrat *Philostrat.* in Vit. Soph. L. II. p. 522.

Diophanes Myrinaeus. Unum ejus extat distichon in Anal. T. II. p. 259. (II. 236.) satis ineptum, minimeque dignum, quod imputetur *Diophani* illi, qui ipse disertissimus, disertissimum Romanorum *Ti. Gracchum* erudivit. Cf. *Ciceron.* Brut. c. 27. et *Plutarch.* Vit. *Ti. Gracchi* c. 8. ubi Φυγὰς Μιτυληναῖος appellatur. De hoc tamen homine cogitabat *Reiskius*, et de Bithyno quodam, quem inter scriptores rei rusticae recenset *Varro* L. I. init. Mihi *Myrinaeus* noster inter veteres quaerendus non videtur.

Diophantus Alexandrinus. Problema ejus arithmeticum est in Anal. II. 307. (III. 20. ed. L.) Celeberrimus aevi Julianei mathematicus. In eum scriptum videtur Ep. inter Problemata arithm. XIX. T. II. p. 483. Cf. *Fabr.* Bibl. Gr. T. V. p. 641. ed. *II.*

Dioscorides. In *Meleagri* corona locum habebat. Ad XXXVIII epigrammata, quae leguntur in Anal. I. 493. (I. 244. ed. L.), adde in Paralipomm. nr. 142. p. 706. Pauca quaedam et tenuia temporis, quo

scripta sint, impressa vestigia. In his maxime conspicuum Ep. XXX. in *Machonem* Comicum, cujus tumulo illud inscriptum ſuisse testatur *Athenae.* L. VI. p. 241. F. Ubi quum *Machon* dicatur praeceptor ſuisse *Aristophanis Grammatici Byzantini*, quem constat floruisse c. Ol. CXLV. regnante Ptolemaeo Euergeta, *Dioscoridem* circa idem tempus floruisse apparet. Congruit Adoniorum in his epigrammatis (Ep VIII. IX.) *) quae quanto apparatu Alexandriae celebrata ſuerint, ex Theocriteis reliquiis satis constat; item sacrorum Cybeles mentio Ep. XI. quae a Gallis post Ol. CXXV. introducta novimus. Alexandriae eum vixisse crebra nos Nili et rerum Aegyptiacarum commemoratio dubitare non patitur; Ep. XII. etiam ad Arsinoën, sub Veneris Zephyritidis nomine cultam videtur respicere. (Vid. Animadverss. T. I. P. II. p. 377.) In epigrammatis suis inprimis illustria antiquitatis nomina, poëtas praesertim, studiose et insigni cum elegantia celebravit. — Plurimi fuerunt scriptores, medicae praesertim artis, *Dioscoridis* nomine clari, quos recenset *Jonsius* in Scriptt. Hist. Phil. II. 6. p. 171. sqq. *Fabric.* Bibl. Gr. IV. p. 676. sqq. Non praetereundum, Ep. XXXV. in membrr. Vat. inscriptum esse Διοσκορίδου Νικοπολίτου. Jam quum utraque Nicopolis, et Epirotica illa, et quae in Armenia a Pompejo est condita, recentior sit, quam ut *Dioscoridem* Machonis, ut videtur, aequalem, protulisse potuerit, *Schneiderus* Nicopolitam illum ab eo, qui *Meleagri* coronam ornavit, distinguendum esse monuit.

---

*) Utitur hoc argumento D. *Heinsius* ad *Horatii* A. P. p. 106. quod per se quidem leve est, cum reliquis conjunctum momentum habere videri debet.

Diotimus. Hunc quoque *Meleager* coronae suae intexuerat. Sed in Analect. I. 250. (I. 183. ed. L.) diversi homines videntur esse confusi. Certe Ep. I. inscribitur Διοτίμου Μιλησίου. Ep. VIII. autem Διοτίμου Ἀθηναίου τοῦ Διοπείθους. *) Reliquis gentile non est additum, ita ut incertum sit, utrum alteri de duobus, an tertio cuidam *Diotimo* tribuenda sint. Novimus *Diotimum Atheniensem* rhetorem, unum ex iis, qui Antipatro Macedoni sunt traditi, ex *Suida* in Ἀντίπατρος. T. I. p. 228. Cf. *Pseudo-Plut.* de Decem Rhetor. T. II. p. 845. A. Alius fuit Heracleae auctor, quem excitat *Athenae.* L. XIII. p. 603. D. ex quo poëmate tres versus servavit *Mich. Apostol.* in Proverb. IX. 33. p. 109. sic scribendos:

Κέρκωπές τοι πολλὰ κατὰ τριόδους πατέοντες
Βοιωτῶν σίνοντο· γένος δ' ἔσαν Οἰχαλιῆες,
Ὦλός τ' Εὐρύβατός τε δύω βαρυδαίμονε ἄνδρε.

Tertius fuit Adramyttenus, grammaticus, de quo *Aratus* Ep. II. (vid. Animadverss. T. I. P. II. p. 170.) ad quem *Schneiderus* epigrammata Anthologiae referri malebat. Plures *Diotimos* recensuit *Jonsius* in Scriptt. Hist. Phil. II. 15. 4. p. 233. sq. inter quos nobilissimus Stoicus, de quo consule inprimis *Fabricium* ad *Sext. Empir.* L. VII. 140. p. 400.

Dorieus. Ejus Epigr. in Milonem servavit *Athenae.* L. X. p. 412. F. unde relatum in Anal. II. 63. (II. 62. ed. L.) Nihil de eo aliunde notum.

Dosiadas. Huic tribuuntur in Anal. T. I. 412. (I. 202.) duo poëmatia αἰνιγματώδη, ob formam, qua

---

*) Etiam *Diodorus* epigrammatographus (Ep. VI.) Διοπείθους υἱὸς appellatur in Vat. Cod.

versus sunt dispositi, *Arae* appellata. Δωσιάδα βωμὸν inter difficiles nugas una cum *Lycophronis Alexandra* commemorat *Lucian.* in Lexiph. 25. Tom. V. p. 203. Eidem nonnulli tribuebant Ovum, quod vulgo ad *Simmiam* referunt, ut apparet ex Schol. ad. Vat. Cod. p. 675. Βησαντίνου Ῥοδίου ὠὸν ἢ Δοσιάδα ἢ Σιμμίου· ἀμφότεροι Ῥόδιοι. Quo tempore vixerit non constat. Caeterum cf. *Fabric.* Bibl. gr. T. III. p. 810. sqq.

Duris Elaïtes. Unum ejus epigramma extat in Anal. T. II. 59. (II. 59. ed. L.) in Ephesum aqua submersam, quod Lysimachi aetate factum est. Lysimachus floruit c. ann. ante Chr. 322. Circa eadem tempora itaque etiam *Duris* vixisse videtur. Notus est *Duris Samius*, qui et patriae Annales et multa alia historica scripsit, de quo *Schweigh.* ad *Athenae.* T. III p. 387 *Elaïten* (ex Elaea in Aeolide) aliunde cognitum non habemus.

Empedocles Agrigentinus. Duo ei tribuuntur epigrr in Analect. I 163. (I. 95.) quorum alterum in Pausaniam medicum in Vat. Cod. Σιμωνίδου inscribitur, minus recte quam ap. *Diog. Laert.* VIII. p. 531. cujus auctoritate refertur ad Empedoclem. Floruit hic philosophus et poeta c. Olymp. LXXXIV. quod docuit *Dodwellus* de aetate Pythagorae p. 219. Fragmentum ejus ex Cod. Vat. exhibui in Paralipp. nr. 75. p. 665.

Epigonus Thessalonicensis. Duorum epigrammatum habetur auctor in Anal. II. 306. (III. 19. ed. L.) sed alterum in Cod. Vat. inscribitur Σεκούνδου Ταραντ. Nihil de *Epigono* novimus.

Eratosthenes Cyrenaeus. Unum ejus epigramma de cubi duplicatione habent Anal. I. 478. cum frag-

mentis quibusdam. Cf. Lect. p. 111. 112. (I. 227. ed. L.) Natus est Ol. CXXVI. 1. bibliothecae Alexandrinae praeesse coepit Ol. CXXXVIII. 1. Vide de eo plurimisque ejus Operibus *Fabric.* Bibl. Gr. T. IV. p. 117. sqq. De Ἑρμῇ, eruditissimo *Eratosthenis* poëmate, disputavit *Villoison.* Prolegg. ad. Homer. p. 30.

Eratosthenes Scholasticus. Quatuor ejus extant epigrammata in Anal. III. 123. (IV. 93. ed. L.) quibus ex auctoritate Cod. Vat. addendum est illud, quod inter *Pauli Silentiarii* poemata legitur nr. LXXIII. Quum eidem in Planudea tribuatur Epigr. Φεῦ, φεῦ ἀμετρήτων, quod ap. *Br.* legitur inter Ep. *Juliani Aegyptii* nr. LVII. in Anastasiam, *Fabricius Eratosthenem* sub Justiniano Imperatore floruisse censet. Idem majore cum specie ex titulo *Scholastici* apparere docet *Reiskius,* quo titulo seculo V. et VI. patroni causarum appellari solebant.

Erinna. Ejus poëmata coronae suae intexuit *Meleager.* Tria ejus epigrammata habentur in Anal. I. 58. (I. 40. ed. L.) non ejusdem, ut videtur, ingenii. Ep. I. quidem priscam simplicitatem spirat, quam in duobus reliquis desideramus. Plures fuisse ejusdem nominis poëtrias admodum verisimile est vel ex iis, quae *Suidas* tradit T. I. p. 25. Ἤριννα, Τεΐα ἢ Λεσβία, ὡς δὲ ἄλλοι Τηλία . . . τινὲς δὲ καὶ Ῥοδίαν αὐτὴν ἐδόξασαν. ἦν δὲ ἐποποιός· ἔγραψεν Ἠλακάτην, ποίημα δέ ἐστιν αἰολικῇ καὶ δωρίδι διαλέκτῳ, ἐπῶν τ. Ἐποίησε δὲ καὶ ἐπιγράμματα. κ. τ. λ. Apud *Steph. Byz.* p. 653. in Τῆνος, dicitur Τηνία. Illa, quae Ἠλακάτην scripsit, tenera aetate obiit, testibus *Asclepiade* Ep. XXXV. et Epigr. ἀδ. DXXIII. Conf. et *Antip. Sidon.* Ep. XLVII. Jam quum alii *Erinnam Sapphus* aequalem

esse dicant, alii eandem ad tempora Alexandri M. referant, non inepte existimare videri debent, qui duas ejusdem nominis poetrias fuisse statuant, alteram vetustiorem, recentiorem alteram.

Erycius Cyzicenus *), ut vocatur Vat. C. p. 242. ad Ep. VIII. Ep. XV. autem inscriptum Ἐρυκίου Θετταλοῦ. Reliquis gentile non est additum. Hinc duos ejusdem nominis epigrammatarios fuisse apparet; quorum alter bucolicis inprimis argumentis oblectabatur, ita ut longe major pars epigrammatum, quae sunt in Anal. II. 295. (III. 9. ed. L.) ejusdem auctoris esse videatur. Ep. tamen X. eximendum horum numero, quippe quod *Theocriti* sit. Utrius horum sit epigr. XI. in *Parthenium Phocaeensem*, Homeri obtrectatorem, non dixerim. Quem *Parthenium Brunkius* in Lectt. p. 198. eum esse putat, cujus libellus περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων adhuc extat, *Virgilii* in graecis litteris magistrum, de quo *Macrob.* in Saturn. L. V. 8. cf. *Heyn.* ad *Donati* Vit. Virgil. §. 7. p. CLV. At is Νικαεὺς vulgo dicitur, aut etiam Μυρλεανός; quod librariorum errori tribuendum esse, ut *Fabricius* suspicatur (Bibl. Gr. T. IV. p. 309), parum est verisimile. Quare illum *Parthenium*, qui tam parum honorifice de Homero sensisse dicitur, grammaticum esse existimo, quem novimus ex *Suida* V. Διονύσιος. T. I. p. 598. discipulum *Dionysii Alexandrini*, qui usque ad Tra-

---

*) Ap. *Fabricium* T. IV. 474. lectores remittuntur ad *Puteani* Diatribam de Erycio c. 7. et ad *Menagii* Amoenit. Jur. p. 198. (184.) Ille liber non est ad manus; apud *Menagium* autem non agitur de nostro, sed de *Erycio Claro* et de *Sexto Erucio*.

janum vixit; ita ut *Parthenius* sub Hadriano floruisse videri possit. Secundum hunc imperatorem itaque, qui *Ciceroni Catonem*, *Ennium Virgilio* praeferebat (*Spartian.* Vit. Hadri. c. 16.) et Ὅμηρον καταλύων Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσῆγεν (*Dio Cass.* L. LXIX. 4. p. 1153.) etiam *Parthenius* judicabat, quum Odysseam πηλὸν, Iliadem βάτον vocaret. Hinc itaque apparet, *Erycium* alterum non ante Hadrianum vixisse. — Cyziceni est procul dubio Ep. XII. in mulierem Atticam, bello a Romanis captam et post varias rerum vicissitudines Cyzici sepultam; quod *Brunkius* referebat ad expugnationem Athenarum per Sullam, Ol. CLXXIII. 3. A. V. C. 668. Quae si vera est suspicio, antiquioris quoque *Erycii* aetatem tenemus. *Erycii* versum servavit *Schol. Apoll. Rhod.* L. II. 126. Παμφαλᾶν τὸ μετὰ πτοιήσεως καὶ ἐνθουσιασμοῦ ἐπιβλέπειν. Καὶ χρῆται δὲ τῇ λέξει καὶ Ἱππῶναξ καὶ Ἀνακρέων. Λέγει δὲ καὶ Ἐρύκιος·

Πάντοσε παμφαλόωντες δινήσαντο πόδεσσι.

ubi δινήσαντο est etiam in Scholiis Parisinis p. 130. nunc primum a viro eruditissimo editis, qui hunc versum ex duobus hemistichiis duorum hexametrorum continuo scriptorum compositum esse censet. Sed bene etiam haberet, si revocato augmento, quod praecedens litera expulit, scriberetur:

Πάντοσε παμφαλόωντες ἐδινήσαντο πόδεσσιν.

Etruscus Messenius. Unum ejus epigramma extat in Anal. II. 307. (III. 20. ed. L.) Quis fuerit ignoratur. Etruscum aliquem cum filio a Domitiano in exsilium missum commemorat *Martialis* L. VI. 83. VII. 39.

Euclides. Ei tribuitur Problema Arithmeticum

Anal. I. 168. (I. 101. ed. L.) *Fabricius* tamen non tam hujus auctoris esse existimat, sed potius *Euclidi* solvendum proponi. Floruit ille Ptolemaeo Lagi in Aegypto regnante.

Euenus. Diversorum hominum reliquiae conjunctae in Anal. I. 164. (I. 96. ed. L.) quod etiam Inscriptio declarat. Quaedam epigrammata in Cod. Vat. inscribuntur Εὐήνου. Ep. VII. Εὐήνου Ἀσκαλωνίτου. Ep. XII. Εὐήνου Ἀθην. Ep. XIV. Εὐήνου Σικελιώτου. Ultimum denique Εὐήνου γραμματικοῦ. Duos *Evenos*, utrumque Parium et elegorum auctorem, distinguebat *Eratosthenes* ἐν τῷ περὶ χρονογραφιῶν, docente *Harpocrate* V. Εὔηνος. (Εὐηνὸς scribunt alii.) Alterum horum, seniorem, ni fallor, passim non sine ironia quadam commemorat *Plato* in Apologia Socr. p. 20. B. Phaedon. p. 60. D. unde *Maximus Tyrius* Diss. XXXVIII. 4. p. 225. ed. *R.* Socratem poësin didicisse narrat. Cf. de eo *Souchay* sur les poëtes élégiaques dans les Mém. de l'Acad. des Inscr. T. X. p. 598. *Heindorf.* ad Platon. T. IV. p. 18. Hunc *Evenum Eusebius* in Chronico retulit ad Ol. LXXXII. 3. Εὔηνος ἐλεγείων ποιητὴς ἐγνωρίζετο. Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παρμενίδης φυσικοὶ φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο. Huic tribuendae videntur sententiae, quae ab I — VI. in Analectis leguntur.

Junior *Evenus* vixit ante *Eratosthenem* (Ol. CXXXVIII), quem cum *Aristide* conjungit *Arrian.* ad *Epictet.* L. IV. 9. ἀντὶ Χρυσίππου καὶ Ζήνωνος Ἀριστείδην ἀναγιγνώσκεις καὶ Εὔηνον. Quibus verbis respiciuntur ejus ἐρωτικά, commemorata ab *Artemidoro* Onirocr. I. c. 5. Cf. *Fabricii* Bibl. Gr. T. VIII. p. 158. sq. ed. *H.*

Hoc *Eveno* junior etiam esse videtur ille, quem *Philippus* coronae suae intexuit, quum, quod *Schnei-*

derus monuit, illi poëtae, quos *Philippus* in ordinem recepit, aut ipsius aequales fuerint, aut non valde antiquiores. Tres *Evenos* fuisse suspicatur etiam *Sonntagius* in Historia Poes. brev. p. 14. nobis quatuor saltem fuisse videntur; duo Parii, Atheniensis grammaticus, Ascalonita denique; quibus fortasse etiam ὁ Σικελιώτης annumerari debet, nisi hoc vocabulum ex Ἀσκαλωνίτου depravatum est.

Eugènes. Unum ejus extat in Anal. II. 453. (III. 158. ed. L.) epigramma in Anacreontis imaginem, expressum ex *Leonid. Tar.* Ep. XXXVIII.

Euhodus. Unum ejus est distichon, et versus singularis in Anal. II. 288 (II. 263. ed. L) *Suid.* T. I. p. 900. Εὔοδος Ῥόδιος ἐποποιός, γεγονὼς ἐπὶ Νέρωνος, ὁ θαυμαζόμενος εἰς ῥωμαϊκὴν ποίησιν. τούτου τὰ βιβλία οὐ φαίνεται. Duos alios enotavit *Schneiderus*, alterum Caligulae paedagogum ap. *Joseph.* in Antiqq. L. XVIII. 8. libertum Severi alterum, paedagogum Caracallae ap. *Dion. Cass.* p. 1273. et al.

Euphemus commemoratur in *Meleagri* Prooem. v. 20. Occurrit *Euphemus*, nescio an idem, ap. *Ammonium* p. 76. Εὔφημος· Ἴσθι μοῦνον ἐξορμωμένη, ἀντὶ τοῦ γίνου.

Euphorion. Locum habuit in Corona *Meleagri.* Duo ejus extant epigrammata in Anal. I. 256. (I. 189. ed. L.) Multi de Chalcidensi hoc poëta dixerunt, quos vide ap. *Heynium*; de ejus Χιλιάσι disputantem in Exc. III. ad *Virgilii* Eclog. VI. 64. Fragmentum ex opere ejus minus noto, Θρακί, servavit *Stephan. Byz.* in Ἄσβωτος, ita distinguendum:

τὸν μὲν ἄρ' ἐκ Φλοίσβου Ἀσβώτιοι ὦκα φέροντες
ὑστάτιον ῥώσαντο κονισαλέῃσιν ἐθείραις
ἵπποι· καλὰ νάουσαν ἐπορνύμενοι Φυγάδειαν.

hunc (Amphiaraum) *equi Asbotii* (pernicissimi) *celeriter auferentes ultimum omnium pulverulentis ruebant comis, pulchre fluentem Phygadeam cursu petentes.* Jam confer somnia latini interpretis apud *Stephanum.*

Euphronius. Priapeïa scripsisse tradit *Strabo* L. VIII. p. 586. C. quibus latinis poëtis praelusisse videtur *Victorio* in Var. Lectt. L. XXXIV. 19. p. 951.

Eupithius Atheniensis. Unum epigramma est in Anal. II. 402. (III. 110. ed. L.) quo suum circa *Herodiani* καθολικὴν προσῳδίαν laborem laudat. De *Herodiano*, qui sub Antonino Philosopho floruit cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. VI. p. 278. ed. *H. Eupithii* grammatici nomen me alibi legere non memini.

Euripides Tragicus. Unum ejus epigr. extat in Anal. II. 57. (I. 96. ed. L.)

Eutolmius Scholasticus Illustris. Sic inscripta quatuor ejus epigrammata in Anal. III. 8. (II. 229. ed. L.) quorum primum respondet Epigrammati *Palladae* XCII. unde verisimile fit, eum *Palladae* fuisse aequalem. Summae dignitatis virum fuisse apparet ex titulo Ἰλλουστρίου, de quo cf. *DuCang.* in Gloss. Latin. med. et inf. V. *Illustris.* et in Gloss. Graec. p. 513. sq.

Statyllius Flaccus. Vide *Statyllius.*

Fronto. Vide *Phronto.*

Gabriel, Praefectus urbis CPolis, in cujus imaginem scriptum Epigr. *Leontii* II. qui sub Justiniano floruit. Eidem inscriptus liber *Jo. Lydi* de Mensibus, et alia quaedam ejusdem scriptoris. *Fabr.* Bibl. Gr. T. IV. p. 156. Alios hujus nominis recenset idem T. XI.

p. 624. sq. Nostri *Gabrielis* unum extat epigramma in Anal. III. 7. (III. 228. ed. L.)

Gaetulicus. Varie scribitur in Cod. Vat. Γαιτουλλίου. Γαιτουλίκου. Γαιτουλίχου. Γαιτούλλου. Γαιτουλικίου. In Planudea etiam Γετουλίου. *Cneii Lentuli* nomen, quod *Brunkius* ei addidit, in Anthologia nusquam legitur. Referebat ille haec epigrammata ad *Cn. Lentulum Gaetulicum*, quem de conjuratione suspectum a Caligula occisum esse tradit *Sueton.* in Calig. c. 6. Cf. *Dio Cass.* L. LIX. p. 926. 39. Hujus *Gaetulici* epigrammata laudantur, non valde pudica, ut colligimus ex Praefat. *Martialis* ad L. I. *Lascivam verborum veritatem i. e. epigrammatum linguam excusarem, si meum esset exemplum. Sic scribit Catullus, sic Pedo, sic Gaetulicus, sic quicunque perlegitur.* Ejusdem hominis exemplo se tuetur *Plinius*, quod *versiculos* scribat *parum severos* L. V. Epist 3, 5. *Sidon. Apollin.* II. Ep. X. p. 148. *reminiscere, quod saepe versum Corinna cum suo Nasone complevit, Lesbia cum Catullo, Cesennia cum Gaetulico.* Id. Carm. IX. 256. p. 129. *Non Gaetulicus hic tibi legetur, Non Marsus, Pedo, Silius, Tibullus.* Ex nullo horum locorum apparet, *Gaetulicum* graece scripsisse; nec tamen *Lipsius* ad *Taciti* Annal. IV. 44. dubitabat, graeca in Anthologia epigrammata, quae *Gaetulici* nomen praeferunt, ad Romanum poëtam referre. Novem supersunt in Anal. II. 166. (II. 151.) varii argumenti et omnia castissima. Primum puellae amantem sistit, non autem Cesenniae, sed Idotheae, in cujus gratiam se per mare Jonium vela facturum esse ait.

Galli. Duo ejus sunt epigrammata in Anal. II. 106. (II. 193. ed. L.) unum nudo *Galli* nomine inscriptum

in Anth. Plan., alterum τοῦ δικαίου Γάλλου ἐπίγραμμα ἀδικώτατον, unde *Reiskius* fecit Αἰλίου, quem sequitur *Brunkius*. Duo fuerunt *Galli*, *Aelius*, cujus res gestas enarrat ejus aequalis *Strabo* L. XVII. p. 1175. et *Cornelius*, amicus *Virgilii*, de quo cf. *Heyn.* Exc. III. ad Bucol. Ecl. VI. Utrumque confudit *Reiskius* in Notitia Poët. p. 202. *Mendgius* in Menagianis T. III. p. 252. et alii. Distinxit eos *Fabricius* ad *Dion. Cass.* LIII. T. I. p. 723. §. 209. Cf. *Chardon de la Roch.* Magas. encycl. V. an. T. IV. p. 335. *Aelium Gallum* poëtica laude floruisse nemo, quod sciam, dixit; *Cornelio* itaque duo illa epigrammata tribui debent; nisi tertius fuit, ab utroque diversus, aliunde non notus.

Gauradas. Unum ejus epigr. extat ludicrum in Anal. II. 440. (III. 147. ed. L.) Quis fuerit, ignoratur.

Geminus. Ex decem epigrammatis, in Anal. II. 279. (II. 254. ed. L.) nudum quae *Gemini* nomen praeferunt Ep. II. III. IV. V. VI. X. Ep. VIII. Γαιμίνου. Ep. I. (in Plan.) et VII. Τυλλίου Γεμίνου. Ep. IX. autem in membr. Vat. Τυλλίου Σαβήνου, in Planudea Τυλλίου Γεμίνου. *Tullius*, quem *Philippus* se coronae suae intexuisse narrat, utrum *Geminus* sit noster, an *Laurea*, non constat. Plurima epigrammata ejus versantur in artis operibus describendis; omnia ingenii ostentandi causa composita sunt.

Geraeus Cyrenaeus. Aratum poëtam epigrammate ornasse dicitur in Vita Arati: Γηραίῳ δὲ τῷ Κυρηναίῳ ἐπεβάλλετο, παρ᾽ οὗ καὶ ἐπιγράμματος ἠξιώθη.

Germanicus Caesar. Unum ei epigr. tribuunt Anal. II. 159. (II. 146. ed. L.) In Vat. autem membr.

eidem inscribuntur epigrammata, quae alii *Hadriano* tribuebant, duo (Anal. II. 285. nr II. III.). Loca veterum de ejus eloquentia et poëtica facultate collegit *Menkenius* in Bibl. scriptorum militia et scriptis illustrium p. 216. sq.

Glaucus. Ex sex epigrammatis nudum *Glauci* nomen praeferunt I. II. V. Anal. II. 347. (III. 57. ed. L.) Ep. III. inscriptum Γλαύκου Ἀθηναίου. Ep. V. Γλαύκου Νικοπολίτα. Diversorum igitur hominum habemus poëmatia. Inter haec Ep. I. et II. ejusdem sunt auctoris; tum Ep. III. IV. V. quae in artium operibus laudandis versantur; *Atheniensis* sunt *Glauci,* an ejusdem cum illo, quod *Reiskius* existimabat; non dixerim. Caeterum *Glaucum* quendam, hierophantam in sacris Eleusiniis, commemorat *Philostrat.* Vit. Soph. L. II. 20. p. 601 quem *Fabricius* eundem cum epigrammatographo esse censebat sine causa idonea; et alium, Italum, auctorem libri de veteribus poëtis, *Plutarch.* de Music. T. II. p. 1132. E. et de X Orator. T. II. p. 833. D. *Diogen. Laërt.* VIII. 52. p. 527. IX. 38. p. 570. *Menagius* Ibid. p. 378. Sed hic *Rheginus* fuit. Alios etiam *Glaucos* recenset *Fabricius* in Bibl. Gr. T. II. p. 122. ed. *H.*

Glyco. Unum ejus epigr. extat in Anal. II. 278. (II. 254. ed. L.) quod ἄδηλον est in Planudea. Plures *Glycones* commemorat *Fabricius* l. c. nullum, cui hoc epigr. commode possit tribui.

Gregorius Theologus Nazianzenus. Plurima hoc ecclesiae christianae sub Theodosio M. decus reliquit epigrammata, quorum plurima edidit *Muratori* in Anecdotis gr. Patav. 1709 4. plura continet Cod. Vat. quae nos inde in Anthol. Gr. T. I. Libro VIII. edidi-

mus a pag. 539—604. Cf. *Fabricii* Bibl. Gr. T. VIII. p. 427. ed. *H.*

Hedylus. In *Meleagri* Corona habebat locum. Septem ei inscribuntur epigrammata in Anal. I. 483. ad quae quatuor accesserunt alia T. II. p. 526. (I. 233. ed L.) Inter illa Ep. V. VI. (IX. X.) ἄδηλα sunt in Planudea, et vehementer dubito, recte ea in Cod. Vat. Ἡδύλου inscribi. Memorabilis locus est de hoc poëta ap. *Athenaeum* L. VII. p. 297. B. Ἡδύλος δ' ὁ Σάμιος ἢ Ἀθηναῖος Μελικέρτου φησὶν ἐρασθέντα τὸν Γλαῦκον ἑαυτὸν ῥίψαι εἰς τὴν θάλασσαν· Ἡδύλη δὲ τοῦ ποιητοῦ τούτου μήτηρ, Μοσχίνης δὲ θυγάτηρ τῆς Ἀττικῆς, Ἰάμβων ποιητρίας, ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σκύλλῃ, ἱστορεῖ κ. τ. λ. Male itaque *Fabricius Hedylum* nostrum vocat Siculum, qui error natus ex falsa interpretatione v. 45. Prooemii *Meleagri*, ubi Σικελίδεω *Asclepiadem* significat. Hoc nomen occurrit etiam Ep. II. (T. II. 526.) tanquam hominis faceti et jucundi; ubi eundem poëtam significari, *Hedyli* aequalem, non dubito. Quatuor ejus epigrr. anathemata celebrant, inter quae Ctesibii organum, in templo Arsinoës positum, describitur. Ctesibius autem Ptolemaeo Philadelpho regnante floruisse videtur. Vid. *Fabric.* Bibl. Gr. T. IV. p. 234. not. p. *Hedylum* in epigrammatis suis donaria descripsisse, quae in Arsinoës templo viserentur, scienter observavit *Casaubonus* ad *Athenae.* L. XI. 13. p. 817. judice *Pierson.* ad *Moer.* p. 413. Aemulabatur cum eo *Callimachus*, ut apparet ex ejus Ep. XXXI. Cum *Callimacho* nostrum nominat *Etymolog. M.* in loco obscuro V. ἀλυτάρχης .... Ἠλεῖοι γὰρ τοὺς ῥαβδοφόρους .. ἀλύτας καλοῦσι, καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα ἀλυτάρχην. Ἡδύλος δὲ εἰς τὴν ἐπιγραφὴν Καλλιμάχου διὰ δύο λάμβδα ὀνομάζει

τοὺς ἀλύτας ἀλλύτας. Qui locus non praeteriit diligentiam *Schneideri* in Anal. cr. p. 9. ubi excitat etiam haec ex *Strabone* L. XIV. p. 683. (1002. A.) Ἤδη οὖν σκοπεῖν πάρεστι τὴν ῥαθυμίαν τοῦ ποιήσαντος τὸ ἐλεγεῖον τοῦτο, οὗ ἀρχή·

Ἱραὶ τῷ Φοίβῳ πολλὸν διὰ κῦμα θέουσαι
ἤλθομεν αἱ ταχιναὶ τόξα φυγοῦσ' ἔλαφοι.

εἴθ' Ἡδύλος ἐστίν, εἴθ' ὅστις οὖν, φησὶ μὲν ὁρμηθῆναι τὰς ἐλάφους Κωρυκίης ἀπὸ δειράδος, ἐκ δὲ Κιλίσσης ἠϊόνος εἰς ἀκτὰς διανήξασθαι Κουριάδας, καὶ ἐπιφθέγγεται διότι

μυρίον ἀνδράσι θαῦμα νοεῖν πάρα, πῶς ἀνόδευτον
χεῦμα δι' εἰαρινῶν ἐδράμομεν Ζεφύρων.

Ex epigrammate *Hedyli* fragmentum servavit *Athenaeus* L. VIII. p. 344. F. Ἡδύλος ἐν ἐπιγράμμασιν ὀψοφάγους καταλέγων, Φαίδωνος μέν τινος ἐν τούτοις μέμνηται·

Φαίδων δὲ φύκει' αἰνεῖ καὶ
χορδὰς ὁ ψάλτης· ἔστι γὰρ ὀψοφάγος.

quae in hunc modum emendare conatus sum in Addit. Animm. in Athen. p. 191.

Φαίδων δέ τε φυκίδ' ἐνείκαι
χορδάς θ' ὁ ψάλτης· ἔστι γὰρ ὀψοφάγος.

In φυκὶς prior producitur. Cf. *Apollonid.* Ep. VII. 1. XXIII. 4.

Hegemon. Unum ejus epigr. est in Vat. C. p. 274. (quod dedimus in Paralipomm. nr. 38. p. 649.) ubi Ἡγέμων scribitur. Ἡγήμων scribendum esse existimat *Huschke* in Anal. cr. p. 199. Notus est Ἡγήμων Thasius, quem nonnullos veteris comoediae poëtis annumerasse, auctor est *Athenae.* L. I. p. 5. B. apud quem ejus parodiae passim laudantur. Alius fuit, orator,

Phocionis amicus, de quo *Harpocrat.* V. Cf. *Ruhnken.* in Hist. Crit. Or. Gr. p. LXXVI. sq. De ἐπιγραμματογράφῳ nihil constat.

Hegesippus. A *Meleagro* in ordinem receptus v. 25. Octo ejus extant epigrammata in Anal. I. 254. (I. 187. ed. L.) *Reiskius* cogitabat de *Hegesippo*, mediae comoediae auctore, patria Tarentino, qui nescio an idem sit cum oratore illo, cui nonnulli Orationem de Haloneso tribuebant. Pro uno habet *Suidas* in Ἡγήσιππος, et plurimi recentiorum. De oratoria tantum hominis facultate monuit *Ruhnk.* in Histor. crit. Or. gr. p. LXXVIII. Est inter epigrammata *Hegesippi* unum in scutum Archestrati, fortasse ejus, de quo *Xenoph.* Hellen. L. I. 5. 16. et II. 2. 15. ubi vide *Schneiderum.* Ille floruit circa Ol. XCIII. ita ut *Hegesippus* eum novisse potuerit. Levis tamen conjectura, quae solo nomine nititur. Antiquioribus nos poëtis *Hegesippum* adscribere jubet nativa, quae in ejus epigrammatis cernitur, simplicitas.

Heliodorus. Episcopus Tricensis, Αἰθιοπικῶν auctor clarissimus, ex qua fabula distichon legitur in Vat. Cod. p. 442. quod dedimus in Paralipp. nr. 58. p. 659. Perperam autem inter epigrammatarios refertur, ob Epigr. in Anal. II. 306. (III. 20. ed. L.) quod in Vat. C. Διοδώρου inscribitur. Error in apographo *Brunkium* decepit.

Helladius. Unum ejus extat distichon Anal. II. 438. (III. 145. ed. L.) Novimus *Helladium* Alexandrinum, grammaticum, cujus opera quaedam (rhetorici maximam partem argumenti) recenset *Suidas* T. I. p. 707. Floruit sub Theodosio juniore, cujus etiam ἔπαινον composuit. Alius fuit auctor Chrestomathiae,

sub Licinio et Maximiniano, seculo quarto ineunte. *Photius* in Bibl. nr. 279. Hic *Bisantinus* appellatur. Cf. *Jonsius* in Scriptt. Hist. Phil. I. 2. 4. p. 15. *Fabric.* Bibl. Gr. T. X. p. 772. ed. *H.*

Heraclides Sinopensis. ἐπιγραμμάτων ποιητὴς λιγυρός, secundum *Diogen. Laert.* L. V. 94. p. 316. Tria ejus supersunt epigrammata in Anal. II. 261. (II 237. ed. L.) quae *Diogenis* de eo judicium confirmant. Primum inscriptum Ἡρακλήτου; tertium nudum *Heraclidis* nomen praefert; medium Ἡρακλείδ. σινώπ. Ep. I. expressum videtur ex *Antipatri Sidonii* Ep. CIV. *Heraclides* plurimos recenset *Fabric.* Bibl. Gr. T. X. p. 119. ed. *H.*

Hermocreon. Duo ejus sunt epigrammata, et simplicitate et elegantia conspicua, in Anal. II. 252. (II. 229. ed. L.)

Hermodorus. Unum Epigr. in Venerem Cnidiam Anal. I. 262. (I. 193. ed. L.) Locum habuerat in Corona *Meleagri*, qui ejus nomen in Prooemio v. 44. circumscriptione significavit: ὑμνοθέταν, Ἑρμοῦ δῶρον ἀειδόμενον. *Schneiderus* in Anal. crit. p. 2. *Hermodori* esse censet fragmentum, quod ap. *Stobaeum* Flor. T. LVIII. p. 378. 5. *Hermodoto* inscribitur nec minus ap. *Plutarch.* T. II. p. 182. C. Ἑρμοδότου in Ἑρμοδώρου mutandum existimat. Quod si verum esset, teneremus *Hermodori* aetatem, eumque sub Antigono Gonata una cum Antagora floruisse constaret. Sed illa conjectura incerta est.

Herodes Atticus, Sophista nobilissimus, de cujus vita diserte tradidit *Philostratus* in Vit. Soph. L. II. 1. Cf. *Burigny* Mémoire sur la Vie d' Herode Atticus

dans les Mém. de l'Academie des Inscript. T. XXX. p. 1. sqq. et alii, quos recenset cl. *Visconti* in Praef. ad Inscriptt. Triopeias, quas eleganter edidit Romae. 1794. fol. Priorem harum inscriptionum primus *Salmasius Herodi* vindicare studuit, invito *Visconto*, qui hanc quoque ad *Marcellum* refert. V. *Marcellus*. Et profecto *Herodem* versibus dedisse operam nemo veterum prodidit. Utramque dénuo recensuit et illustravit *Fiorillo* in Reliquiis Herodis Attici. Lipsiae. 1801. 8.

Herodicus Babylonius. Unum ejus epigr. ex *Athenaeo* relatum in Anal. II. 65. (II. 64. ed. L.) *Jonsius* in Scriptt. Hist. Phil. II. 13. 6. probabiliter suspicatur, illum *Herodicum*, quem *Crateteum* vocat *Athenaeus* L. V. p. 219. C. eundem esse cum Babylonio. Cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 515. *Wolfius* in Prolegg. ad Homer. p. CCLXXVII. not. 65. An ipsum Cratetem audiverit, quod *Vossius* existimabat; de Histor. Gr. I. 21. nec affirmare audeo, neque negare. Floruit *Crates* sub Ptolemaeo Philometore, qui regnavit ab Ol. CXLIX. 4. usque ad Ol. CLVIII. 2.

Hippias Eleus. Unum ejus epigramma est in Anal. II. 57. (II. 57. ed. L.) ex *Pausania*, qui Sophistae *Hippiae* esse diserte significavit: Ἱππίας ὁ λεγόμενος ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων σοφός. Vide de eo *Philostr.* in Vit. Soph. L. I. p. 495. *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 657. ed. *H.*

Hippo, Rheginus, qui nomen inter philosophos habuit. Disputavit de eo *Perizonius* ad *Aelian.* V. H. II. 31. Extat distichon, quod ille tumulo suo inscribi jusserat, in Anal. III. 330. (I. 102. ed. L.)

Homerus. Tribuuntur ei epigrammata quaedam, meris hexametris conscripta, in Vita *Pseudo-Hero-*

doti, ap. *Suidam* in Ὅμηρος, et in aliis Vitis. In Anthologiam non sunt relata.

Janus Lascaris a *Fabricio* in Catalogum Poëtarum epigrammatariorum relatus, ob collectionem epigrammatum graecorum, quae prodiit Basileae 1537. 8. Quaedam ejus epigrr. exhibet *Iriarte* in Catal. Mss. gr. P. 462. sqq.

Ignatius Magister. Ἰγνατίου τοῦ Μαγίστορος τῶν γραμματικῶν inscribitur distichon in Vat. C. p. 61. Ejusdem legitur epitaphium in seipsum Ib. p. 694. Vide Paralipp. nr. 208. 209. 210. Commemorat *Suidas* T. II. p. 94. *Ignatium* quendam diaconum magnae ecclesiae, auctorem ἐλέγων ἐπιτυμβίων. Recenset *Ignatios Asseman.* in Bibl. Or. Indic. ad Tom. II. p. 532. et Tom. III. p. 17. 297.

Joannes Barbucallus. Vide supra in *Barbucallus.*

Jobas. i. e. *Juba*, rex Mauritaniae. Ejus epigramma, ab *Athenaeo* servatum, emendatius edidimus in II. Paralipp. nr. 33. Vide de eo *Suidam* T. II. p. 120. *Fabric.* ad *Dion. Cass.* LI. 15. 93. p. 645. *Sevin.* in Mém. de l'Acad. des Inscr. T. IV. p. 457. qui in fine etiam epigrammatis illius verbo mentionem fecit. *Needham* Prolegg. ad Geopon. T. I. p. LX. ed. *Nicl.*

Jon Chius. Reliquias quasdam ex ejus elegiis exhibent Anal. I. 161. (I. 93. ed. L.) Inter varia scripta ejus commemorantur etiam epigrammata ap. *Schol. in Aristoph.* Pac. 835. Ἴων ὁ Χῖος. Διθυράμβων καὶ τραγῳδίας καὶ μελῶν ποιητής. . . . ἔγραψε δὲ καὶ Κωμῳδίας, καὶ ἐπιγράμματα, καὶ παιᾶνας, καὶ ὕμνους, καὶ Σκολιά, καὶ ἐλεγεῖα κ. τ. λ. Ei vulgo et in Cod. Vat. tribuitur Ep. ἀδ. DXXXIV. sed perperam, ut docere sus-

cepit *Bentlej.* in Epist. ad Mill. p. 59. sq. Cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 307.

Irenaeus Referendarius. De titulo *Referendarii* disputavit *Salmasius* in Scriptt. Hist. Aug. T. II. p. 512. disertius etiam *Reiskius* in not. ad Constant. Ceremon. p. 19. Tria *Irenaei* epigrammata amatorii argumenti extant in Anal. III. 10. (III. 231. ed. L.) Quo tempore vixerit, certis notis non indicatur. Sed eum Justiniani aevo floruisse, si ejus epigrammata cum epigrammatis *Agathiae* et *Pauli Silentiarii* comparaveris, vix dubitabis.

Isidorus Aegeates. Quinque ejus epigrammata extant in Anal. II. 473. (III. 177. ed. L.) *Brunkius* de eo haec monuit in Lectionibus p. 228. „Quando vixerit hic poëta, non reperio: sed ex paucorum, quae supersunt, carminum argumentis et stilo antiquior videtur et melioris aevi, quam ex ordine, quo hic collocatus est, aestimari posset. Ex comparatione Ep. I. cum *Antiphili* Ep. XXIII, quorum unum ex altero expressum videtur, *Isidorum* priorem censuerim.“ Plurimos *Isidoros* recenset *Fabricius* in Bibl. Gr. T. X. p. 494. sqq. ed. *II.*

Isidorus Scholasticus. Unum ejus extat epigramma in Anal. II. 474. (III. 179. ed. L.) in membr. Vat. inscriptum Ἰσιδώρου σχολ. Βολβυθιώτου. quod *Salmasius* in not. mst. in βολβυτινήτου, aut βολβαιώτου mutandum existimat. Illud probat *Brunkius* in Lectt. p. 228. Βολβιτίνη est urbs Aegypti, a qua Bolbitinum ostium. Plures fuerunt *Isidori Aegyptii.* Βολβαιώτης, quod propius abest a lectione Codicis, foret a Βόλβαι, urbe Cariae, unde tamen gentile derivatur βολβαῖος, auctore *Stephano Byz.* p. 173.

Julianus Imperator. Duo ejus epigrammata exhibent Anal. II. 403. ad quae accessit aenigma T. III. p. 332. (III. 111. ed. L.) Vide de ejus vita et scriptis *Fabric.* Bibl. Gr. T. VI. p. 719. ed. *H.* ubi epigrammatum nulla ſit mentio.

Julianus Aegyptius, sive ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου, ut in Anthologia appellatur i. e. *expraefectus* sive *quondam Aegypti praefectus.* Cf. *Godofred.* ad Cod. Theodos T. V. p. 304. Extant ejus epigrammata LXXI. in Anal. II. 493. (III. 195. ed. L.) quibus ex auctoritate Cod. Vat. addendum Ep. ἀδ. DXXVII. *Tillemontius* Hist. des Emper. T. V. p. 89. suspicabatur, *Julianum* nostrum esse eum, qui Magister largitionum fuit sub Theodosio I. an. 383. ad quem sunt epistolae *Gregorii Nazianzeni* CLXVI. sqq. Fallitur vir doctissimus. Nostrum *Julianum* floruisse sub Justiniano apparet ex Ep. LXX. et LXXI. in Hypatium, Anastasii Imper. sororis filium, qui Justiniani jussu interfectus est anno 532. et ex Ep. LXIX. in Joannem, ejusdem Hypatii nepotem. Plurima ejus epigrammata ex vetustioribus expressa; multa in artis operibus describendis versantur.

Julianus Antecessor. (Ἀντικένσωρ. *DuCang.* Glossar. p. 84. *Menag.* Amoenitatt. Jur. p. 135.) Tria ejus extant disticha in Anal. III. 9. (III. 230. ed. L.) Idem fortasse, qui *Scholasticus* vocatur in Vat. C. ad Ep. ἀδ. CCCCXXXIII. *Fabricius* eum esse suspicatur, cui *Priscianus,* qui sexto seculo medio grammaticam docuit, libros suos inscripsit. Is est, qui sub Justino juniore floruit, laudatus a *Theaeteto Schol.* Ep. VI. (Cf. Animadvv. T. II. P. III. p. 407.) quod etiam existimabat *Menagius* in Amoenitatt. Jur. Civil. c. XXIV. p. 135.

Junior. Vide infra in *Pompejus Junior.*

Tullius Laureas. Tria ei tribuuntur epigrammata in Anal. II. 102. (II. 90. ed. L.) quorum medium in Vat. Cod. inscribitur Τατυλλίου Λαυρέα. In Planud. p. 247. Σατυλλίου, nomine *Laureae* non addito. Sine haesitatione *Reiskius* amplexus est suspicionem *Fabricii*, *Tullium* hunc *Lauream* libertum esse M. Tullii Ciceronis, quem carmen latinum in thermas Ciceronianas scripsisse novimus ex *Plin.* H. N. XXXI. 2. Vid. *Burmann.* ad Anthol. Latin. T. I. p. 340. Huic conjecturae convenit hoc, quod *Tullius* noster locum habuit in Corona *Philippi*, quem Augustani inprimis seculi poëtas collegisse constat.

Leo philosophus. Inter novem epigrammata, quae exhibentur in Anal. III. 128. (IV. 97. ed. L.) Ep. IV. inscribitur in Vat. Cod. Φωτίου πατρ. Κωνστ. ἄλλοι δέ φασιν Λέοντος τοῦ φιλοσόφου. (Cf. Animedverss. T. III. P. I. p. 249.) Ep. VII. ἄδηλον est cum in membr. Vat. tum in Plan. et eximendum proinde *Leonis* reliquiis. Omisit *Brunkius* epigr. ap. *Reiskium* nr. 636. p. 104. (quod dedi in Paralipp. nr. 198. p. 736.) cum titulo: Λέοντος φιλοσόφου τοῦ ἐπονομαζομένου Ἕλληνες, *pagani*, ut interpretatur *Reiskius* p. 167. qui hunc *Leonem* nihil diversum existimabat esse a *Leontio*, Atheniensi, Eudociae patre, quae ejuratis patriis erroribus Theodosio Juniori nupsit. Huic conjecturae *Brunkius* opposuit Ep. IV. in *Achillis Tatii* fabulam, quam *Leontium*, qui ante annum 412. e vivis excesserat, non magis legere potuisse ait, quam Orlandum Boyardi. Hoc argumentum facile everteris lemmate modo laudato, quod illud Epigr. ad *Photium Patriarcham* refert. Sed omnino illi conjecturae viri doctissimi non multum videtur tribuendum. Nec stilus horum epi-

grammatum nos de scriptore quarti seculi cogitare patitur. Nihil igitur impedit, quo minus Leo Imperator, aut alius Leo, *Pselli* discipulus, eorum auctor existimetur; modo ne credas, Ep. I. II. III. IV. VIII. in vivos homines, Leonisque aequales scripta esse. Similia sunt haec epigrammata iis, quae a librariis et grammaticis scriptorum, quos descripserunt, codicibus praefigi aut subtexi solent; qualia multa Anthologia repraesentat, plura, pessimae plerumque notae, Catalogi Msstorum codicum. — Ep. X. quin *Leonis Imperatoris* sit, vix dubites. In Vat. Cod. auctoris nomen adscriptum non habet; in Planudea est Λέωνος Φιλοσόφου.

Leonidas Alexandrinus. In Anal. II. 190. (II. 174. ed. L.) jejuno huic versificatori epigrr. XLIII tribuuntur. Sed inter haec nonnulla sunt *Leonidae Tarentini* *); Ep. XXIII. autem *Lucillii.* Contra Alexandrini versificatoris epigrammatis accedere debent ex *Leonidae Tarentini* Ep. XCIV. tum Ep. XXVI. *Archiae;* Ep. ἀδ. CDXXI. Ἰουλίου Λεωνίδα inscribitur Ep. XV. in Vat. C. unde eum Romae Juliorum familiae adscriptum fuisse suspiceris. Ad Nilum se natum esse ait Ep. VIII. (Cf. IX. XVII. XXV.) ubi Νειλογενῆ se appellat, ut Νειλαιᾶ ἀοιδοπόλον Ep. XXVI. Eum se Romam contulisse apparet ex Ep. XXVII. ubi se olim grammaticam **) professum, Romanisque ignotum fuisse narrat; nunc

*) Hujus sunt Ep. II. XII. XXX. et XXXVII. fortasse etiam Ep. XLI.

**) γραμμαῖσιν ἐμὴν φρένα μοῦνον ἔτερπον i. e. litteris. De astrologia cogitabat *Meineke* in Prolusione ad utriusque Leonidae carmina p. XXIII.

autem se omnium amore florere. Quo tempore Romae vixerit, satis apparet ex Ep. VIII. quod Poppaeae Augustae natales celebrat; quam quum Nero a V. 815. in matrimonium acceperit, intra hunc annum et ann. 818., quo eadem periit, epigramma illud necesse est scriptum sit. Ep. XXI. Agrippinae munera natalitia versus offert; quam Agrippinam, Neronis matrem, esse vix dubites. Haec autem interfecta est an. V. 812. Sed vitam eum extendisse usque ad Vespasiani aut Titi obitum suspicari licet ex Ep. X. in Caesarem, natales ad aquas Cutilias celebrantem. His aquis Vespasianus usus est A. V. C. 832. ibique obiit. Idem Tito accidit. Haec igitur temporis vestigia his epigrammatis impressa sunt clara et indubitata; alia obscura et incerta, quae *Reiskius* collegit, prudens praetereo. Quod *Meinekius* (Prolus. de utriusque Leonidae carminibus p. XXII.) ex Ep. XXIII. colligit, poëtam, antequam a Nerone muneribus mactaretur, egenum fuisse, id evanescit, cum illud epigramma, quod supra monuimus, non *Leonidae* sit, sed *Lucillii*. Caeterum ejus epigrammata aut omnia, aut certe plurima eorum sunt ἰσόψηφα (cf. Animadverss. T. II. P. II. p. 92.). De omnibus id pronuntiat auctor notae in Vat. Cod. p. 415. ὅτι πάντα τὰ ἐπιγράμματα Λεωνίδου ἰσόψηφα· οἱ δύο στίχοι ἀποτελοῦσιν ἀριθμὸν καὶ οἱ δύο ὁμοίως. Frigidi hujus et inepti generis epigrammatum quis inventor fuerit, ignoratur; fortasse ipse *Leonidas*. Imitatorem et aemulum habuisse non videtur.

Leonidas Tarentinus. In *Meleagri* corona locum habebat. Centum illis epigrammatis, quae ei tribuuntur in Analect. I. 220. (I. 153. ed. L.) accedere debent quatuor aut quinque ad *Alexandrinum* temere relata; ex Theocriteis Ep. X. et XVIII.; duo a *Brun-*

kio praetermissa; Vat. C. p. 411. 478. (Paralipomm. nr. 44. 89.) Ex Ep. C. quod ipsius *Leonidae* non videtur, apparet, eum Tarenti natum, diu multumque per vitam jactatum, procul a patria sepultum fuisse. Eum intestinis bellis patria pulsum esse suspicabatur *Schneiderus*. Pauperem fuisse docet Ep. XXX. inter *Leonidae Alex.* epigrammata, quod nostri esse genus dicendi abunde declarat; et Ep. XIII. (quod expressum Ep. I. *Cornelii Longini*, et *Gaetulici* Ep. III. illi simillimo.) Paupertatem ipse commendat Ep. LV. eamque divitiis operose conquirendis praeferendam docet. Quod ad aetatem *Leonidae* attinet, tria sunt in Analectis epigrammata, quae eum ad Pyrrhi, regis Epiri, tempora referri jubent. Sed horum primum (XXI.) in Planudea tantum, secundum (XXII.) ex mera *Brunkii* conjectura inter *Leonidae* reliquias relatum est: tertium denique (XXIII. adde etiam XXIV.) in arma Lucanis bello erepta, *Leonidae* quidem tribuitur in Vat. Cod. et in Planudea, sed temporis significationem habet admodum ambiguam. Cum Pyrrhi tamen aetate convenit commemoratio filiarum Antigenidae Ep. I. qui tibicen circa Olymp. CXI. adhuc vixisse videtur; quamquam minime necessarium est, ut *Leonidas*, cujus plurima sunt ἐπιδεικτικά, illud epigramma viventibus Antigenidae puellis scripserit. Circa eadem tempora fortasse vixit *Tellen*, quem Ep. LXXVII. laudat. Cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 158. ed. *H.* Caeterum inter Anthologiae poëtas *Leonidas* noster non ultimum locum occupat. Primus videtur fuisse, qui in dedicatoriis instrumenta artis qualiscunque non sine ambitione quadam recenseret; quod epigrammatum genus quamquam non multum poëticae laudis habeat, arte tamen commendatur, qua res admodum tenuis callida partium junctura, verbis ex-

quisitis et sonantibus, ingeniosis denique circumscriptionibus exornatur. His artificiis *Leonidas* quidem sobrie usus est; non item ii, qui insequenti aetate idem genus arripuerunt. In reliquis epigrammatis sensus plerumque molles et teneros oratione elegante versibusque leniter defluentibus expressit. *Leonidas* laudatur ap. *Hesychium* in Ἕκτορες. πάσσαλοι ἐν ῥυμῷ. Σαπφὼ δὲ τὸν Δία Λεωνίδης τὸν κροκύφαντον. ubi nostrum intelligi non dubito.

Leontius Scholasticus. Plurimi fuere *Leontii*, quorum recensum dedit *Jac. Gothofredus* in Prosopogr. Cod. Theodos. p. 369. *Fabric.* in Bibl. Gr. T. VII. p. 455. sqq. T. VIII. p. 318. sqq. ed. *H.* Ad Epigrammata XXIII, quae exhibentur in Anal. III. 103. (IV. 73. ed. L.) adde unum in Paralipp. nr. 81. p. 663. cum lemmate: Λεοντίου σχολ. τοῦ μηνῶ. quod est etiam ad Ep. XV. p. 461. et ad Ep. VII. in Planudea: Λεοντίου σχολ. τοῦ Μινωταύρου. *Minotauri* cognomen unde adhaeserit *Leontio*, ignoro equidem, nec sciebat doctissimus *Huschke* in Anal. cr. p. 273. *Leontium* nostrum *Alemannus* ad *Procopii* Histor. Arcan. p. 151. eum esse suspicatur, qui *Referendarius* vocatur ap. *Procop.* l. c. c. 17. assentiente *Fabricio.* Huic aetati convenit Ep. II. in Gabrielem, qui sub Justiniano urbi praefectus fuit; et Ep. IV. in Petrum; Ep. XII. in Porphyrium aurigam Justiniano imperante clarissimum. Diversus est *Leontius*, cujus praematuram mortem iisdem temporibus lugebat *Paul. Silent.* Ep. XXXII. De pluribus *Leontiis Scholasticis* vide *Bandur.* Antiqq. CPol. T. II. p. 837.

Libanius, Sophista clarissimus. Unum ejus epigramma in Juliani mortem extat in Anal. II. 404. (III. 112. ed. L.)

Lollius Bassus. Vide supra *Bassus.*

Cornelius Longinus. Sic hoc nomen effertur in Planud. p. 420. Ep. I. quod in Vat. Cod. Κορνηλίου Λόγγου inscriptum. Ep. II. in Vat. C. non extat; in Plan. autem Κορνηλίου inscriptum, altero nomine omisso. Duo haec epigrammata exhibentur in Anal. II. 200. (II. 184. ed. L.) Prius expressum ex *Leonidae Tar.* Ep. XIII. Quo tempore vixerit, non constat.

Lucianus. Samosatensi sophistae tribuuntur in Anal. II. 308. (III. 21.) epigrammata XXXIX. quibus adde ex auctoritate Cod. Vat. Ep. CXVIII. *Lucillii;* Ep. XXII. *Palladae*; ep. XVII. *Nicarchi;* et unum in Paralipp. nr. 127. Quaedam in his sunt sententiosa, plurima autem hyperbolica. Hoc enim epigrammatis genus, cui comoedia praeluserat, primo et secundo post Christum seculo inprimis frequentari coepit. Caeteris *Lucianus* modestior; plurimi autem, qui in hoc genere luserunt; exaggerandi licentia ita abusi sunt, ut recte judicaverit *Valkenarius* ad *Theocriti* Adon. p. 256. de viginti hujus modi epigrammatis, si unum aut alterum exceperis, ceteros hos lusus valde videri frigidos.

Lucillius. (Λούκιλλος et Λουκίλλιος scribitur in membr. Ipse se Λουκίλλιον vocat Ep. XXXV.) Inter epigrammata CXXIV, quae ei tribuuntur in Anal. T. II. 317. (III. 29. ed. L.) *Luciano* inscribitur Ep. CXVIII. *Palladae* Ep. XCVI. et CXXIV. unde *Lessingii* conjectura concidit, qui in Opp. T. I. p. 301. ex Magni medici mentione *Lucillium Martiale* longe juniorem esse existimat. Hic quidem Magnum ad Antoninorum tempora refert; *Fabricius* autem, eum esse arbitratus, qui seculo quarto floruit, *Lucillium* quoque

nostrum illi aetati adjudicat. Qui error novis erroribus locum dedit *Wernsdorfio* ad Poëtas Latin. Min. Tom. III. P. XXIV. Cf. eundem T. IV. P. II. p. 825. Ut autem illa epigrammata, quae diximus, *Lucillio* eripiuntur auctoritate Cod. Vaticani, sic idem Codex ei tribuit ep. *Ammiani* XVI., *Philippi* ep. XXXVI — XLI. ep. ἀδ. CVIII. *Leonidae Alexandrini* denique ep. XXIII. Ex hoc autem epigrammate, quod ut a *Leonidae* ingenio alienum est, ita *Lucillium* spirat, apparet, nostrum sub Nerone floruisse, et pecuniam accepisse ab eo. Duos eundem epigrammatum libros edidisse, ex eodem epigr. colligimus. Flaccus rhetor, quem perstringit Ep. LXXXVI. idem esse videtur, quem *Ammianus* ridet Ep. II. *Ammianum* autem Trajano et Hadriano regnante scripsisse docuimus. Omnia fere *Lucillii* epigrammata sunt ex genere scoptico, inque his plurima hyperbolica. Frequenter perstringit grammaticos, quibus Roma tum temporis abundabat. Et fortasse ipse *Lucillius* hanc artem exercuerat.

Macedonius. Epigrammatis ejus XLI, quae sunt in Anal. III. 111. (IV. 81. ed. L.) adde Ep. ἀδ. CCCLVII. et aliud a *Brunkio* praetermissum, quod dedimus in Paralipp. nr. 30. p. 641. *Macedonium* commemorat *Suidas* T. I. p. 16. Ἀγαθίας . . . συνήκμασε καὶ Παύλῳ τῷ Σιλεντιαρίῳ, καὶ Μακηδονίῳ τῷ ὑπάτῳ, καὶ Τριβουνιανῷ, ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων. In Cod. Vat. fere ubique *Macedonii* nomini titulus τοῦ ὑπάτου adjicitur. Ad Ep. XVIII. adscriptum: Μακηδονίου Θεσσαλονικέως. Elegantioribus Justinianei aevi poëtis annumerandus.

Quintus Maecius. In hoc nomine scribendo valde fluctuant libri. Μαικίου scribitur, praenomine non addito, ad Ep. I. II. IV. VI. IX. (in Plan.) Μακκίου Ep. Ia. (T. III. p. 332.) VII. X. XI. Hoc Ep. III. depra-

vatum in Βακκίου. Μαικίου Κοΐντου inscribitur Ep. VIII. Κοΐντου simpliciter Ep. V. Quis fuerit hic *Maecius*, aut *Quintus Maecius*, cui XI tribuuntur epigrr. in Anal. II. 236. unum accessit T. III. 332. (II. 220. ed. L.) nemo dicere potuit. *Etrusci Messenii* aequalem putat *Fabricius*, quia uterque Hieroclidem piscatorem celebraverit. Quod argumentum, per se satis leve, prorsus concidit, quum membrr. Vat. epigr. illud, in quo Hieroclidis illius fit mentio, *Antiphilo* tribuant. Romanum fuisse hominem, nomen docet; puerum quoque Romanum *Cornelium* laudat Ep. I. Ia. Melioribus poëtis annumerandus.

Magnus. Unum ejus extat epigr. in *Galenum* medicum in Anal. II. 304. (III. 18. ed. L.) qui obiit anno p. Chr. 200, aut 201. *Magnus* Medicus sub quarti seculi exitum floruisse videtur. Cf. *Fabric*. T. XIII. p. 313.

Marcellus. Ejus nomine inscriptum est marmor alterum inter Triopeïa in Anal. II. 302. (III. 15. ed. L.) quem proinde epigrammnatis auctorem esse statuit *Brunkius*, licet *Salmasius* se, ad quam rem *Marcelli* nomen in hujus inscriptionis fronte sit positum, ignorare fateatur. Exempla novimus saltem duo nominis poëtae inscriptioni in marmore praefixi; alterum in epigrammate *Junioris*, quod edidimus in II. Paralipp. nr. 3. p. 755. alterum *Asclepiodoti* in colosso Memnonis. Anal. T. III. p. 490. *Marcellum Sidetam*, clarum Hadriani aetate poëtam, (cf. Animadverss. T. III. P. II. p. 188. sq.) utriusque Inscriptionis, et hujus, cui nomen *Marcelli* impositum, et alterius, quam *Brunkius Herodi* tribuit, auctorem esse censet *Visconti* in Osservazioni sopra il testo delle Iscrizioni Triopee p. 74. sq.

Marianus Scholasticus. Quinque ejus sunt epigrammata in Analect. II. 511. (III. 211. ed. L.) quorum quatuor in locorum descriptionibus versantur. *Schneiderus* suspicatur esse hunc eum *Marianum*, de quo *Suidas* T. II. p. 497. Μαριανὸς, Μάρκου δικηγόρου, τῶν ὑπάρχων Ῥώμης. Ῥωμαῖος γὰρ τὸ ἀρχαῖον. Hunc hominem idem sub Anastasio floruisse, multasque antiquiorum poëtarum metaphrases metro jambico scripsisse narrat. *Marianus*, Lupercaliorum poëta, de quo *Fabricius* cogitabat, latinis numeris lusit. Cf. *Salmas.* ad *Solin.* p. 6. B. *Rutgers.* Var. Lectt. p. 79.

Marinus Neopolitanus. (Flaviae Neapolis Palaestinae.) Unum ejus distichon extat in Anal. II. 446. (III. 153.) in Procli Vitam a Marino conscriptam. Successit ille *Proclo*, qui obiit anno post Chr. 485. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. IX. p. 370. sq. Eidem tribuitur in Vat. C. Ep. ἀδ. DXCIV.

Melanippides, in *Meleagri* corona locum habuit; sed nihil ejus, praeter fragmenta lyrica quaedam, aetatem tulit. Duos hujus nominis poëtas commemorat *Suidas* in Μελανιππίδης. T. II. p. 522. quorum prior floruit circa Ol. LXV. dithyramborum, carminum epicorum, *epigrammatum* et *elegorum* (*Plutarch.* T. II. p. 481.) auctor. Junioris nihil praeter dithyrambos commemoratur et alia lyrica. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 129. sq. ed. *H.*

Meleager Gadarenus. De hoc poëta, quantum satis est, disputavimus in Prolegg. §. II. p. XXXVI. sqq. Ipse de se et patria sua dixit Ep. CXXVI. et CXXVII. ubi quod legitur πάτρα δέ τεκνοῖ Ἀτθὶς ναιομένα ἐν Γαδάροις frustra vexavit *Reiskium*, quum id neque populum ex Attica oriundum significet, neque

matrem poëtae, sed laudem contineat patriae, quam alteram quasi Atticam, non in Graecia, sed Gadaris, esse ait *). De ingenio et arte Gadareni poëtae addam, quae scripsit *Graefius*, cui elegantem ejus editionem debemus (Lipsiae. 1811. 8.) in Praef. p. XXII. „Oratio et graeca est et apta carminum argumento, audax in verborum compositionibus, sed affectus, nunc tenerrimi, nunc igne concitatioris, ubique autem distincta sophisticis acuminibus, et amatoriis phantasiae lusibus, ut auctor recte Musas Amori junxisse, et Gratiis artem sophisticam temperasse perhibeatur.“ Epigrammatis CXXIX, quae leguntur in Anal. I. 1. addidi in Paralipomm. nr. 27. p. 639. nr. 128. p. 698.

Menander, comicus. Unum ejus distichon extat in Themistoclem et Epicurum, in Anal. I. 203, (I. 136. ed. L.) Vid. *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 454.

Menander, *προτίκτωρ*. Hujus epigramma exhibui in Epigr. Christ. nr. 101. *Suidas* T. II. p. 531. *Μένανδρος προτίκτωρ ἱστορικός.* Floruit sub Mauritio, et se hujus imperatoris litterarum amore incensum esse narrat, ut et ipse litteris navaret operam. Extant fragmenta historiae ejus in Excerptt. de Legatt. Paris. 1648. Cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. VII. p. 540. sq.

Menecrates Smyrnaeus. Hujus poëtae, qui locum habuit in corona *Meleagri*, duo exhibentur epigrammata in Anal. I. 476. (I. 227. ed. L.) quorum priori in Cod. inscriptum: *Μενεκράτους Σμυρναίου*, alteri, nomen nudum. Quod autem proximo in membrr. disticho

*) Hoc praeclare vidit eruditissimus editor *Philodemi* de Musica in Prolegg. §. V. p. 4.

(Anal. II. 342. CXX.) appositum: Λουκιλλίου, οἱ δὲ Μενεκράτους Σαμίου. hoc gentile haud scio an librarii debeatur errori. Novimus *Menecratem Comicum*, in quo commemorando plus semel erravit *Vossius* de Poët. gr. p. 227. *Menecratem Ephesium* poëtam commemorat *Varro* de R. R. I. 1. eundem etiam *Smyrnaeum* appellari potuisse apparet ex *Strabone* L. XIV. p. 939. B. Alios Menecrates recenset *Fabric.* Bibl. Gr. T. XIII. p. 333.

Mesomedes. Suid. T. II. p. 536. Μεσομήδης Κρής, λυρικός, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων, ἀπελεύθερος αὐτοῦ, ἢ ἐν τοῖς μάλιστα φίλοις. γράφει οὖν εἰς Ἀντίνοον ἔπαινον, ὃς ἦν Ἀδριανοῦ παιδικά, καὶ ἄλλα διάφορα μέλη. *Jul. Capit.* Vit. Anton. Pii c. 7. *Salaria multis subtraxit, quos otiosos videbat accipere, dicens: nihil esse sordidius, quam si remp. ii arroderent, qui nihil in eam suo labore conferrent. Unde etiam Mesomedi lyrico salarium imminuit.* Tria ejus supersunt poëmatia in Anal. II. 292. (III. 6. ed. L.)

Metrodorus. Duo ejus sunt epigrr. in Anal. II. 476. (III. 180.) quorum prius expressum ex *Posidippi* Ep. XVI, Meleagricae coronae poetae. Alteri inscriptum in Vat. Cod. Μητροδώρου γραμματικοῦ Βυζ. Epigrammati inter Arithmetica X. in marg. adscriptum: Μετροδώρου ἐπιγράμματα ἀριθμητικά. Cf. Animadverss. T. II. P. III. p. 343. Hunc Scepsium esse, Mithridaticae aetatis philosophum, existimabat *Brunkius* in Lectt. p. 229. Huic tamen suspicioni obstare Ep. XXII. ipse intellexit p. 230. *Reimerus* in Commentatione inedita de Epigr. quodam Metrodori (eo, quod post *Huschkium* v. cl. edidimus in Paralipp. nr. 187. p. 727.) haec epigrammata referebat ad Metrodorum quendam Grammaticum, Constantini Magni aequalem,

qui plura de Astronomia et Geometria scripsit. (V. Goettingisch. gel. Anz. an. 1799. nr. 91. p. 898.) Meminit ejus *Socrates* in Hist. Eccl. I. 19. p. 42. et alii, quos vide ap. *Valesium* ad *Ammian. Marcell.* L. XXV. 4. p. 428. *Jonsius* de Scriptt. Hist. Phil. I. 20. p. 130.

Michaëlius Grammaticus. Planudes ejus epigramma servavit in *Agathiam Scholasticum*. Anal. III. 124. (IV. 94. ed. L.) Verisimile est, eum *Agathiae* aequalem fuisse. Diversus esse videtur *Michaël* ὁ χαρτοφύλαξ, cujus est ep. in B. Virginem inter Epp. Christ. nr. 122. (Paralipp. nr. 6. p. 619.) Multos Michaëles recenset *Fabric.* in Bibl. Gr. XI. p. 188. sqq. ed. *H.*

Michaël Psellus. Unum ejus epigr. quod neque ap. *Planudem* extat, neque in Cod. Vat., habetur in Anal. III. 127. (IV. 97. ed. L.) Plures fuerunt hujus nominis, inter quos is, qui *minor* appellatur, incredibilem versuum, jamborum praesertim, copiam effudit.

Mnasalcas Sicyonius, Meleagri corona intextus. Strabo L. IX. p. 632. A. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Σικυωνίᾳ δῆμος Πλαταιαί, ὅθεν περ ἦν Μνασάλκης ὁ ποιητής. Hinc Πλαταϊδης in Ep. *Theodorid.* VIII. Μνασάλκεος τὸ σᾶμα τῶ Πλαταΐδα Τῶ 'λεγειποιῶ. *Sicyonium* appellat *Athenae.* L. IV. p. 163. A. Epigrammata ejus XVIII extant in Anal. I. 190. (I. 123. ed. L.) inter quae haud pauca in fortes viros eorumque arma. Haec omnia virilem animum spirant, et, sicut etiam reliqua, brevitate et simplicitate commendantur. In his epigrammatis nihil est, unde tempus, quo vixerit, cognosci queat. Nam quod *Reiskius* existimat, Ep. II. scriptum esse in Alexandrum M. Macedonem, id leve est admodum; neque probabile esse videtur, *Mnasalcam*, si regem Macedoniae significare voluisset, nihil ad-

didisse, unde id clarius intelligi posset. Quum vero *Mnasalcae* obitus et laudes a *Theodorida* commemorentur, ut paulo ante vidimus, *Theodoridas* autem, ut docuit *Schneiderus* in Anal. cr. p. 7. sq. fere usque ad Olymp. CXXXVI. vixisse videatur, *Mnasalcam* non multo antiquiorem fuisse, probabile fit. Suspiceris, eum floruisse illis temporibus, quo patria Sicyon Arati virtute nova incrementa ceperat. Illi certe aetati bellicosus, quem epigrammata spirant, animus bene convenit.

Moschus. Unum ejus epigr. extat in Anal. I. 411. (I. 201. ed. L.) Perperam ei *Valkenarius* tribuebat versus, qui Cyri sunt, Anal. I. 454. nr. 1.

Mucius Scaevola. Romanum hoc nomen praefixum epigrammati bucolico in Anal. II. 265. (II. 241. ed. L.) Quis fuerit non novimus. De ICto enim doctissimo illo, qui consul fuit ao. V. C. 620. nemo cogitabit. *Reiskius* nomen depravatum censebat.

Munatius. Epigrammati ejus, quod legitur in Anal. II. 240. (II. 224. ed. L.) inscriptum nomen Μούνδου Μουνατίου. In quo praenomine vitium inesse existimat *Brunkius* in Lectt. p. 188. quod nemo Munatiorum hoc nomen adsciverit. In Planud. p. 100. ed. St. idem epigr. *Antonio Argivo* tribuitur, cujus epigramma in Vatic. Anthologia praecedit. Hinc error *Planudis*, *Munatius* commemoratur *Trallianus*, Herodis Attici praeceptor ap. Philostr. V. Soph. I. 25. p. 538. II. 14. p. 564. quem tamen poëtam fuisse nihil arguit.

Myrinus. Quatuor exquisitae graecitatis et elegantiae epigrammata leguntur sub hoc nomine in Anal. II. 107. (II. 93. ed. L.) Non Μυρῖνος esse nomen, sed Μυρήνας existimabat *Reiskius*, qui cogitabat de L. Li-

cinio Varrone Murena, quem cum graecis hominibus familiariter vixisse tradit *Strabo* L. XIV. p. 987. A. Augusto jubente occissus est. *Dio Cass.* LIV. 3. p. 731. sq. Levis conjectura, quam assis non ſecerim equidem. *Myrini* nomen occurrit ap. *Martialem* L. XII. 29.

Myro sive *Moero Byzantina.* In *Meleagri* corona locum habuit, ubi v. 5. Μοιροῦς legitur. De duobus epigrammatis, quae leguntur in Anal. I. 202. (I. 135. ed. L.) prius in Vat. C. inscribitur Μοιροῦς Βυζαντίας, alterum Μυροῦς Βυζ. Μοιρὼ est etiam in enumeratione poëtriarum in Ep. *Antip. Thess.* XXIII. et apud *Athenae.* L. XI. p. 490. E. 491. A. ubi vide *Schweigh.* T. VI. p. 238. Eodem modo habetur ap. *Eustath.* ad Ιλ. ω. 1351. ad. Od. μ. p. 1713. Magis hanc formam probabat *Salmas.* de Modo Usur. p. 42. Nec tamen altera forma damnanda. Passim occurit, ubi suspecta esse nequit, versus mensura brevem syllabam postulante; ut in Ep. *Anytes* XIV. *Marc. Argent.* XXIX. *Antip. Sid.* XXXXVIII. In nullo horum locorum Μυρὼ est poëtria. — *Suidas* T. II. p. 589. Μυρώ, Βυζαντία, ποιήτρια ἐπῶν καὶ ἐλεγείων καὶ μελῶν, Ὁμήρου τοῦ τραγικοῦ θυγάτηρ, γυνὴ Ἀνδρομάχου τοῦ ἐπικληθέντος Φιλολόγου. Cf. Eund. T. II. p. 690. in Ὅμηρος. ubi eam c. Olymp. CXXIV. floruisse traditur. Conspirat *Scholiastes Hephaestionis*, a *Kustero* excitatus, qui eam sub Ptolemaeo Philadelpho vixisse ait. Hic autem regnum capessivit Ol. CXXIII. 4. Scripsit inter alia Ἀράς, quas laudat *Parthenius* Erot. c. 27. ubi Μοιρὼ vocatur. cf. *Fabrici.* Bibl. Gr. T. II. p. 131. sq.

Neoptolemus Parianus librum scripsit de epigrammate. Vide Prolegg. p. XXXVI.

Nestor Larandensis. Suidas T. II. p. 614. Νέστωρ Λαρανδεύς, ἐκ Λυκίας, ἐποποιός, πατὴρ Πεισάνδρου τοῦ ποιητοῦ, ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως· Ἰλιάδα γράψας λειπογράμματον. . . ἔγραψε δὲ Μεταμορφώσεις, ὥσπερ καὶ Παρθένιος ὁ Νικαεὺς καὶ ἄλλα. Eadem fere habet *Hesych. Miles.* p. 30. ed. *Meurs. Eudocia* p. 310. Cf. *Needham* in Prolegg. ad Geopon. T. I. p. LXII. ed. *Nicl.* Quaedam ejus leguntur in Anal. II. 344. (III. 54. ed. L.) quae ex ejus Metamorphosibus petita existimat *Merrick* ad *Tryphiodor.* p. XXX. sq.

Nicaenetus Samius. Quum in *Meleagri* Prooem. v. 29. legatur: σμυρναίους τε κλάδους Νικαινέτου . . fuerunt, qui *Nicaenetum* Smyrnaeum a *Meleagro* dici existimarent. Quem errorem refutavit *Schneiderus* in Peric. crit. p. 116. sqq. Non de patria ibi agitur, nec de urbe Smyrna, sed de myrrhae ramis. Samium fuisse novimus ex *Athenae.* L. XV. p. 673. B. ubi more quodam Samiorum commemorato, Νικαίνετος, ait, ὁ ἐποποιὸς ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν, ποιητὴς ὑπάρχων ἐπιχώριος καὶ τὴν ἐπιχώριον ἱστορίαν ἠγαπηκὼς ἐν πλείοσιν. Et in epigrammate, quod eodem loco profert *Athenaeus*, auctor Junonem νήσου δεσπότιν ἡμετέρης appellat. Cf. Animadverss. T. I. P. II. p. 230. Dubiam tamen reddit ejus patriam idem *Athenaeus* L. XIII. p. 590. B. ubi laudat τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαμίου ἢ Ἀβδηρίτου. *Stephan. Byzant.* p. 6. Νικαίνετον ἐποποιὸν inter claros Abderitas recenset; unde suspicari licet, eum Abderis ortum, rerum suarum sedem in Samo insula posuisse. Quod *Athenaeus* l. c. p. 673. F. de *Hephaestionis* opusculo περὶ τοῦ λυγίνου στεφάνου dicit, μόνον γὰρ τοῦτο ἴδιον εἴρηκεν, ὅτι Φύλαρχος ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν οἶδε τὴν κατὰ λύγον ἱστορίαν, καὶ ὅτι οὔτε τὰ Νικαινέτου οἶδεν, οὔτε τὰ Ἀνακρέοντος ὁ συγγραφεύς . . .

Nicaenetum Phylarcho vetustiorem fuisse apparet; quod monuit *Schneiderus* l. c. p. 118. *Phylarchus* autem sub Ptolemaeis Euergeta et Philopatore floruit. Cf. *Voss.* de Histor. Gr. I. 17. p. 111. sq.

Nicander. Tria sub hoc nomine leguntur epigrammata in Anal. II. 2. (II. 2. ed. L.) quorum secundo Νικάνδρου Κολοφ. inscriptum, duobus reliquis, nomen nudum. At primum in Planudea *Nicarcho* tribuitur, idque, si reliqua *Nicarchi* epigrammata compares, admodum probabiliter. Floruit *Nicander* sub Attalo c. Ol CLVIII. Epigrammata inter ejus opera diserte non commemorantur.

Nicarchus. Inter epigrr. XXXVIII., quae leguntur in Anal. II. 349. (III. 58. ed. L.) quaedam non sunt *Nicarchi.* Ep. III. *Rufino* tribuitur in Cod. Vat. Ep. XVII. *Luciano*; Ep. XXVI — XXX. *Callicteri.* Contra *Nicarchi* nomine in membrr. inscribitur Ep. *Lollii Bass.* III. ἀδ. LXXVIb. et CIX. Adde quae edidimus in Paralipomenis nr. 134. 143. Falso autem eidem inscribitur Ep. ἀδ. 682. in ed. Planud. Ascens. Steph. Wechel. unde *Fabricius Nicarchum* sub imperatoribus CPolitanis scripsisse existimabat. At in veteribus Planud. edd. et in Cod. Vat. est ἀδέσποτον. Pauca sunt in genuinis *Nicarchi* epigrammatis temporis vestigia; sed ea nos tantum non omnia ad primum post Chr. seculum deducunt. Ep. XXXI. perstringitur Zopyrus medicus, ut ex v. 4. colligere licet, Aegyptius; Zopyro autem medico, aequali suo, *Plutarchus* partes tribuit in Symp. L. III. 6. T. II. 653. C. Celsus autem L. V. 23. medicamentum commemorat, quod Zopyrus medicus Ptolemaeo regi paraverit. Convenit Ep. VI. Bubastis commemoratio, cujus sacra illis temporibus Romae maxime floruisse constat; Ro-

mae autem *Nicarchum* scripsisse, arguit usus vocis μιλιάριον Ep. XXXIV. Valde etiam illi aetati convenit ipsum epigrammatum genus, quo *Nicarchus* maxime utitur, cujus plurima sunt scoptica et hyperbolica, insigni interdum obscoenitate tincta. Obstare dicas fortasse Ep. XXXVIII., quo commemoratur Telephanes, tibicen, quem Alexandro regnante floruisse constat. Cf. *Pausan.* L. I. 44. p. 107. cf. quae collegimus in Animadverss. T. II. P. III. p. 46. At non sequitur, auctorem hujus epigrammatis Telephanis fuisse aequalem. Fieri potuit etiam, ut alius illis temporibus esset tibicen, antiquo illi ὁμώνυμος. Quod *Reiskius* ex Ep. III. colligit, Samium fuisse *Nicarchum*, id per se levissimum est, et quum illud Epigr. in Cod. Vat. *Rufino* tribuatur, prorsus evanescit.

Nicias Milesius. Eum *Meleager* coronae suae intexuit. Is est procul dubio, quem ut poëtam et medicum laudat *Theocritus* Eid. XI. 5. 6. Χαρίτων ἱμερόφωνον φυτόν, Eid. XXVIII. 7. Eundem Aesculapio cedrinum signum posuisse narrat in Ep. VII. — Novem ejus epigrammata extant in Anal. I. 248. (I. 181. ed. L.) quorum ultimum tamen a reliquis ita abhorret, ut id *Nicarchi* potius credere malim. Duos *Niciae* versus laudat Auctor Argum. Eidyllii Theocritei XI.

ἦν ἄρ' ἀληθὲς τοῦτο, Θεόκριτε, οἱ γὰρ Ἔρωτες
πολλάκι ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους.

ubi etiam haec leguntur: προσδιαλέγεται δὲ ὁ Θεόκριτος ἰατρῷ Νικίᾳ, Μιλησίῳ τὸ γένος, ὃς συμφοιτητὴς γέγονεν Ἐρασιστράτου, ἰατροῦ ὄντος καὶ αὐτοῦ. Φέρεται δὲ καί τι ποιημάτιον αὐτοῦ ἀντιγεγραμμένον ὑπὲρ Κύκλωπος πρὸς Θεόκριτον.

Nicodemus Heracleotes auctor epigrammatum

ἀναστρεφόντων sive ἀνακυκλίκων, quae *Brunkius* cum *Nicomedis Smyrnaei* epigrammatis perperam commiscuit in Anal. II. 382. (III. 91. ed. L.) cujus erroris causam indicavi in Animadverss. T. II. P. III. p. 129. Cf. *Chardon de la Rochette* in Mag. encycl. an. IV. T. I. p. 238. Inepto illi τῶν ἀναστρεφόντων generi praelusisse videntur ii, qui singulos senarios ita componerent, ut verbis transpositis metrum tamen constaret, quale est *Castorionis Solensis* carmen in Pana, quod ex *Clearcho* profert *Athenaeus* L. X. p. 455. A. ubi etiam hi sunt senarii ἀναστρέφοντες:

μέτρον φράσον μοι, τῶν ποδῶν μέτρον λαβών.
οὐ βούλομαι γὰρ τῶν ποδῶν μέτρον λαβεῖν.

quos etiam sic licet convertas:

λαβὼν μέτρον μοι τῶν ποδῶν, μέτρον φράσον.
λαβεῖν μέτρον γὰρ τῶν ποδῶν οὐ βούλομαι.

Caeterum de *Nicodemo*, quis fuerit, non constat.

Nicomachus. Unum ejus extat epigramma in Anal. II. 283. (II. 258.) in Plataeas, terrae motu eversas; quae clades quo tempore acciderit ignoratur. *Nicomachos* plurimos recenset *Jonsius* in Scriptt. Hist. Phil. L. III. 13. 2. p. 75.

Nicomedes Smyrnaeus. Hujus duo epigrammata extant ex marmoribus descriptà in Anal. II. 383. (III. 92.) ubi Νικομήδους Σμυρναίου ἰατροῦ inscriptum. Composita sunt in Aesculapii statuam, Boëthi sculptoris opus, a Nicomede in templo dei dedicatam. Novimus Boëthum ex *Ciceron.* Act. II. in Verr. IV. 14. *Pausan.* L. V. 17. 1. T. II. p. 75. ubi Carthaginiensis fuisse dicitur. Cf. *Plin.* H. N. L. XXXIII. 12. Commemorabatur Boëthus pater Menodoti et Diodoti

statuariorum, in Inscriptione, quam edidit *Winkelmann.* in Hist. Art. T. II. 2. p. 332. Antiqui illius Boethi *Nicomedem* nostrum ne aequalem existimes, vetat horum epigrammatum stilus. At nihil est in illis, quod nos ita statuere cogat: quin potius *Nicomedes*, quum illam Aesculapii statuam χειρῶν δεῖγμα παλαιγενέων dicat, se vetus priscae artis venerabile monimentum in dei templo collocasse significat. Quod autem *Falconerius* suspicatur p. 2352. illud signum positum fuisse in templo Aesculapii, a Diocletiano in thermis Trajani exstructo, id quo argumento nitatur, equidem non video.

Nilus Scholasticus. Unum ejus epigr. extat in Anal. III. 14. (III. 235. ed. Lips.) aliud ejusdem distichon edidi in Paralipp. nr. 3. p. 617. Inter epistolas *Nili Eparchi*, qui idem asceta appellatur, sunt nonnullae ad *Nilum Scholasticum*; unde eum quinto seculo ineunte vixisse apparet. — *Nili monachi* tetrasticha XCV et ejusdem versus jambici commemorantur in *Bandini* Catal. Msc. gr. Bibl. Laur. T. I. p. 422. Cod. XVIII. nr. XXVI. et XXVII., et in Cod. Vindob. Theol. CCLXXXIX. p. 77—86.

Nossis. A *Meleagro* in coronam recepta. Epp. XII ejus supersunt in Anal. I. 194. (I. 127. ed. L.) ubi se (Ep. II.) Theophilidis filiam; Cleochae neptem dicit; Locrensem Ep. XI. Hoc epigrammate de Sappho ut de poëtria suae aetatis loqui videtur *Reiskio.* At in corruptis verbis sensus non est perspicuus; et *Nossis* non tam Sappho poetriae, quam Mitylenaeis nuntium videtur mittere. Contra perspicuum est Ep. XII. in *Rhinthonem*, qui sub Ptolemaeo primo floruit. (c. Ol. CXIV. — CXXIV.) Non abhorret Ep. VI. in arma Bruttiorum a Locrensibus devictorum; inter quos po-

pulos bellum fuisse videtur post Ol. CVI. Cf. Animadverss. T. I. P. I. p. 416. Hinc *Reiskius* duas *Nossides* fuisse existimat; alteram Locrensem, Sapphus aequalem; alteram juniorem; et hanc quidem Lesbiam. Nam Ep. IV. in Cod. Vat. Νοσσίδος Λεσβίας inscribitur. At hoc librarii errorem esse nullus dubito. In omnibus his epigrammatis eadem est oratio, eadem dialectus, eadem simplicitas. *Nossidem*, non duas sed unam, inter poëtrias recenset *Antip. Thess.* Ep. XXIII.

Numenius Tarsensis. Unum ejus distichon ex Musa *Stratonis* relatum in Anal. II. 346. (III. 56. ed. L.), quod ob frigidum lusum in vocibus κῦρος et κύριος *Reiskius* ad seculum Theodosianum aut Justinianeum referendum existimabat. Cui sententiae hoc ipsum obstat, quod in *Stratonis* collectione legitur; nec ille lusus frigidior est eo, quo *Strato* usus est Ep. X. in nomine Ἀστύαναξ. Ejusmodi argumentis nihil novi, quod magis sit lubricum. Varios *Numenios* recenset *Jonsius* in Scriptt. hist. phil. L. III. 10. T. p. 54.

Oenomaus. Distichon ejus superest in Amorem poculo insculptum, Anal. II. 402. (III. 110. ed. L.). Novimus Oenomaum Cynicum, qui non diu ante Porphyrium vixit (i. e. seculo tertio) teste *Suida* in Οἰνόμαος. T. II. p. 667. Tragoedias scripsisse ait *Julian.* Or. VII. p. 210. An idem sit cum nostro quis dixerit?

Onestes. In X Epigrammatis, quae sub hoc nomine leguntur in Anal. II. 289. (III. 3. ed. L.) diversorum hominum opera videntur esse conjuncta. Nam ep. VI. VII. in Cod. Vat. inscriptum Ὀνέστου Κορινθίου. Ep. IX. Ὀνέστου Βυζαντίου. Reliquis gentile non est additum. *Reiskius* addubitabat de sinceritate lectionis

in hoc nomine, de Ὀνεσίας cogitans, quod nomen frequentius occurrit. Conjectura parum probabilis.

Orpheus. *Suidas* T. II. p. 719. Ὀρφεὺς Κικωναῖος, ἢ Ἀρκάς, ἐκ Βισαλτίας τῆς Θρᾳκικῆς, ἐποποιός· γέγονε δὲ καὶ οὗτος πρὸ Ὁμήρου γενεαῖς, πρεσβύτερος ὢν τῶν Τρωϊκῶν· ἔγραψε μυθοποιΐαν, ἐπιγράμματα, ὕμνους.

Palladas. Chalcidensem fuisse hunc hominem existimabant propter Ep. XLVIII. in Demonicum quendam, ὕπαρχον Χαλκιδέα, unde id minime efficitur. In Cod. Vat. *Alexandrinus* dicitur. Inetr epigrammatographos commemoratur a *Tzetza* in Prolegg. ad *Lycophron*. p. 285. ed. *Mull.* inter *Proclum* et *Agathiam*. Quo tempore vixerit, apparet ex Ep. CXV. ubi de Hypatia, Theonis filia, ut de vivente loquitur. Hypatia autem, ob sapientiam, eruditionem et modestiam apud Alexandrinos summo honore florebat, imperante Arcadio; a plebe christiana trucidata est a. p. Chr. 415. Cf. *Animadverss.* T. II. P. III. p. 254. Si *Palladae* est epigr. quód *Themistio* tribuunt Analecta T. II. 404. (vide Animadverss. l. c. p. 191.) jam sub Valente et Valentiniano scripsit. In reliquis temporis notae sunt parum expressae. Nam quod Vat. Cod. ei tribuit epigr. (inter ἀδεσπ. CCCCXLII.) in eversionem urbis Beryti, quae accidit ao. p. Chr. 551. illud aut non est in hunc casum, aut non est *Palladae*. Et certe alio loco in membrr. auctoris nomen adscriptum non est. — Grammaticus fuit, eamque se professionem paupertate coactum exercere fatetur ep. XLI — XLVI. Cf. Ep. IX. XIV. ubi se huic professioni renuntiasse ait. Ibidem de rixosa muliere conqueritur. Magna apud homines aetatis suae existimatione fuisse videri debet, si ep. ἀδ. CCCCLXVIII. ad nostrum referendum est. Μετεώρου etiam cognomine

ornatur in Vat. Cod. p. 447. in Paralipp. nr. 67. p. 661. Recentiorum de eo judicia diversissima extant. *Vincentius Opsopoeus* quidem (Anthol. Wechel. p. 34) eun inter poëtas epigrammatarios facile principatum tenere contendit, et ob summam, qua in scribendo polleat, festivitatem cum Martiale comparat. Contra eundem *Muretus* in Opp. T. III. p. 60. *insulsum hominem; Casaubonus* ad Scriptt. Hist. Aug. T. I. p. 842. *versificatorum insulsissimum* dicit. Nobis, si dicere fas est, et ille multo quam par erat honorificentius, hi paulo durius de eo videntur statuere. Dicendi facultate non carebat; versus quoque satis eleganter componebat; sed a festivitate, lepore et gratiis, quas *Opsopoeus* in eo laudat, quamquam has virtutes impense affectabat, alienissimus est. An christianus fuerit, dubitatur; paganus, *Reiskio* judice, rectius dicitur. Paganismi vestigium, sed tenue, est Ep. LXXXIV. in monachos; clarius in epigr. a *Brunkio* praetermisso. (Paralipp. nr. 67. p. 661.) Huc *Reiskius* referebat etiam Ep. LXX. valde probabiliter; cujus interpretationis non memineram, quum Animadversiones scriberem. Respicitur ibi ad Theodosi M. edictum, quo templa et idola paganae superstitionis omnia deleri jubebantur, teste *Theophane* p. 61. A. Hinc apparet, verba μωρίᾳ δουλεύομεν de christianorum superstitione esse accipienda, et νεκρῶν ἔχοντες ἐλπίδας τεθαμμένων, Christum ipsum respicere.

Inter epigrammata CXLVII illud quod nr. XXII. legitur, in Vat. Cod. Λουκιανοῦ inscribitur; Ep. XXXIII. Ῥάρου. (in Planudea *Palladae.*) His addenda, auctoritate cod. Vat. praeter ep. *Themistii* T. II. p. 404. de quo supra, *Lucillii* Ep. XCVI. ἀδ. CCCCXLII. et quae dedimus in Paralipomm. nr. 67. 112. 113. 114. 115. 132. 206.

Pamphilus. De epigrammatis, quae *Meleager* coronae suae intexuit, duo supersunt in Anal. I. 258. (I. 190. ed. L.) *Pamphilum* novimus grammaticum, *Aristarchi* discipulum, et alium Amphipolitam aut Sicyonium, philosophum, de quibus *Kuster.* ad *Suid.* T. II. p. 14.

Pancrates. Hic quoque poëta *Meleagri* coronam ornavit. In tribus ejus epigrammatis nullum est temporis vestigium, Anal. I. 259. (I. 191. ed. L.) *Brunkius* in Lectt. p. 57. eum esse existimat, cujus Halieutica laudat *Athenae.* L. I. p. 13. B. ejusdem θαλάσσια ἔργα laudantur Ibid. L. VII. 283. A. C. 305. C. Hujus operis insigne fragmentum extat Ib. p. 321. F. Hunc tamen ab epigrammatario distinguit *Burette* in Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XIX. p. 441. hunc potius eundem cum lyrico esse suspicatus, cujus mentio ap. *Plutarch.* de Musica. T. II. p. 1137. E. Tertius fuit ab Adriano in Museum Alexandrinum receptus, de quo *Athen.* L. XV. p. 677. E. epigrammatario ille multo recentior.

Panteleus. Epigramma ejus heroïcum in Cynegirum et Callimachum legitur in Anal. II. 404. (III. 112. ed. L.) ex S. *Maximo Confessore* Opp. T. II. p. 543. ed. *Combef.*

Parmenio Macedo. Locum habuit in corona *Philippi.* Gentile additum epigr. I. VIII. X. Praeterea in Cod. Vat. ep. ἀδ. CXXI. inscriptum Παρμένοντος, quod *Reiskius* ad nostrum referebat; quem errorem refutavit *Brunkius* in Lectt. p. 265. (Animadverss. T. III. P. I. 356.) Equidem *Parmenionem* nostrum, ut plurimos Anthologiae Philippeae auctores, aut Augusti aequalem, aut non multo antiquiorem fuisse existimo.

Ad epigr. XIV, quae extant in Anal. II. 201. accesſit unum in Lectt. p. 177. (II. 184. ed. L.) In his omnibus jejuna est simplicitas. Brevitatem in epigrammate ipse magnopere commendat ep. I. Hanc sectatur; sed magis sectandus erat lepor ingeniique acumen.

Parrhasius pictor. Duo ejus epigrammata et fragmentum tertii extant in Anal. II. 60. (II. 60. ed. L.) Floruit circa Ol. CVIII. 1. Cf. *Junii* Catal. p. 142.

Parthenis. Commemoratur inter auctores Coronae Meleagricae I. 31. Nihil ejus aetatem tulit, nec nomen alibi occurrit nisi ap. *Martialem* L. VII. 78. ubi cum Sappho componitur.

Paulus Silentiarius. De munere *Silentiariorum*, quos τοὺς τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς ἐπιστάτας vocat *Agathias* Hist. L. V. 106. dixit *Jaab. Goar* ad *Cedren.* p. 35. sq. *Godofredus* ad Cod. Theodos. T. II. p. 129. ed. *Ritt. Reiskius* ad *Constant.* Ceremon. p. 24. *Jo. Lydus* de Mensibus c. 9. p. 11. in loco depravato: σιγῆς δὲ τοῖς πολλοῖς βουλευομένοις δεῖ, ἐκ τῆς περὶ τὴν σιγὴν σπουδῆς . . . σιλεντιαρίους ἔκριναν ὀνομάζειν. Editor corrigit: βουλευομένοις οὔσης, quod non intelligo. Scribe: σιγῆς . . δεούσης. Quaedam hujus loci excitavit ex Cod. *DuCang.* in Gloss. Graec. V. Σιλεντιάριος. Quod ad *Paulum* attinet *Cyri* filius appellatur in Titulo Ecphrasios Aedis S. Sophiae, etiam ad ep. XLIII. in Cod. Vat. p. 435. Hunc *Cyrum DuCangius* in Praef. ad illam Ecphrasin, quae post *Cinnami* historiam legitur, p. 497. eundem esse putat, qui illa aetate consul codicillaris fuit. Perquam honorifice de eo judicat *Agathias* L. V. Histor. p. 153. ed. reg. ubi commemorata Descriptione S. Sophiae a *Paulo* com-

posita, sic scribit: ὃς δὴ τὰ πρῶτα τελῶν ἐν τοῖς τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς ἐπιστάταις, γένους τε κοσμούμενος δόξῃ, καὶ πλοῦτον ἄφθονον ἐκ προγόνων διαδεξάμενος, ὅμως παιδεία γε αὐτῷ καὶ λόγων ἄσκησις διεσπούδαστο, καὶ ἐπὶ τοῖσδε μᾶλλον ηὔχει καὶ ἐσεμνύνετο. Καὶ τοίνυν πεποίηταί οἱ καὶ ἄλλα ὡς πλεῖστα ποιήματα μνήμης τε ἄξια καὶ ἐπαίνου." Ibi *Paulus* τοῦ Κύρου τοῦ Φλώρου appellatur, i. e. Cyri filius, Flori nepos, quod contra *Vulcanium* monuit *DuCangius*. Inter LXXXIII epigrammata, quae habentur in Anal. III. 71. (IV. 41. ed. L.) quaedam non sunt *Pauli*. Ep. LXX. *Agathiae* tribuitur in Vat. Cod. Ep. LXXIII. *Eratostheni*. His adde, quod edidi in Paralipp. nr. 90. ubi commemoratur filia poëtae Anicetca, si genuinum est nomen. Macedonia, quam luget Ep. LXXXIII. *Macedonii* potius quam *Pauli* nostri filia fuisse videtur. Cf. *Brunk.* in Lectt. p. 250. (Animadverss. T. III. P. I. p. 193.) Duo ejus epigrr. XXXV. et XLII. respondent epigrammatis *Agathiae* XXII. et XXV., in cujus discipulum *Damocharim* scriptum est Ep. LXXXI. Magna pars epigrammatum *Pauli* versatur in argumentis amatoriis; multa etiam sunt ἐπιδεικτικά; ex omnibus elucet ingenium venustum et veterum lectione probe subactum, unde interdum supra seculum suum sapere videtur. Verbosior tamen plerumque quam par est, et in verbis et sensibus magis comtus quam elegans.

Relatum est inter *Pauli* Reliquias poëma de Thermis Pythiis, alienum illud quidem ab Anthologia, sed jam a primis Planudeae editoribus ei subjectum. Ubi quum in titulo legatur: ἡμίαμβα δίμετρα πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Κωνσταντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον, fuerunt, qui juniorem quendam *Paulum*, ab epigrammatario diversum, sed eundem quoque Silentiarium, fuisse statuerent. At illo titulo alii Codd. carent, nec omnia ista unius

Pauli esse dubitare licet post ea, quae *Lessingius* de ea re disputavit in den Merkwürd. zur Gesch. der Literatur Fasc. I. Majoris est amplitudinis poëma et curiosius elaboratum, quod paulo ante commemoravimus, de Ecclesia S. Sophiae, quod in Cod. Vat. servatum ex *Salmasii* Apographo edidit *DuCangius* ad calcem *Joannis Cinnami.* Novam ejus editionem cum omnibus *Pauli* carminibus, addita etiam *Joannis Gazae ecphrasi tabulae cosmicae* parat *Augustus Graefius,* cui *Meleagrum* emendatum debemus.

Perses Thebanus. Hoc gentile adscriptum epigrammati VII. epigrammati VI. autem Μακεδόνος. Octo epigrr. quae extant in Anal. II. 4. (II. 3. ed. L.) adde ep. ἀδ., CXIV. In nullis horum aliquod est temporis, quo scripta sint, vestigium. Sed *Persen* inter auctores coronae suae commemorat *Melager* v. 26.

Phaedimus. Hic quoque *Meleagri* coronam ornavit. *Stephan. Byz.* in Βισάνθη. πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην, Ἑλληνίς, ἄποικος Σαμίων. Τὸ ἐθνικὸν Βισανθηνός, ἀφ᾽ ἧς Φαίδιμος, ἐλεγείων ποιητής. Βησαντίνου inscribitur Ep. in Plan. p. 63. *Steph.* et in Vat. C. 375. Sed ibidem *Palladae* nomen est additum, cui id tribuit *Brunkius* nr. CXXXIV. Ad *Phaedimum Bisanthenum Schweighäuserus* refert Heracleam commemoratam ap. *Athenae.* L. XI. p. 498. E. praeeunte *Schneidero* in Peric. crit. p. 129. Quatuor *Phaedimi* epigrammata extant in Anal. I. 261. (I. 192. ed. L.)

Phaënnus, commemoratur inter auctores coronae Meleagricae v. 29. Duo ejus supersunt epigrammata in Anal. I. 257. (I. 190. ed. L.) Nihil de eo aliunde notum.

Phalaecus. Sic appellatur ap. *Athen.* L. X. p. 440. D. et in Vat. C. ad. Ep. I. et V. Ad Ep. III. Φαλάκκου legitur; Ep. IV. Φλάκκου ἢ Φαλαίκου. Quinque epigrammatis, quae extant in Anal. I. 421. accessit sextum ex *Athenaeo.* T. II. 525. (II. 210. ed. L.)

Phanias. Locum habuit in corona *Meleagri.* Ep. I. et V. in Vat. C. Φαινίου inscribitur; (Ep. VIII. Φανίου γραμματικοῦ.) Eadem est alibi in hoc nomine diversitas, de qua monuit *Suid.* T. III. p. 578. *Schweigh.* in An. ad Athen. T. I. p. 76. Nostrum post Epicurum vixisse apparet ex Ep. VI. inter quem et *Meleagrum Gadarenum* ducenti fere anni effluxerunt. Plures *Phanias* recenset *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 502. Inter octo ejus epigrammata, quae extant in Anal. II. 52. (II. 53. ed. L.) quatuor versantur in instrumentorum recensu et circumscriptione. In his *Leonidam Tarentinum* aemulatus esse videtur.

Phanocles. „Quando vixerit incertum est. Post Demosthenem floruisse, et Elegos suos Ἔρωτες ἢ καλοὶ inscripsisse ex *Clemente Alex.* Strom. VI. p. 750. intelligitur, et Protrept. p. 32.“ Verba sunt *Ruhnkenii* in Epist. crit. p. 299. Titulus hujus poëmatis docet, Graecorum fabulas de amore puerili in eo fuisse decantatas; quod etiam magis apparet ex fragm. in Anal. T. I. 414. (I. 204. ed. L.) Cf. eruditam *Conradi Schneideri* Commentationem de Graecorum elegis, in den *Studien.* ann. IV. p. 62. sq.

Phidias. Erravit *Reiskius* in Not. Poët. p. 266. *Phidiae* tribuens tetrastichon, quod est *Phaedimi.* Illud nomen e catalogo poëtarum epigrammatographorum eximendum.

Philemon Comicus. Tres ejus senarios *Brunkius*

in Anal. retulit II. 61. (II. 60.) qui etiam in Vat. Cod. habentur.

Philetas. Docte de eo disputavit *Schneiderus* in Anal. crit. p. 5. *Kayser* in Philetae Coi Fragmentis. Götting. 1793. 8. Sub Philippo et Alexandro floruit; Ptolemaei Lagi filios litteras docuit. *Suidas* in Φιλητᾶς. T. III. p. 600. in Ζηνόδοτος Ἐφέσιος. T. II. p. 8. Cous vocatur ap. *Ovidium* in A. A. III. 339. Remed. Am. 760. et passim ap. *Propertium*, qui eum peculiari studio imitatus esse videtur. Principibus elegiae auctoribus annumeratur ap. *Quintil.* Instit. Orat. L. X. I. 58. Vide de eo *Conrad. Schneiderum* loco paulo ante laudato p. 57. sqq. Nonnulla ejus fragmenta exhibent Anal. I. 189. II. 523. Lectt. p. 234. (I. 121. ed. L.) quibus praefixa sunt duo epigrammata, non *Coi*, sed *Samii*. Sic enim Cod. Vat. Φιλιτᾶ Σαμίου. Elegiacum enim illum, quamvis essent, qui Rhodium dicerent (*Schol. Theocr.* Eid. VII. 50.), nemo tamen pro Samio habuit. Tertius fuit Ephesius patria, quem commemorat *Schol. Aristoph.* Pac. 1071. et Av. 963. unde *Suidas* in Βάκις. T. II. p. 450. sq.

Philiadas Megarensis. Unum ejus distichon, a *Stephano Byzantino* servatum, exhibent Anal. III. 329. (I. 80. ed. L.) Ignotus homo.

Philippus rex Macedoniae, Demetrii filius. Ejus distichon in *Alcaeum Messenium* exhibent Anal. I. 492. (I. 243. ed. L.) Scriptum est illud Ol. CXLV. 3.

Philippus Thessalonicensis. Hoc plurimis ejus epigrammatis gentile additur; passim etiam Φιλίππου Μακεδόνος, ut ad Ep. XLIX. in Planud. p. 478. ed. *Steph.* Eandem varietatem observavimus in *Antipatro Thessalonicensi*, qui etiam interdum *Macedo* appellatur. *Thessalonica* enim Macedoniae urbibus annumeratur.

Ad LXXXIV epigrammata, quae Anal. exhibent II. 211. accessit unum in Lectt. p. 186. (II. 194. ed. L.) *Philippo* tribuitur etiam in Cod. Vat. epigr. inter Simonidea CVIII. (CII.) et *Samii* I. Adde quod a *Br.* praetermissum dedi in Paralipomm. nr. 87. p. 671. Demenda sunt eidem epigrr. XXXVI — XLI., quae omnia sunt *Lucillii*. De *Philippo* et Anthologia ab eo ex poëtis recentioribus condita, diximus in Prolegg. §. III. p. XLIII. In cujus epigrammatis quae temporum notae inesse videntur, eae hoc tantum docent, *Philippum* post Augustum scripsisse, non quod plurimi existimaverunt, eum Augusti aequalem fuisse. Multa enim *Philippi* sunt ἐπιδεικτικὰ et ex aliis expressa. Illud certe in molem Puteolanam (LXXIV.) expressum est ex *Antiphili* Ep. XVI. idemque suspicari licet de Ep. LXI., quod etiam ad Augusti tempora refertur, nec tamen satis congruit cum iis, quae apud historicos de simili prodigio, quod sub Augusto evenerit, narrantur. Ep. XXX. scriptum in rostra navium, in memoriam victoriae Actiacae prope Nicopolin posita. Haec rostra quum *Strabonis* aetate igne consumta essent, hoc saltem epigr. Augusto regnante compositum esse videri possit. Sed vide Animadverss. T. II. P. II. p. 170.

Poëtae, quos *Philippus* in Anthologiam suam retulit, hi sunt: Antipater (Thessalonicensis), Crinagoras, Antiphilus, Tullius, Philodemus, Parmenio, Antiphanes, Automedon, Zonas, Bianor, Antigonus, Diodorus, Evenus, et alii nonnulli, quorum nomina reticuit. Inter hos antiquissimus esse videtur *Philodemus*, Ciceronis aequalis; recentissimus fere *Automedon*, quem Nerva imperante floruisse verisimile est. Hinc efficitur, ut *Philippus* Anthologiam, quae pro continuatione Meleagricae haberi debet, seculo primo exeunte

condiderit. Quum ipse plurima epigrammata scripserit, nullum facile ejus genus est, in quo se non exercuerit, imitatione tamen magis, quam inventione conspicuus.

Philiscus. Unum ejus epigr. a *Plutarcho* servatum est in Anal. I. 184. (I. 101. ed. L.) unde apparet eum Lysiae fuisse aequalem. Senarium ejusdem dedi in Paralipp. nr. 147. p. 708. quem ediderat *Salmas.* in Exercitt. Plin. p. 425. C. Milesius fuit secundum *Suidam* in Φιλίσκος. T. III. p. 603. Cf. *Ruhnk.* in Hist. Crit. Oratt. gr. p. LXXXIII. et qui de diversis hujus nominis poëtis disputavit, *Naeke* in Schedis Criticis.

Philo. Distichon ejus extat in Anal. II. 401. (III. 110. ed. L.) Idem fortasse, quem Byblium Grammaticum fuisse dicit *Suid.* V. T. III. p. 612. sq. Vixit hic inde a Nerone usque ad Hadrianum, cujus regnum peculiari libro celebravit. Quatuor eum Epigrammatum libros scripsisse tradit *Eudocia* p. 424.

Philochorus epigrammata attica collegisse videtur. Vide Prolegg. p. XXXV. et *Sibelis* in Philochori Fragm. p. 8.

Philodemus, *Philippi* coronam ornavit. Veterum de eo testimonia collegit *Menagius* ad *Diogen. Laërt.* L. X. 3. p. 446. ubi inter Epicureos recensetur. *Strabo* L. XVI. p. 1101. A. ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος γεγονώς, καὶ Μελέαγρος. Memorabilis est de eo locus *Ciceronis* Or. in Pison. c. 28. 29. qui mores hominis, ut adversario addictissimi, vehementer perstringit, nomen ejus reticet; (Cf. *Chard. de la R.* Magas. encycl. an. V. 20. p. 491. Mélanges. T. I. p. 196.), contra eundem cum laude nominat de Finibus L. II. extr. *Sironem et Philodemum cum optimos viros,*

tum doctissimos homines. Locum *Philodemi* tangit *Horat.* I. Sat. II. 121. quem desumtum putabant ex Ep. IX. At nunc satis constat, subdititium hoc epigramma recentioris cujusdam graeculi, ex *Horatii* potius loco expressum esse. Eum arcta familiaritate conjunctum fuisse cum *Lucio Pisone*, apparet cum ex loco *Ciceronis* supra commemorato, tum ex Epigr. cujus partem *Br.* dedit in Lectt. p. 145. nos integrum in Animadverss. T. II. P. I. p. 248. Ex epigrr. XXXIV, quae extant in Anal. II. 83. (II. 70. ed. L.) et in Lectt. 144. sq. plurima versantur in rebus amatoriis et levibus, et praeclare confirmant Oratoris de *Philodemi* versibus judicium l. c. *Est autem hic, de quo loquor, non philosophia solum, sed etiam ceteris studiis, quae fere ceteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. Poëma porro facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius: in quo reprehendat eum licet si qui vult, modo leviter, non ut improbum, non ut audacem, non ut impurum, sed ut Graeculum, ut assentatorem, ut poëtam.* Ejus epigrammata *Philippus* coronae suae intexuit, cujus collectionis nullus alius auctor propius a *Meleagri* aetate abfuit.

Philostratus. Unum ejus extat epigr. in Telephi vulnerati imaginem, in Anal. II. 400. (III. 108. ed. L.) Utrius *Philostrati* sit, ignoramus.

Philoxenus. Epigramma ejus extat in Tlepolemum, Polycriti filium, in Anal. II. 58. (II. 58. ed. L.) Hunc *Pausanias* victoriam reportasse narrat Ol. CXXXI. L. V. 8. p. 395. Hinc *Schneiderus* in Anal. crit. p. 4. *Philoxenum* tragicum hujus epigrammatis auctorem esse statuit. Quod mihi secus videtur. Philoxenum tragicum Dionysio seniore regnante floruisse constat;

Dionysius autem obiit Olymp. CIII. 1. Quod tempus cum Tlepolemi aetate non bene conspirat. Plures fuerunt *Philoxeni*, de quorum distinguendorum difficultate monuit *Schweigh.* ad *Athen.* T. IX. p. 169. sq.

Phocas Diaconus. Dedi ejus epigr. in Paralipomm. nr. 91. p. 674. Quis fuerit hic *Phocas* et quando vixerit, non novi. Non enim is esse videtur, cujus Topographica quaedam *Leo Allatius* edidit.

Phocylides Milesius. Quaedam ejus fragmenta *Brunkius* dedit in Anal. I. 77. II. 522. (I. 53. ed. L.) Floruit cum *Theognide* c. Ol. LVIII. Cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 705.

Photius Patriarcha. Ei tribuitur in Cod. Vat. epigr. in *Achillis* Tatii fabulam de Clitophonte et Leucippe, quod *Brunkius* exhibuit inter epigrr. *Leontis* IV. T. III. p. 129. ubi vide Animadverss. T. II. P. I. p. 249. *Photii* esse dubitabat *Fabricius* Bibl. gr. T. X. p. 705. ed. *H.* quod, quum in Bibliotheca obscoenas in Tatio narrationes ubique detestetur, non sit credibile, eum in carmine earundem lectionem castis lectoribus commendasse.

Phronto. Duo ejus epigrammata exhibentur in Anal. II. 346. (III. 56. ed. L.) quae in grammatico lusu versantur. *Suidas* T. III. p. 634. Φρόντων Ἐμισηνός, ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Σευήρου τοῦ βασιλέως ἐν Ῥώμῃ . . . ἐτελεύτησε δὲ ἐν Ἀθήναις περὶ ξ' ἔτη γεγονώς· καὶ ἀδελφῆς Φροντωνίδος παῖδα ὄντα Λογγῖνον τὸν Κριτικὸν κληρονόμον κατέλιπεν· ἔγραψε δὲ συχνοὺς λόγους. Hinc apparet, eum fuisse avunculum *Longini*, cujus extat libellus περὶ ὕψους. Passim confusus est cum oratore Romano M. Cornelio Frontone, M. Antonini Philosophi in latinis literis magistro; de quo errore post *Ed. Corsinum* in

Plutarchi Vit. §. 5. monuit *Ruhnk.* in Dissert. Philol. de Longino §. III. p. 6.

Pindarus. Unum ejus distichon in Hesiodum legitur Anal. II. 523. (I. 81. ed. L.) quod *Pindari* lyrici esse dubitabat *Heynius* T. III. 1. p. 137. ἐπιγράμματα ejus ἐπικὰ commemorat *Suid.* T. III. p. 16.

Pinytus. Distichon ejus legitur in tumulum Sapphus in Anal. II. 288. (II. 264. ed. L.) Erat ille, *Schneidero* judice in Peric. Crit. p. 129. Bithynensis grammaticus, Epaphroditi libertus. *Stephan. Byzant.* in Βιθύνιον. ubi vide *Th. a Pinedo* p. 168. *Reimar.* ad *Dion. Cass.* LXVII. 14. p. 1113.

Pisander Rhodius. Tetrastichon ejus a *Polluce* servatum exhibent Anal. II. 294. (I. 49. ed. L.) Si verum est gentile, intelligi debet *Pisander Camiraeus,* Heracleae et aliorum poëmatum auctor, in quem est Ep. *Theocriti* XIX. ubi vide Animadverss. T. I. P. II. 206.

Piso. Distichon in Galatiam est in Anal. II. 108. (II. 95. ed. L.) Cujusnam Pisonis sit, non liquet, neque libet hariolari.

Plato philosophus. Ejus carmina *Meleagri* coronam ornabant. Inter XXX epigrr. quae sub hoc nomine leguntur in Anal. Ep. VI. *Asclepiadae* tribuitur in Vat. C. Ep. XXX. *Musicio.* An *Platonis* sint haec omnia, dubitabat *Beckius* in examine causarum, cur studia liberalium artium a veteribus nonnullis aut neglecta aut impugnata fuerint. Lips. 1785. p. 37. item *Tennemannus* im System. der Platon. Phil. Tom. I. Nulla *Platonis* carmina superesse contendit *Appulejus* in Apolog. p. 416. ed. Paris. causam addens: *nam caetera omnia, credo, quod tam lepida non erant,*

igne deussit. Praeter amatoria quaedam alius argumenti ſervavit *Diogen. Laërt.* L. III. 29 — 33.

Plato junior. Πλάτωνος νεωτέρου inscribuntur epigrr. I. et III. in Anal. I. 175. (I. 109. ed. L.) Hunc eundem esse putant, qui inter auctores mediae comoediae excelluit. V. *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 485. ed. *H.*

Polemo Periegetes epigrammata conquisivit, eaque peculiari libro περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων exhibuit. Vide in Prolegg. p. XXXIV.

Polemo rex, etiam Πολέμων ὁ Ποντικὸς vocatur. Tria ejus extant epigrammata in Anal. T. II. 184. (II. 169. ed. L.) Inter illustres Laodiceae in Phrygia cives commemorat *Strabo* L. XII. p. 867. A. etiam filium Zenonis Polemonem, ὃς καὶ βασιλείας ἠξιώθη διὰ τὰς ἀνδραγαθίας, ὑπ᾽ Ἀντωνίου μὲν πρότερον, ὑπὸ Καίσαρος δὲ τοῦ Σεβαστοῦ μετὰ ταῦτα. Misera morte periit captus ab Aspurgetanis, teste eodem L. X. p. 758. A. Conf. *Dio Cass.* L. XLIX. 33. p. 593. 91. Ib. 44. p. 601. 22. Cui quum filius Polemo successisset, regnum paulo post a Nerone in provinciae formam redactum est. Cf. *Reimar.* ad *Dio Cass.* T. II. p. 915. Utrius horum haec sint epigrammata, non liquet.

Pollianus. Quinque ejus exhibentur epigrammata in Anal. II. 439. (III. 146. ed. L.) Ep. III. est in Florum poëtam, quem *Fabricius* eum esse suspicatur, qui sub Hadriano floruit. Cf. *Fabr.* Bibl. Lat. T. II. p. 439. ed. *Ern.* Se elegis operam dare dicit Ep. I. Grammaticum fuisse suspicor, cujus artis professores plurimi etiam poësin coluerunt.

Julius Polyaenus. Ex quatuor epigrammatis unum (IV.) inscriptum in Cod. Vat. Πολυαίνου Σαρδ. reliqua

Ἰουλίου Πολυαίνου. Ejusdem auctoris esse censeo. *Polyaenum Sardianum* sophistam, qui sub Julio Caesare floruit, commemorat *Suidas* T. III. p 144. Hunc verisimile est nomen *Julii* ut clientem familiae Juliae sumsisse. Alius fuit *C. Julius Polyaenus*, qui sub Nerone duumviratum gessit Corinthi. Vide *Vaillant.* de num. Colon. T. I. p. 171. 175.

Polycletus commemoratur in *Meleagri* Corona v. 40. *Polycletum Larissaeum*, Historiarum scriptorem, laudat *Athenae:* L. XII. p. 539. A. *Strabo* L. XI. p. 777. B. XV. p. 1059. C.

Polystratus locum habuit in corona *Meleagri.* Duo ejus leguntur epigrr. in Anal. II. 1. quorum alterum est in eversionem Corinthi, ita ut de re recens acta videatur agi. Eversa est haec urbs Ol. CLVIII. 3. A. V. C. 608. unde apparet, *Polystratum* non diu ante *Meleagrum* vixisse. Πολύστρατος Λητοπολίτης commemoratur ap. *Stephan. Byzant.* in Λητοῦς πόλις.

Pompeji Junioris. De duobus epigrammatis, quae leguntur in Anal. II. 105. (II. 92. ed. L.) alterum inscriptum Πομπηΐου νεωτέρου; prius Πομπηΐου, οἱ δὲ Μάρκου νεωτέρου. Extat inscriptio in Marmore edita a cl. *Visconti* in *Lettera su due monimenti ne' quali é memoria d'Antonia Augusta. in Roma.* cui praefixum nomen Ἰουνίωρος. Hunc cl. editor nullum alium esse existimat nisi *Marcum Pompejum Juniorem* nostrum, quem ipsum habet pro *M. Pompejo Theophane Juniore*, *Theophanis Mitylenaei* nepote, temporum Antoniae Augustae aequalem. De *Theophane* avo, qui et litterarum laude et Pompeji Magni amicitia floruit, ejusque filio (sive nepote potius, si cum *Visconto* p. 36. υἱωνόν τε ἀπέλιπε legendum est pro υἱόν.) perquam

honorifice loquitur *Strabo* L. XIII. p. 918. A. commemorat etiam *Tacit.* in Ann. L. VI. 18. ubi vide *Ernest.* et *Burm.* ad *Vellej. Paterc.* L. II. 18. 3. ubi Mitylenaeis in unius *Theophanis* gratiam libertas a Pompejo restituta fuisse dicitur. Nepotem tanti viri a litteris alienum fuisse, non est probabile. Ingeniosa est conjectura viri eruditissimi, et in ipso libello multo cum acumine multaque doctrina commendata.

Posidippus. Nomen modo Ποσίδιππος scribitur, modo Ποσείδιππος, ut etiam alibi. In *Schol. Parisin. Apollon. Rhod.* L. I. 1289. laudatur Ποσίδιππος ὁ ἐπιγραμματογράφος. In vett. p. 441. Ποσείδιππος. Sic etiam L. III. 87. F. p. 118. B. in nomine comici. Epigrammatarius ap. eundem passim laudatur. L. X. p. 415. A. καὶ γυνὴ δὲ ἐσάλπισεν Ἀγλαῒς ἡ Μεγαλοκλέους ἐν τῇ πρώτῃ ἀχθείσῃ μεγάλῃ πομπῇ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τὸ πομπικὸν περιθέτην ἔχουσα καὶ λόφον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὡς δηλοῖ Ποσείδιππος ἐν ἐπιγράμμασιν. De nostro intelligendus *Stephanus Byz.* in Ζέλεια . . . Ποσίδιππος δὲ (ὅτι) Πάνδαρος παρὰ τῷ Σιμοῦντι τέθαπταί φησιν·

οἱ δὲ Λυκάων
δέξατό σε Ζελείην, ἀλλὰ προχοῇσι Σιμόεντος
διὰ τοῦτό σοι Ἕκτωρ
σῆμα καὶ ἀγχέμαχοι θέντο Λυκαονίδαι

ex quibus laceris fragmentis hoc tamen emergit, elegorum esse reliquias *). Hinc non dubito, nostrum

*) Priores versus sic levi manu restituendi:

οὐδὲ Λυκάων
δέξατό σε Ζελίην, ἀλλὰ προχοῇ Σιμόεντος . .

Formam Ζελίη in nostro tuetur *Steph. Byz.*

significari etiam ap. *Eund.* V. Βάρις. nec dubitabat *Valkenar.* ad *Ammon.* p. 45. Quaedam ejusdem verba servavit *Schol. Venetus* in Ιλ. Λ. 101. αὐτὰρ ὁ βῆ. Ζηνόδοτος ἔξω τοῦ ῥ᾽. βῆ ἴσον. μὴ ἐμφέρεσθαι δέ φησιν ὁ Ἀρίσταρχος νῦν ἐν τοῖς Ποσειδίππου ἐπιγράμμασιν τόν, βῆ ῥ᾽ ἴσον, ἀλλ᾽ ἐν τῷ λεγομένῳ σωρῷ εὑρεῖν. Quid Σωρὸς sit, se ignorare fatetur *Villoison* in Prolegg. p. XXXIII. Nostrum a poëta comico distinguit *Schweigh.* in Indic. Auctor. T. IX. p. 182. de quo non satis constare censebat *Kusterus* ad *Suidam* T. III. p. 160. Verisimile tamen vel ob epitheton τοῦ ἐπιγραμματογράφου, quod ei, ut ab aliis ὁμωνύμοις distinguatur, videtur tribui. Aetate tamen non multum fuisse videntur diversi. Ep. XI. commemorantur Zeno et Cleanthes, quorum hic floruit circa Ol. CXXVIII. Ep. XXI. est in templum Arsinoës Zephyritidis, quae obiit Ol. CXXXIII. 2. quamquam jam ante mortem pro dea culta fuit. Ejus epigrammata in Corona *Meleagri* fuerunt. Exhibentur in Anal. II. 46. viginti unum, quibus unum accessit in T. II. p. 528. quaedam in illis etiam *Asclepiadi* tribuuntur et *Callimacho.* Ad hunc *Posidippum* *Schweighäuserus* refert etiam carmina epica Αἰθιοπίαν et Ἀσωπίαν, quae apud *Athenaeum* laudantur.

Praxilla Sicyonia. καὶ Πράξιλλα ἡ Σικυωνία ἐθαυμάζετο ἐπὶ τῇ τῶν Σκολιῶν ποιήσει. *Athenae.* L. XV. p. 694. A. Unum ejus Scolion est in Anal. I. 157. (I. 90. ed. L.) De aliis ejus carminibus vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 135. Floruisse dicitur c. Ol. LXXXII.

Proclus Lycius. Duo ejus epigrammata et quatuor hymnos exhibent Anal. II. 441. (III. 148. ed. L.) Inter poëtas epigrammatarios recensetur a *Tzetza* Praef. in Lycophr. p. 258. *Montfauc.* in Bibl. Coislin. p. 519. Syriani successor in schola Atheniensi a. p. Chr.

450. διαδόχος appellatus est. Obiit Athenis an. 485. Vide de ejus vita et scriptis *Fabr.* Bibl. Gr. T. IX. p. 363.

Michaël Psellus. Vide supra in *Michaël.*

Ptolemaeus Rex. Sub hoc nomine tria leguntur epigrr. in Anal. II. 66. (II. 65. ed. L.) quorum primum Arati poëma Hegesianactis et Hermippi de astronomia operibus praefert; alterum quanta sit in astrorum contemplatione voluptas edocet; tertium denique est in Timonem misanthropum. Horum prius in Vita Arati diserte refertur ad Ptolemaeum *Regem,* nescio quem *): καὶ γὰρ Εὔδοξος ὁ Κνίδιος ἔγραψε Φαινόμενα, καὶ . . . Ἑρμίππος καὶ Ἡγησιάναξ . . . καὶ ἄλλοι πολλοί· ὧν καὶ Πτολεμαῖος μέμνηται ὁ βασιλεὺς (ἰδιοφυέσιν) οὕτως· Πανθ' κ. τ. λ. Duobus ceteris in Cod. Vat. nudum Πτολεμαίου nomen inscriptum, neque quidquam est, quod nos de rege auctore cogitare cogat. Alterum *Claudii Ptolemaei* esse, ex argumento satis fit probabile. Et diserte Πτολεμαίῳ τῷ Φιλοσόφῳ tribuitur in *Bandini* Catal. Codd. Mss. Bibl. Laur. T I. p. 489. Conf. *Suid.* T. III. p. 224. ubi astronomus vocatur φιλόσοφος. An tertium eidem auctori tribuendum sit, an alii cuidam ex multis illis Ptolemaeis, qui litteris operam dederunt, difficile dictu fuerit. Caeterum adi *Buttmannum* qui in Museo der Alterthumswiss. T. II. p. 463. sqq. de horum epigrammatum auctoribus docte et accurate disputavit.

Pytheas Arcas, cujus unum epigr. ab *Athenaeo* servatum extat in Anal. II. 244. (II. 227. ed. Lips.)

---

*) Fortasse intelligendus Ptolemaeus Euergeta, quo regnante Hermippus scripsisse dicitur.

Quis hic homo fuerit, ignoratur. Alius fuit *Pytheas* orator Atheniensis, alius auctor περιόδου γῆς.

Asinius Quadratus. Vide supra in *Asinius.*

Quintus Smyrnaeus. Huic tribuitur enumeratio certaminum Herculis in Anal. II. 475. (III. 179. ed. L.) Cf. Animadverss. T. II. P III. p. 333. et cl. *Tychsen* Comment. de *Quinto Smyrnaeo* §. XVII. p. XXXV.

Rhianus. Ornavit coronam *Meleagri.* Decem ejus poëmatia extant in Anal. I. 479. ad quae unum accessit II. 526. (I. 229. ed. L.) *Suidas* T. III. p. 259. *Rhianum* Cretensem fuisse tradit, (Cf. *Pausan.* L. IV. I. p. 281.) quamquam alii eum Ithome in Messenia oriundum dicerent: οὗτος δὲ ἦν τῆς παλαίστρας πρότερον φύλαξ, καὶ δοῦλος, ὕστερον δὲ παιδευθεὶς ἐγένετο γραμματικός, σύγχρονος Ἐρατοσθένους· ἔγραψεν ἔμμετρα ποιήματα. Ἡρακλειάδα ἐν βιβλίοις τέσσαρσι. Falsum esse hunc numerum, intellexit *Vossius* de Histor. Gr. I. 17. monuit *Kuster* ad *Suid.* l. c. Alia quoque idem poëmata composuit (unde *Athenaeus* L. XI. 499. D. ubi ejus epigr. laudat, eum ἐποποιὸν appellat), inter ea Messeniaca, de quibus praeclarus est locus ap. *Pausan.* L. IV. 6. p. 293. sq. Ῥιανῷ δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν οὐδὲν Ἀριστομένης ἐστὶν ἀφανέστερος ἢ Ἀχιλλεὺς ἐν Ἰλιάδι Ὁμήρῳ. Versus inde profert idem L. IV. 1. p. 281. IV. 17. p. 323. Ad hoc carmen respicere videtur *Manilius* L. III. 14. in recensu argumentorum diversorum carminis epici: *Non annosa canam Messanae bella nocentis, Septenosve duces.* Ex quarto libro Messeniacorum *Stephanus Byz.* in Fragm. p. 750. (330. ed. *Berk.*) profert versum:

αὐδὴν εἰσώμενος Δωτηῒν ἔκτο τελείην.

ubi verum videtur εἰσάμενος, quod *Pinedo* conjecit. Sed praeterea legerim:

αὐδὴν εἰσάμενος Δωτηΐϊ ἴκτο παλαιῇ.

ut ap. *Homer.* Ιλ. XIII. 45. εἰσάμενος Κάλχαντι δέμας καὶ ἀτειρέα φωνήν. Ex L. V. ejusdem operis Id. in Φιγαλέα.

Τὴν μὲν ἀνήγετ᾽ ἄκοιτιν ἐπὶ κραναὴν Φιγάλειαν.

Laudantur etiam *Rhiani* Thessalica; et quidem L. IV. ap. *Stephan. Byz.* in Παραύαιοι.

Σὺν δὲ Παραυαίοις, καὶ ἀμύμονας Ὀμφαλιῆας.

ubi rectius scripseris: σὺν δὲ Παραυαίους καί. . : et Idem liber in Χαῦνοι· Κέστρηνοὶ Χαῦνοί τε καὶ αὐχήεντες Ἐλινοί. ad quem versum *Stephanus* respicit in Ἐλινοί. Ex libro nono Ib. in Φυλλεῖς.

οἱ δ᾽ ἄφαρ ὁπλισθέντες ἴσαν κραναὴν ποτὶ Φύλλον.

ut recte emendavit *Salmasius* pro ποτε. Ib. in fr. Δωνεττῖνοι. p. 325 ed. *Berk.* Ῥιανὸς δ᾽ Θετταλικῶν· Ἀτὰρ Δωνεττῖνοι ἠδ᾽ ὀτρηροὶ Κεραίνες. Καὶ ἐν τῇ Ζ. Ἑπτὰ δὲ Δωνεττῖνοι, ἀτὰρ ὀκτὼ καὶ δέκα Κᾶρες. ubi in priore versu metrum requirit, ut scribatur:

αὐτὰρ Δωνεττῖνοι ἰδ᾽ ὀτρηροὶ Κεραίνες.

In altero autem:

ἑπτὰ δὲ Δωνεττῖνοι, ἀτὰρ ὀκτώδεκα Κᾶρες.

Ex eodem poëmate, et quidem ex initio ejus; noli dubitare petitum esse insigne fragmentum ap. *Schol. Apoll. Rh.* L. III. 1090. apud quem L. III. 1. etiam hic versus est de Musis:

πᾶσαι δ᾽ εἰσαΐουσι, μιᾶς ὅτε τοὔνομα λέξεις.

Tertium *Rhiani* epos laudatur Eliaca, Ἠλιακά; sic enim corrigendum esse pro Ἰλιακά, quod in nonnullis locis exhibetur, monuit *Berkelius*: Hinc

ap. *Stephan.* in Μέλαινα . . ἐν Ἡλιακῶν πρώτῳ· Γορτυναν Ἡραίας τε πολυδρόμους τε Μελαίνας. *Salmasius* corrigit πολυδρύμους. Praeterea lege:

Γόρτυν', Ἡραίαν τε . . .

Cf. *Stephan.* in Γόρτυν.

Tandem commemorantur ejusdem Achaica ap. *Stephan.* V. Ἀπία . . . ἀπὸ Ἄπιδος τοῦ Φορωνέως, ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῷ δευτέρῳ· Ἡμετέρη τοι τέκνα Φορωνέως ἦν δὲ *** Ἀρχῆθεν γενεή· τοῦδε κλυτός . . . qui locus, jam olim mutilatus, ut licet colligere ex *Eustath.* Comment in Dion. Perieg. 415. ubi nomen auctoris depravatum est in Ἀδριανός*). Fortasse sic scribendum:

Ἡμετέρη τοι, τέκνα Φορωνέως Τηλοδίκης τε
ἀρχῆθεν γενεή· τοῦ δὲ κλυτὸς ἐκγένετ' Ἆπις
ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιζε καὶ ἀνέρας Ἀπιδονῆας.

nostri generis principium petendum a liberis Phoronei et Telodices: ex hoc Phoroneo natus est Apis etc. Phoronei conjux *Laodice* apud *Apollodor.* L. II. 1. *Telodice* ap. *Tzetzam* ad *Lycophr.* v. 177. Hoc a vestigiis mutilatae lectionis proxime videbatur abesse.

Rhiano delectatum esse Tiberium narrat *Sueton.* V. Tib. c. 70. *Fecit et graeca poëmata, imitatus Euphorionem, Rhianum et Parthenium. Quibus poëtis admodum delectatus, scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicavit.*

Rufinus. Etant epigrr. XXXVIII. in Anal. II. 390. (III. 98. ed. L.) omnia argumenti amatorii, oratione

---

*) Sic etiam ap. *Athenae.* L. III. p. 82. B. ubi *liber primus* Heracleae laudatur.

et indole non multum diversa ab iis, quae Justiniani aevo *Agathias*, *Paulus*, *Macedonius* aliique luserunt. Distichon illud, quod in An. II. 490. (III. 193.) sub nomine *Rufi Domestici* legitur, in Vat. Cod. Ῥουφίνου Δομ. inscribitur. Quid *Domestici* fuerint vide ap. *DuCang*. Gloss. Gr. p. 318. Graeco-Latinum hominem fuisse, ipsum *Rufini* nomen arguit; non tamen propterea cogitaverim cum *Reiskio* de *Rufino* illo, cujus Pasiphaë in Catalectis legitur Petronianis, et in *Burmanni* Anthol. L. III. ep. 232. de cujus auctore vide *Wernsdorf*. in Poët. Lat. Min. T. III. p. 341. s. *Rufinos* novimus duos, sophisticae artis professores, alterum Naucratiten (*Philostr*. Vit. Soph. II. 19. p. 599.), Smyrnaeum alterum. Ib. II. 25. p. 608. ubi alios quoque recenset *Olearius*. De nostro nihil constat, neque est in reliquiis ejus, si ab iis discesseris, quae supra attigimus, ullum aetatis, qua vixerit, expressum vestigium.

Rufus Domesticus. Sic ap. Planud. p. 473. ed. St. Ῥουφῖνος Δομ. in Vat. Cod. Fortasse idem cum praecedente.

Sabinus Grammaticus. Unum ejus epigr. ex *Leonida Tarentino* expressum, extat in Anal. II. 304. (III. 18. ed. L.) *Fabricius* cogitabat de Sabino Sophista, quem sub Hadriano floruisse tradit *Suidas* T. III. p. 273.

Samius. De duobus epigrr. quae leguntur in Anal. I. 485. (I. 236. ed. L.) prius Σιμμίου inscribitur in Planudea, in Vat. Cod. autem *Philippo Thessalonicensi* tribuitur; alterum Σάμου habet lemma. Utrumque est in taurum a *Philippo*, rege Macedoniae, in monte Orbeli interfectum, quem Demetrii esse filium

dubitare nos non patitur Ep. *Antipatri Sidonii* XVIII. Qui in altero epigr. Σάμος dicitur, Σιμμίας est ap. *Planudem*; *Samium* unde elicuerit *Brunkius*, non dixit. Fortasse ex *Plutarcho* T. II. p. 52. E. ὕποπτοι γὰρ οἱ τὰ βελτίω ζητοῦντες καὶ δοκοῦντες ἄχθεσθαι καὶ δυσκολαίνειν τοῖς ἁμαρτήμασι τῶν φίλων. ὃ καὶ Διονυσίῳ Δίωνα, καὶ Σάμιον Φιλίππῳ, καὶ Πτολεμαίῳ Κλεομένη διέβαλε καὶ ἀπώλεσεν. Sed idem homo Σάμος appellatur ap. *Polybium* L. V. 9. T. II. p. 227. de populatione Dodonae per Macedones: κατέγραφον δ' εἰς τοὺς τοίχους καὶ τὸν περιφερόμενον στίχον· ἤδη τότε τῆς ἐπιδεξιότητος τῆς Σάμου φυομένης, ὃς ἦν υἱὸς μὲν Χρυσογόνου, σύντροφος δὲ τοῦ βασιλέως. Ὁ δὲ στίχος ἦν· Ὁρᾷς τὸ δῖον οὗ βέλος διέπτατο. (cf. *Toup.* ad *Suid.* T. III. p. 124.) Eodem nomine appellatur L. XXIV. 8. T. IV. p. 303. ubi Ἄδμητος, Πύῤῥιχος, Σάμος et alii a Philippo injusta caede peremti commemorantur. Cf. *Reiske* ad *Polyb.* T. VI. p. 152. ed. *Schweigh.* Quum in Prooemio *Meleagri* v. 14. Σαμίου scribatur, idque cum *Plutarcho* conveniat, verisimile est idem nomen duplici ratione fuisse pronuntiatum.

Sappho. Coronam *Meleagri* ornavit. Tria ejus epigrammata, priscam simplicitatem redolentia, exhibent Anal. I. 55. (I. 49. ed. L.) Inter ejus opera ἐπιγράμματα quoque recenset *Suid.* T. III. p. 284.

Satyrius sive *Satyrus*. Σατύρου inscribitur Ep. III. VI. in Cod. Vat. Item II. et IV. in Plan. Σατυρίου Ep. I in Vat. (Σατυρίου in Plan.) In Plan. Ep. V. Σατύρου Θυΐλλου nomina praefixa habet; Idem in Vat. C. simplici Θυΐλου nomine instructum est; ut et Ep. VII. Θυΐλλου. Junctim Σατύρου Θυΐλλου legitur tantum in Plan. ad Ep. VI. Hinc apparet, quam incertum sit hoc *Satyrii Thyïlli* nomen, quod *Brunkius* septem

Epigrammatis praefixit in Anal. II. 276. (II. 252. ed. L.) His adde Ep. ἀδ. CLXXIII. quod in membr. Vat. est Σατύρου. Duorum haec auctorum esse, *Satyri* alterius, alterius *Thyilli*, nullus equidem dubito. *Satyri* nomen inter veteres non incognitum; novimus Peripateticum, vitarum auctorem (*Athen.* L. VI. p. 250. F. et alibi) non verarum modo, sed etiam fictarum; alium, praeceptorem Galeni, et duos tresve alios, quos vide ap. Jonsium in Scriptt. Hist. Phil. II. 11. 2. p. 201. *Thyïlli* aut *Thyili* nomen alibi non reperio.

Scythinus Teïus. Duo ejus epigrammata, ducta ex Musa puerili *Stratonis*, extant in Anal. II. 104. (II. 91. ed. L.) quorum prius Σκυθίου inscriptum. Indagavit hominem *Schneiderus* (in Peric. crit. p. 128.) ap. *Stephan. Byzant.* in Τέως... Τήιος· ἀφ᾽ οὗ Πρωταγόρας Τήϊος καὶ Σκυθῖνος ἰάμβων ποιητὴς Τήϊος. *Diogen. Laërt.* L. IX. 16. p. 556. Ἱερώνυμος δέ φησι, καὶ Σκυθῖνον, τὸν τῶν ἰάμβων ποιητήν, ἐπιβάλλεσθαι τὸν ἐκείνου (Heracliti) λόγον διὰ μέτρου ἐκβαλεῖν. Brevem ex illo, ut videtur, opere eclogam *Jo. Stobaeus* servavit in Ecl. Phys. I. c. IX. 43. p. 264. Lyrica quaedam *Scythini* servavit *Plutarch.* T. II. p. 402. B. ἐπιστήσαντες, ὡς ἔοικε, Σκυθινῷ (lege Σκυθίνῳ) λέγοντι περὶ τῆς λύρας ἣν ἁρμόζεται Ζηνὸς εὐειδὴς Ἀπόλλων, πᾶσαν ἀρχὴν καὶ τέλος συλλαβών· ἔχει δὲ λαμπρὸν πλῆκτρον Ἡλίου φάος. Dixit de *Scythino* cl. *Heeren* in Comment. de Fontib. Eclog. Jo. Stobaei §. 57. p. 216.

Secundus. Tria ejus leguntur epigrammata in Anal. T. III. 5. (III. 226. ed. L.) *Fabricius* eum seculo V vel sexto post Chr. n. scripsisse suspicabatur CPoli. de qua conjectura sic judicat *Brunkius* in Lectt. p. 237. „Secundus quis fuerit et quando scripserit, incompertum mihi est. In tribus, quae sub illius no-

mine leguntur, carminibus, nihil est, quo niti possit Fabricii conjectura. Multo probabilius est, supparem eum fuisse poëtis illis, quorum carminibus Philippus coronam suam nexuit. Id suadent epigrammatum argumenta, nativus color, stilus et viri nomen, quod Romanum est, et ea aetate, quam definit Fabricius, CPoli vix fuit in usu" In Vat. C. epigr. *Epigoni* II. inscriptum: Σεκούνδου Ταραντ. (vide Animm. T. II. P. II. p. 406.) unde patriam hominis docemur.

Seleucus. Extat Scolion ejus de puerorum amore in Anal. II. 527. (I. 258 ed. Lips.) Filius fuit Mnesiptolemi historici, qui sub Antiocho Magno floruit. *Athen.* L. XV. p. 697. D.

Serapio Alexandrinus. Unum ejus epigr exhibent Anal. II. 291. (III. 5. ed. L.) Serapionem Alexandrinum rhetorem commemorat *Suidas* T. III. p. 284. Σαραπίων. Alium poëmatum philosophicorum auctorem *Plutarch.* T. II p. 396. D. F.

Simmias Thebanus. Hoc gentile nomini additur in duobus epigrammatis in Anal. I. 168. (I. 100. ed. L.) Eidem *Brunkius* tribuendum censet Ep. II. inter epigrr. *Simmiae Rhodii,* ubi gentile in membrr. desideratur. Cf. Animadverss. T. I. P. II. p. 4. Hic *Simmias* is esse existimatur, qui inter Socratis familiares nomen habuit. Eum tamen versibus scribendis dedisse operam, nemo veterum, quod sciam, tradidit.

Simmias Rhodius. Hunc *Simmiam,* ni fallor, *Meleager* coronae suae intexuit. De quatuor epigrr. quae exhibent Anal. I. 204. (quibus accessit quintum in ed. Lips. I. 136. sqq. et fr. ex Apolline T. II. 525.) Ep. I. inscriptum Σιμμίου γραμμ. reliquis nudum Σιμμίου nomen additum. Jam unde *Br.* noverit, haec Rhodii

esse potius quam Thebani, equidem ignorare me fateor. De Ep. II. tamen ipse dubitabat. *Simmiam Grammaticum* inter eos, qui Rhodum nominis sui claritate illustraverint, recenset *Strabo* L. XIV. p. 969. A. Eum inter alia quatuor libros διαφόρων ποιημάτων scripsisse tradit *Suidas* T. III. p. 315. *) Antiquiorem fuisse Philisco Corcyraeo, qui floruit c. Olymp. CXX. apparet ex *Hephaestionis* Enchir. p. 31. De figuratis ejus carminibus, quorum tria ex pluribus fortasse (Vide *Schol. Hephaest.* p. 32. et *Salmas.* in Comment. p. 207. sq.) supersunt, cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 808. sqq. de reliquis, ut de Apolline, Mensibus etc. *Ibid.* T. IV. p. 494. sq.

Simonides Ceus. *Meleagri* Coronam ornavit. De vita ejus tradidit *Suid.* T. III. p. 315. sq. ubi inter alia ejus opera etiam *epigrammata* commemorantur. Inter epigrammatographos recensetur a *Tzetza* in Praef. ad Lycophr. p. 258. Accurate de hoc poëta disputavit *Duckerus* (van Goens) Diss. de Simonide Ceo. Traj. ad Rhen. 1768. 4. qui eum existimat natum esse Ol. LV. 2. defunctum Ol. LXXVIII. 1. Secundum *Larcherum* in Chronol. Herodotea natus est Ol. LV. 2. obiit Ol. LXXVIII. 1. Ex undenonaginta epigrammatis, quae sub ejus nomine leguntur in Anal. I. 130. (I. 62. ed L.) quaedam incerti sunt auctoris (ut XXVI. XLII. LXII. LXIV. LXVIII. CVIII.), quaedam procul dubio aliorum. Sic Ep. LXVI. ἀδέσποτον est. Nonnulla

---

*) Ibi *Simmias* confusus cum *Simonide.* Unde fortasse in Cod. Vat. duplex lemma Ep. III. Σιμωνίδου οἱ δὲ Σιμμίου. Etiam Σιμμίου et Σιμαίου nomina confunduntur. Cf. *Schmieder* in Not. crit. ad Arrian. Spec. I. p. 32.

junioris *Simonidis* esse videntur. Ex temporis ratione antiquioris esse possunt haec: Ep. XXVII. in Harmodium et Aristogitonem. XXVIII. in signum Panis a Miltiade post pugnam Marathoniam dedicatum. XXIX — XXXIV. de pugna ad Thermopylas. XXXVIII. in mulieres Corinthias vota pro Graeciae incolumitate facientes. XXXVII — XL. de pugna Salaminia. XLI — XLIV. de rebus belli Persici et quae illud bellum proxime sunt secuta. XLV. in Gelonis donaria post Carthaginienses victos. LIII. in Archedicen Hippiae tyranni filiam. LVI. LVIII. de se ipso. LXI. in Timocreontem Rhodium, Simonidis adversarium. LXXI. in Danden stadiodromum Argivum. LXXII. in Philonem pugilem. LXXVI. in victoriam musicam ab Antigeno reportatam. LXXVIII. in Milonem Simonidis aequalem. XCVII. in Mamertinos, qui Apollini sacra facturi perierunt.

In plurimis horum epigrammatum ea est simplicitas, quae veris inscriptionibus maxime est propria, ita ut nonnulla eorum nihil praeter nudam rei expositionem repraesentent (v. c. Ep. XXVIII. XXIX. XXXVII.), nonnulla tamen in summa brevitate mores et animum egregie ostendant, ut nobile illud distichon in trecentos Spartanos XXX. Ex sepulcralibus quaedam elegiam spirant, ita tamen ut in graviorem sententiam exeant, vel causam expositionis cum acumine reddant.

Erat autem alius quidam *Simonides*, minus illo clarus, de quo *Suidas* T. III. p. 317. *Σιμωνίδης Κεῖος θυγατριδοῦς κατά τινας τοῦ προτέρου, ὃς ἐπεκλήθη Μελικέρτης· γέγονε δὲ πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν, καὶ γέγραφε Γενεαλογίαν ἐν βιβλίοις τρισίν, εὑρήματα ἐν βιβλίοις τρισίν.* Praeterea *Simonides Magnesius*, qui Antiochi M. temporibus res gestas ejus pugnamque cum Galatis ver-

sibus enarravit. Ad hunc, de quo vid. *Cuper.* Obss. L. IV. p. 448. referendum videtur Ep. CXII. de Gallo et leone. Ad Ceïum juniorem Ep. XLVI. in pugnam a Cimone ad Cyprum profligatam; fortasse etiam Ep. LI. quod sunt, qui ad belli Peloponnesiaci initium referant. Ep. LII. de bello in Euboea ante bellum Peloponn. gesto. Supersunt tamen nonnulla, quae ad seriora tempora debent referri, ut Ep. LXXVII. in Doricum Thurium. Cf. Animadverss. T. I. P. I. p. 253. Ep. LXXXI. in Scopae Baccham. Jam quum Scopas Mausoli sepulcrum dicatur exornasse ap. *Plinium* L. XXXVI. 5. qui mortuus est Ol. C. 2. columnasque templi Ephesini caelaverit (Plin. XXXVI. 14.) quod incensum est Ol. CVI. 1. (vide *Heyn.* in Comment. de Epochis Plinii p. 230. sqq. et in Opuscul. Academ. T. V. p. 380.) sponte apparet, ex Ceiis neutrum illius florem videre potuisse. Idem valet de Ep. LXXXIX. in colossum Rhodium, qui positus est Ol. CXXIV. et Ep. XC. in Praxitelis Amorem i. e. circa Ol. CIV. Denique de Ep. CXI. in mortem Sophoclis. In his nonnulla fortasse ne *Simonidis* quidem sunt; sed ea, quibus recte hoc nomen praefigitur, cuinam ea ex pluribus ὁμωνύμοις tribui debeant, nemo facile docuerit.

Socrates. Sub ejus nomine legitur Ep. inter Problemata arithmetica I. Vide Animadverss. T. II. P. III. p. 335. Commemorat Σωκράτην ἐπιγραμμάτων ποιητὴν *Diogen. Laërt.* L. I. 47. p. 109. *Sophocles Tragicus.* Unum ejus epigramma extat in Anal. I. 163. (I. 95. ed. L.)

Sophronius patriarcha Hierosolymitanus. Duo ejus epigrr. exhibent Anal. III. 125. (IV. 95. ed. L.) Tertium exhibui in Paralipomm. nr. 7. Floruit c. ann. p. Chr. 629. Carmen illius Anacreonticum edidit *Leo*

Allat. de Simeon. p. 5. sq. Alia ejus inedita in Catalogis Codd. commemorantur. Cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. IX. p. 162.

Sosipater. Sub hoc nomine tria epigrammata leguntur in Anal. I. 504. (I. 255. ed. L.) Sed hoc nomen omninò ex numero epigrammatographorum circumscribendum est, in quem *Salmasii* errore venerunt. Hoc monuimus ad *Dioscorid.* Ep. VII. (Animadverss. T. I. P. II. p. 371. et p. 406.) et in Addendis T. III. P. II. p. 451. Rem diserte explicuit cl. *Chardon de la Rochette* Magas. encycl. an IV. T. II. 1. p. 103.

Speusippus. Legitur ejus distichon in Platonem in Anal. I. 176. (I. 109. ed. L.) Successit ille Platoni in Academia Ol. CVIII. 1.

Statyllius Flaccus. De duodecim epigrammatis, quae exhibentur in Anal. II. 262. (II. 238. ed. L.) octo Σταττυλλίου Φλάκκου nomen praeferunt; Ep. VI. Τυλλίου Φλάκκου; tres nudum Φλάκκου. Nomen est romanum, at ipse quis fuerit, aut quo tempore vixerit, plane incompertum est. *Gassendus* de Vit. Epicuri II. 6. cogitabat de Statilio Epicureo, cujus passim fit mentio apud *Plutarchum.* Cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 611.

Strato Sardianus, Musae puerilis conditor, cujus epigr. XCIX omnia amatorii argumenti, praeter ultimum, quod alius auctoris esse videtur, leguntur in Anal. II. 359 (III. 68. ed. L.) De hujus hominis aetate disputavimus in Prolegg. §. IV. p. XLVI. Dolendum est, *Stratonem* ingenio, quo pollebat, et arte in rebus turpissimis abusum esse. Plurima sunt faceta, multa eleganter exornata, ita ut neque abundet quidquam, neque desideretur. De puerili amore ita fere sentiebat, ut iisdem temporibus *Lucianus* (in Navigio) et alii, qui

hujus amoris praestantiam prae muliebri sophisticis argumentis docere conati sunt.

Sylla. Unum imperatoris romani epigramma dedit *Brunkius* in Lectt. p. 267. (II. 66. ed. L.) Eum a poësi non alienum fuisse docent Comoediae satyricae, quas patrio sermone composuisse dicitur ap. *Athenae.* L. VI. p. 261. D.

Synesius philosophus. Tria ejus epigrammata, quorum duo singulis hexametris constant, leguntur in Anal. II. 449. (III. 155. ed. L.) Is est, quem etiam *Suidas* T. III p. 402. philosophi nomine ornat, episcopus Ptolemaïdis (ao. p. Chr. 410.) quem Hymni editi et Orationes illustrarunt. Cf. *Fabricii* Bibl. Gr. T. IX. p. 190.

Synesius Scholasticus. Unum ejus epigr. in Hippocratis imaginem extat in Anal. III. 11. (III. 232. ed. L.) Ex *Joannis Barbucalli* Ep. IV. apparet, hunc *Synesium* paulo ante Berytum eversam floruisse, quae urbs ipso *Barbucallo* vivente terrae motu est diruta, ao. p. Chr. 551.

Thallus Milesius. De quinque epigrammatis, quae leguntur in Anal. II. 164. (II. 150. ed. L.) I. inscriptum Θάλλου. II. et IV. Θαλοῦ Μιλησίου. V. Θαλλοῦ Μιλησίου. III. denique Θυηλάου, quod ex Θύλλου depravatum videtur. Praeterea est in Vat. C. epigr. Ἀντωνίου Θάλλου, haud scio an nostri, quod edidi in Paralipp. nr. 36. — Ep. I. est in Caesaris natales, ubi *Boivinus* cogitabat de Tiberio, *Reiskius* de Caesare Germanico, quem poëta ut avitis vestigiis, i. e. Augusti, insistat hortatur. Ex *Antonii* nomine probabile fit, *Thallum* se Antoniae minori, Germanici matri, in clientelam dedisse. *Boivinus* (Mém. de l'Acad. des Inscr. T. III. p.

361.) *Thallum* nostrum pro eo habet, qui ut Augusti libertus commemoratur in Inscrr. ap. *Gruterum.*

Theaetetus. Hoc nomen praeferunt quinque epigrr. in Anal. II. 251. ad quae sextum accessit T. III. p. 131. (II. 227. ed. L.) Horum duo servavit *Diogenes Läertius*, unde *Reiskii* arguitur error, qui hunc poëtam confudit cum *Theaeteto Scholastico*, qui sub Justiniano floruit. Ep. II. est in Crantorem, qui inter Academicos floruit c. Ol. CXVI. quod an Crantoris aetate scriptum sit, nemo facile dixerit, quum non minus ἐπιδεικτικὸν possit esse, quam Ep. VI. in Pythagoram pugilem, qui vicit Ol. XLVIII.

Theaetetus Scholasticus. Sex ejus leguntur epigrr. in Anal. II. 514. (III. 214. ed. L.) quibus Justinianei aevi vestigia clarissime impressa. Ep. V. laudat Domninum, quem sub Justino seniore urbi praefectum fuisse novimus ex *Pauli Silent.* Ep. LXV. — Ep. VI. Julianum Antecessorem, de quo supra. Cf. *DuCang.* CP. Christ. L. II. p. 152. *Theaeteti Scholastici* libellus περὶ ἀττικῶν ὀνομάτων extat in Bibl. Medicea. *Bandini* Catal. T. II. p. 368. Ejusdem fortasse fuit alius. περὶ παροιμίας, quem laudat *Suidas* in οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. T. II. p. 731.

Themistius. Ei *Brunkius* in Anal. II. 404. (III. 112. ed. L.) tribuit epigr. in ipsum Themistium, cui Julianus praefecturam urbis tradiderat, a. p. Chr. 362. Hoc tamen tetrastichon alii *Palladae* adscribunt. Cf. Animadverss. T. II. P. III. p. 191. sq.

Theo Alexandrinus. Quaedam ejus reliquiae exhibentur in An. II. 405. III. 4. (III. 113. 225. ed. L.) *Suidas* T. III. p. 533. Ὑπατία. ἡ Θέωνος τοῦ Γεωμέτρου θυγάτηρ, τοῦ Ἀλεξανδρέως φιλοσόφου, καὶ αὐτὴ φιλόσο-

φος, καὶ πολλοῖς γνώριμος. Floruit temporibus *Theodosii* Magni. Cf. de ejus operibus *Fabric.* Bibl. Gr. T. IX. p. 178. sqq.

Theophanes. Ejus epigramma dedi in Paralipomm. nr. 200. Aliud, quod in Planud. p. 216. *Theophanis* nomen praefert, in Vat. C. est *Phaniae Grammatici*; tertium Ib. p. 257. ed Steph. *Persae.* Illud igitur, quod solum superest distichon, referri poterit ad *Theophanem* Chronographum; qui seculo nono floruit. *Reisk.* Notit. p. 217. et in Not ad Anthol. Const. Ceph. p. 167. sq. quamvis hoc minime certum.

Theocritus Chius. *Suidas* T II p 177 Θεόκριτος Χῖος, ῥήτωρ, μαθητὴς Μητροδώρου τοῦ Ἰσοκρατικοῦ· ἔγραψε Χρείας· ἀντεπολιτεύσατο δὲ Θεοπόμπῳ τῷ ἱστορικῷ. φέρεται δὲ αὐτοῦ Ἱστορία Λιβύης, καὶ ἐπιστολαὶ θαυμάσιαι. Simultatum, quae inter *Theocritum* et *Theopompum* intercedebant, mentionem injecit *Strabo* L. XIV. p. 955. B. et *Athenaeus*, qui ipsius *Theopompi* in civem crimina ex ejus συμβουλαῖς πρὸς Ἀλέξανδρον retulit L. VI. p. 230. F. Dictum ejus de epistola Alexandri ad Chios refert Idem L. XII. p. 540. A. et paulo aliter *Pseudo-Plutarch.* T. II. p. 12. B. qui *Theocritum* hoc dicto in Alexandri odium incurrisse narrat. Ibidem ab Antigono Gonata, cui oculorum vitium exprobraverat, interfectus esse dicitur; et, cum quadam diversitate, T. II. p. 633. C. unde fortasse *Macrobius* sua sumsit in Saturn. L. VII. 3. Unum ejus epigr. bilis plenum extat in Anal. I. 184. (I. 117. ed. L.)

Theocritus Syracusanus. De XXI epigrr. quae exhibent Anal. I. 376. (I. 194 ed. L.) Ep. XVII. et XVIII. *Leonidae Tarentini* esse videntur. Contra *Theocrito* Cod. Vat. tribuit Ep. *Erycii* X. — *Epi-*

grammatum inter reliqua *Theocriti* scripta mentionem facit *Suid.* T. II. p. 177. Cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 775.

Theodoretus Grammaticus. Unum ejus distichon in imaginem Philippi cujusdam legitur in Anal. II. 450. (III. 156. ed. L.) *Schneiderus* in Schedis haec notaverat: „Nescio an hunc respexerit Etymologicum Gudianum Mstum: Κυρβασία. Θεοδώρητος ἐν ἐνίοις ἐπιγράμμασι τὰς περικεφαλαίας κυρβασίας λέγει. Theodoriti grammatici librum περὶ πνευμάτων recenset Bandinus Catal. Medic. IV. p. 396. *Fabric.* Bibl. VII. p. 36. et 71."

Theodoridas. Ejus epigrammatis *Meleager* corocf.
nam suam ornaverat. Sub ejus nomine XVIII. epigrr. analect
leguntur in Anal. II. 41. (II. 42. ed. L.) quorum 1mo p. 18.
praefixum nomen Θεωρίδα. Illio Θεοδώρου. quod Θεοδωρίδου significet; an Διοδώρου ambigebat *Brunkius.* Cf. Animadverss. T. II. P. I. p. 118. Accesserunt duo epigrammata ex Vat. Cod. in Prolegomm. nr. 88. p 672. nr. 148. p. 708. Nihil de *Theodorida* monere poterimus, quod doctrina *Schneideri* non occupaverit in Anal. crit. p. 7. Commemoratur ap. *Clementem Alexandrinum* in Strom. L. V. p. 673. versus *Euphorionis* ἐν ταῖς πρὸς Θεωρίδαν ἀντιγραφαῖς, ubi *Schneiderus* Θεοδωρίδαν corrigendum suspicatur. Jam Noster Ep. IX. Euphorionem quendam celebrat, quem Chalcidensem esse probabile est. Nam quod *Suidas* T. I. p. 915. eum in Syria sepultum tradit, epigrammatarius autem de sepulcro intra longa Piraeei crura loquitur, id minus grave est, quum et *Suidas* de loco sepulturae ambigat, et poeta cenotaphium in Euphorionis honorem ab Atheniensibus exstructum significare potuerit. Floruisse videtur Euphorion c. Ol. CXXXVI.

Eodem tempore etiam *Mnasalcam* vixisse intelligitur ex Ep. VIII. Eundem esse *Schneiderus* suspicatur cum *Theodorida* Syracusano, cujus versum hexametrum profert *Hegesander Delphus* ap. *Athenaeum* L. VI. p. 229. B. quem locum respexit *Suidas* in λοπάς. T. II. 457. Ibid. L. VII. p. 302. C. καὶ Θεοδωρίδας φησί,

θύννοι τε δὴ οἰστρήσοντι

Γαδείρων δρόμον.

Dithyrambum ejus, Κένταυροι, laudat Idem L. XV. p. 699. F. Θεοδωρίδας γοῦν ὁ Συρακούσιος ἐν Κενταύροις διθυράμβῳ φησί·

πίσσα δ' ὑπὸ γρυβίων ἔσταζε.

In hujus *Theodoridae* poëma εἰς τὸν ἔρωτα commentarium scripsit *Dionysius* ὁ λεπτός, unde quaedam profert *Athenae.* L. XI p. 475. F. Glossis eum crebro fuisse usum ex his ipsis locis apparet; ut etiam videre licet ex *Polluce* L. X. 187. μολγός — ὅς ἐστι κατὰ τὴν τῶν Ταραντίνων γλῶσσαν βόειος ἀσκός· ὅθεν καὶ Θεοδωρίδας τὸν Ἥφαιστον ἔφη φυσητῆρσι μολγίνοις χρῆσθαι. Urbem Κάρυστον alicubi appellaverat Χειρωνίαν, auctore *Stephano Byz.* p. 361. Apud *Suidam* T. III. p. 356. in Σωτάδης Κρής, nomen Θεοδώρας (qui ibi inter scriptores φλυάκων recensetur) in Θεοδωρίδας mutandum esse censebat *Reiskius.*

Theodorus Proconsul. Duo disticha sub hoc nomine extant in Anal. III. 6. (III. 227. ed. L.) *Theodorum* epigrammatum poëtam commemorat *Diogen. Laert.* L. II. 104. p. 140. ad quem *Menagius* p. 118. refert locum *Suidae* T. II. p. 176. Θεόδωρος ποιητής, ὃς ἔγραψε διάφορα δι' ἐπῶν, καὶ εἰς Κλεοπάτραν δι' ἐπῶν. Eadem habet *Eudocia* p. 232. Diversus ab his Κῦρος Θεόδωρος, cujus epigrammata, quibus omnia utriusque

Testamenti capita comprehenduntur, edita extant Basileae. 1636. Cf. *Chardon de la Rochette* Mélanges T. II. p. 93. sq. Nostrum autem eum esse existimo, ad quem *Agathiae* epigr. ex membranis dedimus in Paralipomm. nr. 5. cum lemmate: εἰς εἰκόνα Θεοδώρου Ἰλλουστρίου καὶ δὶς ἀνθυπάτου. unde discimus, hunc quoque poëtam a fertili Justiniani aevo fuisse progenitum.

Theosebia. Epigramma ejus in Ablabium medicum habetur in Anal. II. 450. (III 156. ed. L.) Zosimi Thebani soror, qui ei librum inscripsit chemicum. *Suidas* T. II. p. 15. in Ζώσιμος. Hic Zosimus sub Theodosio juniore c. ann. 420. videtur vixisse. *Fabric.* Bibl. Gr. T. XII. p. 753.

Thomas Patricius et Logotheta Cursus publici. Unum ejus epigr. in Anastasium, in Circensibus victorem, habetur in Anal. III. 125. (IV. 94. ed. L.)

Thomas Scholasticus, item unius epigrammatis auctor in Anal. III. 125. (IV. 95. ed. L.)

Thucydides Historicus. Epigramma in Euripidem exhibent Anal. II. 236. (I. 102. ed. L.) Eidem in Apogr. Lips. adscriptum Ep. ἀδ. DCLXXVIII., quod summi viri ingenio prorsus indignum esse recte judicat *Reiskius.*

Thyillus. Vide supra *Satyrius.*

Thymocles. Unum ejus epigr. in Musa *Stratonis* servatum exhibent Anal. II. 259. (II. 235. ed. L.) *Reiskius* eum eundem esse suspicatur cum Timocle comico; quae conjectura idoneo fundamento destituitur.

Tiberius Illustrius, duorum epigrammatum auctor in Anal. III. 7. (III. 228. ed. L.) Nihil de hoc poëta constat.

Tiberius Imperator. *Suidas* T. II. p. 287. Καῖσαρ Τιβέριος· ἔγραψεν ἐπιγράμματα καὶ τέχνην ῥητορικήν. Item *Eudocia* p. 270.

Timocreon Rhodius. Ejus Scolion et Epigramma extat in Anal. I. 148. (I. 80. ed. L.) *Suidas* T. III. p. 475. Τιμοκρέων Ῥόδιος, κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας· διεφέρετο δὲ πρὸς Σιμωνίδην τὸν τῶν μελῶν ποιητήν. καὶ Θεμιστοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, εἰς ὃν ἐξύφανε ψόγον δι' ἐμμελοῦς τινος ποιήματος. ἔγραψε δὲ κωμῳδίαν εἴς τε τὸν αὐτὸν Θεμιστοκλέα καὶ εἰς Σιμωνίδην τὸν μελοποιὸν καὶ ἄλλα. Insigne est *Timocreontis* fragmentum in *Themistoclem* ap. *Plutarch.* in Vit. Them. c. 21. ubi causa simultatum, inter hos viros ortarum, narratur. *Simonidis* epitaphium in eum extat Ep. LXI. Versum ejus, sed depravatum, ἐκ τῶν ἐπιγραμμάτων servavit *Hephaest.* in Enchir. p. 2.

Timon Misanthropus. Ei tribuitur distichum Anal. I. 153. (I. 86. ed. L.) quod in Vat. cod. auctoris nomine caret, in ipsius Timonis tumulum. Falso poëtis annumeratur.

Trajanus Imperator. Distichon ejus extat in Anal. II. 265. (II. 241. ed. L.)

Troïlus grammaticus, auctor distichi in Lyronem athletam. in Anal. II. 450. (III. 155. ed. L.) Eundem esse existimat *Schneiderus* cum Troilo Sophista, praeceptore Eusebii Scholastici, insignis aetatis suae poëtae, de quo *Suidas* T. III. p. 511. ubi *Kusterus* lectores remittit ad *Socrat.* Hist. Eccl. VI. 6. p. 252. VII. 1. p. 276. Ib. 27. p. 300. Cf. ad *Ammo-*

nius. Fabricius cur utrumque diversum existimaverit, causam non indicavit.

Tryphon, Hermi filius, auctor epigrammatis in Terpen, Anal. II. 451. (III. 157. ed. L.) Diversus ab eo Tryphon, Ammonii filius, Alexandrinus, de quo *Suidas* T. III. p. 513.

Tullius Geminus. Vide *Geminus.*

Tullius Laureas. Vide *Laureas.*

Tymnes (nomen Carium ap. *Herodot.* L. VII. 98. p. 549. 36.) *Meleagri* coronam exornavit. In sex ejus epigrammatis, quae extant in Anal. I. 505. (I. 256. ed. L.) nullum est temporis, quo floruerit, vestigium. Illis adde Ep. ἀδεσπ. DCCLVI., quod Vat. C. *Tymnae* tribuit. Qui quum Ep. III. Priapum celebret, cujus cultus non videtur in Graeciam penetrasse ante Ol. CLXIV., quo tempore res Ponti rebus Romanorum implicabantur, *Reiskius* existimat, *Tymnen Meleagro* non fuisse antiquiorem. Idem ex Ep. V. et Eleuthernae, oppidi Cretae, commemoratione colligit, eum Cretensem fuisse. Utraque conjectura mihi quidem admodum videtur levis esse.

Xenocrates. Epigr. ejus in Mercurii imaginem extat in Anal. II. 59. (II. 59. ed. L.) Xenocratem philosophum *Diogen. Laërt.* L. IV. 11. p. 234. συγγράμματα narrat reliquisse, καὶ ἔπη καὶ παραινέσεις. Idem §. 15. p. 236. alios recensens ὁμωνύμους, duos commemorat, quos huc retuleris, alterum φιλόσοφον, ἐλεγείαν γεγραφότα οὐκ ἐπιτυχῶς; alterum, quem ᾄσματα scripsisse narrat. Conf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 192. sq. ed. *H.*

Xenocritus Rhodius, auctor elegantis epigrammatis in Lysidicen, Anal. II. 256. (II. 233. ed. L.)

Zelotus. Duo ejus extant epigrr. in Anal. II. 400. (III. 108. ed. L.)

Zenobius Grammaticus. Distichon ejus in Anal. II. 402. (III. 110. ed. L.) *Zenobium* sophistam, qui sub Hadriano floruit, commemorat *Suidas* T. II. p. 7. auctorem Adagiorum, quae *Andr. Schottus* edidit.

Zenodotus. Unde *Brunkius* eum Ephesium fuisse noverit, ignoro. Tribus enim epigrammatis, quae leguntur in Anal. II. 61. (II. 61. ed L.) neque in membr. Vat. neque in Planudea gentile est additum. Sed *Brunkius* referebat illa ad *Zenodotum Grammaticum*, de quo *Suidas* T. II p. 7. sq. Ζηνόδοτος Ἐφέσιος, ἐποποιὸς καὶ γραμματικός, μαθητὴς τοῦ Φιλητᾶ, ἐπὶ Πτολεμαίου γεγονὼς τοῦ πρώτου, ὃς καὶ πρῶτος τῶν Ὁμήρου διορθωτὴς ἐγένετο, καὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοθηκῶν προὔστη καὶ τοὺς παῖδας Πτολεμαίου ἐπαίδευσεν. Disputavit de eo ejusque in Homerum meritis *Wolfius* in Prolegg. p. CXCIX. sqq.

Zenodotus Stoicus. Unum ejus epigr. a *Diogene Laërtio* servatum, exhibent Anal. II. 78. (II. 65. ed. L.) Discipulus erat Diogenis Babylonii illius, qui celebrem illam cum Carneade et Critolao legationem obiit Romae A. V. C. 598. *Diogen. Laërt.* L. VII. 29.

Zosimus Thasius. Inter quatuor epigrammata, quae sunt in Anal. II. 452. (III. 157.) tria in eodem argumento ludunt. Thasium hujus nominis scriptorem non novimus.

ERRATA.

ERRATA.

P. 2. l. 2. *Leonid.* pro *Lemid.* l. 6. ὁ λιτός. pro ὀλιτός. l. 14. *vectoribus* pro *victoribus.* lin. penult. Βοῦρα pro Βοῦσα.

p. 3. l. 1. Βοῦρα pro Βοῦσα. l. 24. θρήνοισιν pro δρήν.

p. 5. l. 6. Μήδων pro Μήδιον. l. 9. ἐπ᾽ ἐμοῦ ὀλοβοστρ. pro ἐμεῖ᾽ ὀλ. l. ult. ΛΙΤΑ pro ΛΙΨΑ.

p. 7. l. 3. δέ με τόν. pro δὲ με τὸν - l. 26. *Callimachi* pro *Callimache.*

p. 9. l. 26. *qui* V *epag.* pro *qui* V. *epag.*

p. 12. l. 12. μαίνετ᾽

p. 13. l. ult. τοιγὰρ pro τοὶ γαρ.

p. 16. l. 9. ἔφερέν τι. pro ἔφερὲν τι. l. 22. ἕτοιμά σοι. l. 29. σίπαλός τε.

p. 18. l. 2. πτύσας pro πτόσας. l. 5. πεπηρωθείς. l. 6. πηρωθείς.

p. 20. l. 6. ab ult. *cl. Coray.* pro *ct. Corag.*

p. 21. l. 5. *an.* 1804. p. 40. pro. 1798. l. 6. ab ult. βαθὺ pro βαδύ.

p. 28. l. 5. Λατῷα pro Δατῷα.

p. 29. l. 6. ab ult. *depravata* pro *depravatas.*

p. 30. l. 5. δέ με pro δὲ με.

p. 34. l. 9. ἀπό τευ pro ἀπὸ τευ. [Bene habet lectio vulgata ἀπὸ τῆς. *postea.* ut in Ep. Antip. Sidon. VII. ἐμοὶ δ᾽ ἀπὸ τῆς οὐκέτι τερπνὸν ὕδωρ.]

p. 35. l. 11. ἐπί οἱ. pro: ἐπὶ οἱ. l. 12. ἐπεί οἱ. l. 6. ab ult. μέν οἱ.

p. 38. l. 8. τρώγειν pro τρωγειν.

p. 40. l. 2. φῄς pro φῆς. l. 3. οὐ pro οῦ.

p. 44. l. 6. *sanatur* pro *sonatur.*

p. 45. l. 12. *cl.* pro *ct.* l. 22. *aut a* τό. pro *aut* ἀ τό.

p. 46. l. 13. *perimere* pro *pernitere*. l. penult. *cl.* pro *ct.*
p. 46. l. 3. ἔγραψε, pro, ἔγραφε.
p. 49. l. 12. *Cerealii,* pro, *Corealii*. l. 6. ab ult. ὦ pro ὠ.
p. 53. l. 5. ab ult. ἕν γάρ. pro, ἕν γάρ.
p. 54. l. 13. *veram scripturam*, pro, *vera scriptura.*
p. 55. l. 15. Post *monet* adde: *Sed nunc unice probandum videtur*, κακιοτέρα, *ut Schaeferus corrigit in Meletem.* p. 102.
p. 58. l. 15. *eadem via*, pro, *eodem via*. l. 16. ἤγαγεν.
p. 59. l. 15. post *membr.* insere: διακρίνει.
p. 60. l. 7. ab ult. προοίμιον.
p. 62. l. 4. ab ult. *fortior*, pro, *fatior.*
p. 66. l. ult. *positio*, pro, *posito.*
p. 67. l. 16. ὁπότ᾽ ἐστίν. pro, ὁππότ᾽.
p. 70. l. 10. Post *circumligat.* pone ".
p. 77. l. 4. ab ult. δέ pro δὲ.
p. 78. l. 24. ὁμῆ pro ὁ μῆ.
p. 80. l. 4. *editores*. l. 24. φεῦ, pro ψεῦ.
p. 92. l. 7. εἰ δέ. pro εἰδέ.
p. 93. l. 17. τρηχάλεόν τε.
p. 94. l. 16. *superat is*, pro, *superatis.*
p. 99. l. 23. βυθῷ. pro βυδῷ.
p. 105. l. 2. *esset*, pro *esse*. l. 3. post *vidi* distinguendum.
p. 117. l. 15. *enatae*, pro, *enata.*
p. 129. l. 18. ἔθνεσιν, pro ἔθνεσιν.
p. 137. l. 6. *Cedren.* pro, *Cedsen.* tum, *Compend.* pro, *Comped.*
p. 139. l. 3. κρῖνε, pro, κρίνε.
p. 149. *b* l. 7. Ἀχώ. pro, Λχώ.
p. 152. *a* l. 7. ab ult. πλουτέειν.
p. 153. *b* l. penult. — ενος νόμιμα. *Phaenn.* 1. pertinet ad sequ. artic. ἅζομαι.
p. 156. *b* l. 10. ἔντεα, pro εὔτεα.
p. 165. *a* l. 8. νηός, pro γηός. — Ib. *a* l. 10. ξουθαί, pro ξουδαί.
p. 174. *a* penult. — αὔσαντο.
p. 178. *a* l. 23. παῖδας, pro παῖδες. Ib. *b* l. 9. ab ult. κύπασσιν. pro κόπασσιν.
p. 182. *b* l. 12. ab ult. πέλαγος, pro πίαγος. l. 7. ab ult. ἀνυπόδητος, pro ὠνυπ.

p. 183. *a* l. 8. — ἑτοῖς, pro — ἑοτοις.
p. 190. *b* l. 8. ἀπενεγκαμέναν. pro - ἀπεγεγκ.
p. 191. *a* l. 14. ἔργων, pro ἔργυν.
p. 192. *b* l. 16. χιόνος, pro χεόνος.
p. 196. *a* l. 5. θυμῷ, pro θομῷ.
p. 207. *a* l. 2. ἀχρηστία, pro ἀσχρ. Ib. *b* l. 6. ὄργια, pr. ὔργια. l. 8. ὕλης, pro ὅλης.
p. 210. *b* l. 21. dele ξ.
p. 212. *a* l. 12. βλαυτίον. pro βλαντίον.
p. 216. *b* l. 18. βρωματομιξαπάτη. —
p. 217. *a* l. 4. ab ult. ἐρευθομένους.
p. 219. *a* l. 13. ἐκ καλ. l. 15. ἀΐδι, pro αἴδι.
p. 223. *a* l. 15. γοήμων. pro, γωήμων.
p. 231. *a* l. 3. ab ult. διέχευαν. pro, διένχευκν.
p. 235. *b* l. 17. πηγ— pro, πην —
p. 236. *b* l. 13. δεδουπότα.
p. 237. *a* l. 24. δράσομαι.
p. 246. *b* l. 2. γρηΰν. pro γρηΰυν. l. 15. λύσσα.
p. 263. *b* l. 17. ἐποιχνέω.
p. 268. *b* l. 5. χροός, pro χρούς.
p. 277. *a* l. 12. ὅλον, pro ὅλων. l. 15. εὐσίπυος, pro εὐσίπνος. l. 16. εὔσκαλμος, pro εὔσκολμος. Ib. *b* l. 1. εὐσταθίη, pro εὐσθαθίη. l. 21. ἔμπλεον, pro ἔμλεον.
p. 279. *a* l. 5. — τοι, pro — τον.
p. 287. *b* l. 3. Ου, pro Ον. Et sic P. 391. *a* l. 2. et p. 432. *b*. ult.
p. 288. *a* l. 12. ἔκγονα. pro ἔκγον. Ib. *b* 17. υἱόν, pro νιόν.
p. 298. *b* l. 1. ἀεί, pro ὀεί.
p. 376. *a* penult. οἰνάδι, pro εἰνάδι.
p. 378. Post ὄλβιος adde: ὀλβιστος. — ἰστη νήσων. Meleag. 2. 11. Alcaeus Mess. 7. — την τρίχα. Antip. Sid. 85. χάριν. Macedon. 28. *b*. — τοις ἄστεσιν. Id. 32.
p. 386. *b* 22. οὐθάτιος, pro οὐδάτιος.
p. 402. *a* l. 17. γαμφηλή. pro γαμφηχή.
p. 419. *b* l. 22. ἀΐδι, pro, ἄιδι. l. 25. ἀοιδός, pro, ἀοισός.
p. 422. *a* l. 3. προστασίη. pro, προς τασίη. Ib. *b* l. 3. ab ult. λουτρόν.
p. 423. *b* post πρωτοβόλος insere: πρωτογλυφής — ἐς ξόανον. Rufin. 3.
p. 424. *a* l. 10. adde: *Philipp. Thess.* 1.

p. 447. *a* l. 3. ἐστροφάλιξε. pro, ἐστροφαλίζω.
p. 449. *b* l. 11. ab ult. ταῖς, pro, τοῖς.
p. 450. *b* l. 12. ab ult. συναποσβέννυμι. pro, συναποσβάννυμι. Ib. l. 10. ab ult. — ὤλεσα, pro — ὤλετα.
p. 451. *b* l. 3. — ελάσης. pro — ελάσην.
p. 452. *b* l. 5. ab ult. συνόμευνος
p. 456. *b* l. 1. ταλάρισκος pro, ταλάροσκος.
p. 475. *a* l. pen. ὑφασμένον, pro, ὑφεασμ.
p. 478. *b* l. 17. φθείρευ. pro, φθείρες.
p. 481. *b* l. antep. φιλύδρηλος, pro, φιλύ δρυλος.
p. 486. *a* l. 6. φωνήεντα. pro, φωήεντα.
p. 488. *a* l. 10. dele - εα.
p. 494. *a* l. 18. πρός, pro, τρός.
p. 496. *b* l. 10. ab ult. πενιχρή, pro, πενυχρή.
p. 513. *a* l. 6. αἰνόλυκος, pro, αἰνόλωκος.
p. 521. *b* l. 20. *lingua*, pro, *ligna*.
p. 543. *b* l. 12. κόπτειν, pro, κάπτειν.
p. 549. *b* l. 17. μελίφθεγκτος.
p. 554. *b* l. 13. ὀμπνία, pro, ἀμπνία.
p. 555. *b* l. 24. ὀρφνίτης, pro, ὀρφυίτης.
p. 565. *b* l. 18. *Orci*, pro, *Ora*.
p. 566. *b* l. adde: IX. 495.
p. 568. *a* l. 12. συγκεραυνισθείς.
p. 589. *b* l. 12. *equi*, pro, *qui*.
p. 649. *b* l. 10. λῆμ' ἦν, pro, λᾶμ' ἦν.
p. 680. *a* l. 13. 488. pro, 188. Ib. *b* l. 4. 491. pro, 191.
p. 736. *a* l. ult. νηρεύς. pro, νηγεύς.

PA
3458
A2
1794
t.13

Anthologia graeca
Anthologia graeca

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY